


DE PRAEVENTIONE INSTRVMENTARIA;

AC DE RECTA ADVERSVS INSTRVMENTA Praueniendi Ratione.

TRACTATVS,

SIVE COMMENTARIVM

Ad Pragmaticam Malitijs, de Præuent.moder.& Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, præuentionem ordinantes.

AVTHORE

IO. IACOBO ANICHINO

I. C. NEAPOLITANO,

Opus sanè satis Practicabile, à nemine hùcusque elaboratum, omniq; eruditione refertum.

OMNIBVS IN QVOLIBET FORO, AC TRIBVNALI apprimè necessarium, ac quotidiè præ manibus tenendum.

Adiecto Triplici Indice, Materiarum, Locorum Iuris Pontificij, Romanorum, & Regni explanatorum, ac Argumentorum Capitum, Quæstionum, & Dubiorum.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.





CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Gaffari. M.D.C.LI.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.




Illustrissimo Domino

ANTONIO MIROBALLO

SACRI REG. CONSILII S. CLARAE REGIO CONSILIARIO DIGNISSIMO,

In Nobilissimo Neapolit. Gymnasio Feudorum Interpreti Acutissimo.





Osthumus hic Liber est, Authore IO. IACOBO ANICHINO, quasi Parente vita functo præciderunt Parcæ, vt Poetarum more loquar, non modò fila vitæ, sed stamen præclari Operis, quod contexere instituerat, & cùm de Prçuentione scriberet, immatura morte præuentus est. Quid igitur aliud agendum erat, nè Liber hic eodem fato, quo Author, extingueretur, & vnà cum illo quasi tumulo quodam obrueretur, nisi vt à te excipiendum curarem, vt vitam propagare posset? certè cùm Author viueret, omni genere officiorum, & obseruantiæ te prosequutus est. Iàm verò cui dignius dicari poterat, quàm tibi? in quo ornando honor cum virtute certauit. Nàm primò Maiorum tuorum imagines, quas præfers, & nobilitas generis, & magnitudo sapientiæ tuæ id me agere hortabantur. Ac præterea eius po-

tissimùm nomine Libellus hic in lucem edi debuit,qui posset ipsum sua auctoritate, ac patrocinio tueri: nempè Patronus fuisti Causarum Primarius, quo in genere quis tuam non complexus est fidem? Quis se non tutum ab iniuria putaret, quem tu Iustitiæ Clypeo opposito tuereris? Feudorum iura publicè doces, quid sapientius, aut eruditius? Hoc verò Consiliarij munus quanta cum prudentia, quanta cum integritate exerces? Quid admirabilius, quàm quod te nulla conditio pecuniæ, nulla munerum largitio à Iustitiæ seueritate deducat? Quid autèm reperiri tàm eximium, tàm expetendum potest, quàm istam virtutem, moderationem animi, temperantiam non latere in tenebris, sed in luce Clarissimæ Neapolitanæ Vrbis tanquàm in Theatro versari, atquè in oculis omnium Magistratuum esse collocatam? Hìnc fit, vt omnis Nobilitas tibi plurimùm deferat: Vidimus te non multò antè delectum excipiendo nouo Proregi, qui nunc huic Regno tanta cum laude præest; quanto tu cum honore eius lateri affixus obequitabas. Quis non te ad maiorem gradum dignitatis pro tuis meritis non protinùs vocat? His igitur tot, tantisq; de causis, & vt meam quoquè in te veterem obseruantiam testatam haberes, adductus sum, vt Libellum hunc tuo potissimùm nomine munitum in lucem ederem. nihil ille aduersariorum calumnias formidabit, quem Leo aureus palmam præferens, victoriæ signifer, in tuo gentilitio stemmate excubans tuetur. tutum quoquè se putat sublimitate, qua ardui simul, & aurei Montes in eodem stemmate eminent. Me quoquè si in tuam fidem, beneuolentiamq; receperis, omni fęlicitate cumulatum, & omnibus præsidijs tectum putabo. Vale.

Seruus humillimus,ac tibi addictissimus

Io. Dominicus Boue;

AD DOMINVM
ANTONIVM
MIROBALLVM

Regium Consiliarium, ac in Nobilissimo Neapolitano Gymnasio Feudorum Interpretem Acutissimum.

IANVARII GROSSI I.C.

Anagramma purum.

Antonius Miroballus Consiliarius

I clarus in solio; nam Bartolus in ius.

Ad Eundem ob Librum ei dicatum.

EIVSDEM

Anagramma purum.

Antonius Miroballus Consiliarius

Io, Solon, libri munus sat claras in vi.

DISTICHON.

Tu CLARAS SAT, IO, IN VI LIBRI, nomine, MVNVS,
Nam Sol, atquè SOLON, solus ad iura micas.



AD AVCTOREM
vita functum antequàm liber integer imprimeretur.

EIVSDEM.

Anagramma purum.

Ioannes Iacobus Anichinus.

O Iason, nae vnicus, hinc abis.

DISTICHON.

O IASON, NAE doctus ABIS HINC VNICVS, Orbe
Te Clotho rapuit, restituitq; Typus.



MICHAELIS ANGELI GIZZII
I. C. NEAPOLITANI,

Anagramma.

Ioannes Iacobus Annechinus Doctor Parthenopaeus.

Da nobis hoc Praeuentionis opus, nosce, annue charta.



AD

AD LECTOREM.

Io. Dominicus Boue.

PRaeuentionis angustos lares, augusto calamo, ac mira Ingenij alacritate eximius I. C. IO. IACOBVS ANICHINVS concinnè exarauit; Caterùm morte PRÆVENTVS (proh dolor) priùs ipse PRAEVENTIONIS vires expertus, nec potuit laboriosum mentis eius partum per Typi alimenta adultum, ac apertum in lucem proferre. Verùm enimuerò, nè tanti partus partes desererem, (cui, ceu orphano, mortuo Patre) pugnans calamitas minabatur exitium. Ego leuibus licèt viribus, Authoris tamen innixus robori, lucubrationes illius prosequutus, hoc volumen ex angustijs, & prali pralio incolume eduxi. Accipe libenti animo, Candide Lector, hinc iure optimo miraberis, quòd dùm Anichinus Prauentiones eliminat, praueniendi methodum imitatus, prauenit Virtute Aetatem, Aetate Sapientiam, Sapientia Famam, Famam deniquè (Morte labefacta) prauenit? Abstrusiores quaestiones graphicè differendo, nouo acumine, nouus alter Aedipus in obscuris, velut enigmaticis casibus, palàm explanandis. Materies, vt nimis peculiaris, meritò peculiares, & sibi, & tibi propagabit honores. Sit carior liber, sit immortalis; quia liber est Author, & immortalis; namq; è Mortis imperio, & vinculis est iam solutus. Nec mendax ero, cùm dixerim, Anichinum Authorem alterum dici Virbium, duplici vita protinùs vallatum. Vixit hic humanitatis Vita, qua non à Phadra conscelerata nouerca, attamèn à Cloto immanissima Fera, est, properato funere, subtracta, Viuit modò gloriosa Vita, ei, non ab Aesculapij manibus restituta; Verùm de manibus Astrea geminata. Vita longè vberior, longè solidior, cùm tota sit ex solidis vndiquè munita legibus. Parce forsàn (respiciendo) mendis, Parce si forsan reliqua de prauentionis materia non assequitur, quia vltimas manus illis non prabuit, memor esto. Authorem iàm mortuum, & mortuum commiserandum. Certò certiùs tamèn scio, te potiùs operis venustatem, stylum, peritiam demiraturum, illiusq. calamum profuturum. Viuat Author in Cœlis, tùq. viuas priùs Sapientia in Terris, postmodùm Cœlis fruiturus. Vale.

APPRO.

APPROBATIONES.

Al Signor Canonico Iouine.

Gregorio Peccerillo Vicario Generale.

Poteſt imprimi, ſi videbitur Admodùm Illuſtri,& Reuerendiſſimo Domino Vicario. Die 12.Aprilis 1645.

Io.Vincentius Iuuenis Cimiliarca,ac Canonicus Deputatus.

Imprimatur.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

F.Ioſeph de Rubeis Ord.Min.Con.S.T.D.Eminentiſs.Card.Philamarini Theol. & Conſult.S.Offic.Regiſtrauit fol.20.à ter.

Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Signore

Gio.Domenico Boue ſupplicando fà intendere à V.E.come tiene da far ſtampare il Trattato de Præuentione Inſtrumentaria, compoſto dal Dottor Gio. Iacomo Anichino Per tanto la ſupplica reſti ſeruita commettere la reuiſione di eſſo à chi parerà à V. E. acciò poſſa ottenere il Regio Imprimatur, e lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Magnificus V.I.D. Io. Baptiſta de Thoro videat, & in ſcriptis referat Suæ Excellentiæ,

Capycius Latro Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam. Neap. die 30. Octobris 1646.

Grimaldus.

Illuſtriſſime,& Excellentiſſime Domine

Tractatum de Præuentione editum à ſolertiſſimo I.C. Ioan.Iacobo Anichino, mihi perſcrutandum commiſſum à Veſtra Excellentia, vidi, & accuratè perlegi. At cùm in eo nihil conſpiciatur,quod Iuri publico,ac bonis moribus officiat;ſed potiùs pro commodo Reipublicæ iuſtiſſimè prælo dari poſſe arbitror, ſubſequente beneplacito Veſtræ Excellentiæ. Cui ex debito poſt manuum oſcula, reuerentiam exhibeo. Datum Neap. ex noſtris Aedibus, die 8. Ianuarij 1647.

Additiſſimus ſeruulus
Io.Baptiſta de Thoro I. C. Neap.ac Almi Colleg.Senator.

Viſa ſupraſcripta Relatione Imprimatur.

Zufia Reg. Caſanate Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Reg. Garzia Reg.

Vidit Reg. Conſiliarius Io. Baptiſta Amendola ſuper Reuiſione,& Expurgatione Librorum Commiſſarius ſpecialiter Delegatus per S.E.

Io.Baptiſta Amendola.

ARGVMENTA

Capitum, Quæstionum, & Dubiorum Operis.

beat

beat de facta præuentione aduersùs liquidationem instrumenti, fol. 114. col. 1.

Dubium V.

Procurator an admittatur ad allegandam præuentionem aduersùs instrumentum, super cuius tenore relaxata fuit citatio, vel præueniens ipse debeat opponere hoc personalitèr in Curia, in qua præsentatur instrumentum, fol. 119. col. 2.

Dubium VI.

Iudex, si opposita præuentione nihilominùs procedat ad ea, quæ incumbunt pro liquidatione instrumenti, an ità grauet, vt appellari possit, & debeat appellationi deferri, fol. 123. col. 1.

Quæstio IV.

Pendente iudicio præuentionis an saltèm pro tertijs, & interusurio exequi possit instrumentum, tertięq; currant, aut interesse aliquod debeatur pro tempore, quo mota lite absoluitur causa præuentionis, fol. 127. col. 1.

Dubium I.

Tertiæ decursæ antè tempus, quo litem instituat præuentor, an exigi possint, durante iudicio præuentionis, f. 136. col. 2.

Dubium II.

Præuentus an possit exigere tertias decursas, antè iudicium præuentionis motum, vel eo pendente maturatas, si in possessione exigendi fuerit, vel quasi, tempore litis motæ, & an referat ad hoc, quòd solutio facta proponatur à tutore, vel procuratore. Item quòd præuentio fiat ex causa, quæ emergebat antè solutionem, vel quæ de nouo emergat, fol. 145. col. 1.

Dubium III.

Præuentor si succumbat in causa præuentionis, an soluere debeat tertias debitas ex instrumento, aduersùs quod præuenit, & quid iuris esse debeat, si appellauit à sententia, & sic dùm durat secunda instantia, f. 153. col. 2.

Dubium IV.

Tertiæ an currant aduersùs præuentorem pro tempore, quo pendet iudicium præuentionis, fol. 158. col. 1.

Dubium V.

Tertiæ an, & quæ exigi possint, dùm pendet iudicium præuentionis, quod motum sit, ex quo res vendita pro libera censui, aut alteri oneri, seruituti scilicèt, subiaceat, & hypothecæ, fol. 165. col. 1.

Quæstio V.

Instantia an pereat in iudicio præuentionis instrumentariæ, & quando perimitur, an supersit fideiussio præstita de soluendo debitum, & pœnam, seruata forma *Pragmat. Malitijs, de præuent. moder.* impediriq; tunc debeat liquidatio instrumenti, non obstante præuentione aduersùs illud facta.

Multis adiectis.

De instantia quando perimatur, vel secus, præsertim attento iure Canonico, etiam nouissimo, & in Curia Romana, ac de effectibus peremptionis instantiæ, fol. 180. col. 1.

Dubium Vnicum.

Perempta instantia in causa appellationis, aut reclamationis, an impediri quoq; debeat liquidatio, propter pręuentionem factam aduersùs instrumentum.

Eaq; an, & quando perimatur in Regia Camera Summariæ, in Sacro Consilio Neapol. in Consistorio Principis, ac in Regijs Audientijs Hydruntina, & Barensi, fol. 193. col. 2.

Quæstio VI.

Præuentio facta à defuncto an eius hæredibus prosit, creditorq; præuentus, dicatur creditor, ità vt leges de creditore loquentes, in eo locum habeant, fol. 207. col. 1.

Quæstio VII.

Præuentio facta à debitore principali an, & quando impediat liquidationem instrumenti contrà fideiussores, qui non præuenerunt, f. 215. col. 1.

Quæ-

Quæstio VIII.

Præuentio ab vno facta ex pluribus conreis confideiussoribus,aut socijs, an, & quando alijs prosit ad impediendam liquidationem instrumenti, qui non præuenerunt, fol. 224. col.2.

Quæstio IX.

Præuentio an, & quando præoccupet iurisdictionem, possitquè instrumentum,aduersùs quod est præuentum, præsentari,finita causa præuentionis coràm eodem Iudice, coràm quo præuentor ipse succubuit, vel præuento liceat proexequutione instrumenti illius,eum Iudicem adire, quẽ velit, modò competens sit respectu debitoris,fol.233.col.1.

CAP. III.

De Temporibus præuentionis instrumentariæ,quando scilicèt possit, debeatuè præueniri aduersùs instrumenta,vt liquidatio impediatur, fol. 237.col.2.

Quæstio I.

Præuentio vt impediat liquidationem Instrumenti,an certo, præscriptoquè aliquo tempore fieri oporteat,f.239. col.1.

Quæstio II.

Præuentio an impediat liquidationem instrumenti,si fiat, postquàm cesserit dies solutionis,adiecta in instrumento,fol.241.col.2.

Quæstio III.

Præuentio an impediat liquidationem instrumenti, si eadem die facta sit, qua creditor citauit præuentorem super tenore instrumenti eiusdem, & an locus sit purgationi moræ ad præuentionem introducendam, an scilicèt prorogari terminus possit, qui statutus est ad præueniendum aduersùs instrumentum, f.247.col.2.

Quæstio IV.

Præuentio facta eadem die, qua citatus fuit debitor super tenore instrumenti, an impediat liquidationem instrumenti, si constet ex scripturis, priùs fuisse præuentum per aliquas horas,quàm citaretur super tenore instrumenti,qui præuenerat,fol.252. col. 1.

Quæstio V.

Præuentio an impediat liquidationem instrumenti,si eadem die fiat in Tribunali Superiori, qua exijt citatio contra debitorem ab Inferiori super tenore eiusdem instrumenti, & quid si illa eadem die præueniatur in S.C. qua præuentor citatur in M. C. V. præsertim si fiat præuentio ex exceptione,quæ probetur in promptu.

Multis adiectis.

De Arbitrio S. C. circà *Ritus M.C.V. Constitutiones, & Pragmaticas Regni*, fol.257.col.1.

Quæstio VI.

Prẹuentor quid agere possit,aut debeat, nè citetur super tenore instrumenti eadem die, qua præuenit aduersùs instrumentum.

Quidq; oporteat practicare, si ob citationem factam eadem die super tenore instrumenti,præuentio non impediat exequutionem instrumenti, literarum cambij, obligationis pẹnès acta,aut scripturæ tertij, fol.261. col.2.

Dubium Vnicum.

Dies in *Ritu* 186. quomodò accipi debeat,& quando incipiat, aut terminetur in Vrbe,& Regno Neapol. fol. 267. col.1.

Quæstio VII.

Præueniendi facultas an interrumpatur ob citationem super tenore instrumenti, quæ nulla sit, inualida, quæuè circumducta proponitur, & quo temporis spatio,quamq; ob causam circumducatur citatio, fol.272. col.1.

Quæstio VIII.

Debitor vt præueniendi facultate priuetur,an citari omninò debeat super tenore instrumenti, vel sufficiat ad hæc quomodòcunq; eum vrgeri vi-

CAP. IV.

CAP. V.

De causis præuentionis instrumentariæ.

Hoc est

Quæstio Vnica.

Dubium I.

Dubium II.

CAP. VI.

Quæstio I.

Dubium Vnicum.

Quæstio II.

Quæstio III.

CAP. VII.

Quæstio I.

Quæstio II.

Dubium I.

Dubium II.

&

FINIS.



ELENCHVS

Legum ex Vniuerſo Iure in hoc Tractatu explicatarum.

Tex. Iuris Pontificij.

Ex Decretalibus.

Ex Sexto Decretal.

Ex Decreto.

Text. Iuris Cæſarei.

Ex Digeſto Veteri.

Ex Infortiato.

Ex Digeſto Nouo.

Ex Codice.

Ex Authentic.





DE PRAEVENTIONE INSTRVMENTARIA,
ac
DE RECTA ADVERSVS INSTRVMENTA PRAEVENIENDI RATIONE.
TRACTATVS,
siuè
COMMENTARIVM
Ad Pragmaticam Malitijs, de prauent. moder. & Ritus M.C.V. prauentionem ordinantes.

AVTHORE

IO: IACOBO ANICHINO

I.C. Neapolitano.



SVMMARIVM.

1 *PRauentionis quot sint species, & quarè incipiat* Author *ab instrumentaria.*
Agens quid considerare debeat secundùm Socratem, *cùm aliquid agit. ibid.*
2 *Morum probata ratio perquiri debet inprimis, & doceri in rebus agendis.*
3 *Prauentionis instrumetaria vtilitas qua sit, & qualis.*
4 *Prauentionem qui hominum foueant.*
5 *Hominibus in eo stant consilia, quid sibi conducere putent.*
6 *Fama, & fidei maiora sunt damna, quàm vt astimari possint.*
7 *Prauentionibus quid expetatur vt plurimùm.*
8 *Prauentiones indebitas, & debitori, vt fugiat suadens ad quid teneatur.*
9 *Malitia multum addiscit etiam nolens, qui in veris litibus teritur.*
10 *Debitores tuti erant, si in templum Diana*

Ephesinæ confugerent.

11 *Solon quo exitu tentarit Athenis abolere æs alienum.*

12 *Deterrens alios ab iniuria, & indicans scelus aliorum Magistratibus, quo honore dignetur.*

13 *Præuentione an aliquod contingere possit nociuum hominibus, & bono publico præiudicale.*

Improbitati, ac vitijs, quòd nullũ pateat suffugium, aut latebra, Reipublicæ interest. ibid.

14 *De præuentione instrumentaria qui scripserint, & quæ.*

15 *Præuentio instrumentaria frequens, & vbi.*

16 *Artem litigandi scribere non nouum, & an reprehensione dignum.*

17 *Improba scribere an improbi sit.*

18 *Præuenire an liceat aduersus instrumenta, & alias obligationes, quibus parata exequutio inest.*

19 *Sciri non potest quale, nisi sciatur quid sit, neq; quid sit, si ignoretur an sit.*

20 *Omnis, quæ à ratione suscipitur institutio, debet à definitione proficisci.*

Præmia dat Homerus *non ijs, qui elegãtius: sed qui rogati verius dixissent. ibid.*

CAPVT PRIMVM.

De Præuentionis instrumentariæ quidditate, ethymologia, origine, & vsu.

AC PRÆFATIO AD LECTOREM.

1 SCribo præuentionis instrumentariæ
materiã, hoc est de conatu animi,
contentioneq; eorum, qui instru-
mentorũ vndè debitores apparent
(priusquàm obstringantur) rigores cohi-
bẽt, exequutionesq; frustrantur; scripturus
aliàs, si Fata sinant, si scilicèt dederit Do-
minus Deus, materiam præuentionis iu-
risdictionalis, sic enim puto omnem, quæ
duas in has practico iure diuiditur spe-
cies, comprehendere præuentionem, pa-
tefacta iam præuentione iudiciali ex *tra-
ctatu*, quem edidit hoc anno *D. Petrus
Franciscus de Tonduti I.C. Auenionensis.*
Ago primùm de prima præuentionis
specie, vt ab ea iuris parte exordiar, qua
defensio oritur, & manent Saturnia regna.
Quoniam verò cùm aliquid agimus
considerandum est, inquit *Socrates* apud
2 *Platon. in Crit.* agenda nobis hæc sint, an
non, & probata morum ratio in rebus
agendis perquirenda est inprimis, & do-
3 cenda, quia præuentio instrumentaria sic
vtilis est, vt libertatis meritò vindex dici
possit, & auri seruatrix, & opum, atq; pro-
4 ptereà ab omnibus, ijsq; potissimum, qui
id licere putant quod oportet, facili quo-
dam rubore foueatur nam & *Tacitus* ho-
5 minibus in eo stant consilia, inquit *lib. 4.
annal.* quid sibi conducere putent, ex re
fore puto, antequàm ad præuentionis pe-
netralia ingrediar, cùm præuentionibus
fama præuentorum periclitetur, & fides,
6 ac famæ, & fidei maiora sũt damna, inquit
Liuius lib. 1 quã vt æstimari possint, præ-
uẽtoribus id præscribere, per quod, quod
agunt, an ingenuè agant, prospiciant, nolo
etenim quinimmò pereat antè libellus
ortum scandala, & fraudes, aut ex labori-
bus meis oriantur, aut ex præuentionis
legibus, & materia, vt tractamus.
Cùm enim mentis nostræ sit, ex com-
mentarijs hisce viros probos monere so-
lum, ne patiantur famæ prius, quàm liber-
7 tatis periculum adire, non debitores, vt
præueniant, sollicitare, debitaq; vel negẽt,
vel differant, quod ex præuentione expe-
titur, vt plurimùm ex testimonio *Fontan.
de pactis nupt. to. 1. claus. 4. gl. 15. sub n.* 88.
probemusq; nullo in foro permittendum,
8 quòd quis indebitas suadeat præuentio-
nes, eumq; qui talia inciderit, non aliàs
reum esse, præsertim si ex mora deterior
euadat conditio debitoris, quam qui sua-
det debitorem, vt fugiat, maximè tempo-
re capturæ exequendæ, quem teneri ad
debiti solutionem, quemadmodùm debi-
tor tenebatur, notant *Gomes.* post alios,
quos laudat in §. *pœnales, Instit. de action.
num.* 49. *Marsil. singul.* 173. *post princ.
Ancbar. cons.* 341. *viso themate, in fine*,
Viuius decis. 92. *n.* 2.
Non puto aliàs insistendum in questio-
ne, an liceat nobis hæc scribere, quàm vt
videat quisquis hæc leget, quæstionem
non fuisse omissam, quando enim præuen-
torum in gratiam ad rectam præueniendi
tationem manuductionem adhibemus
tantummodò, & propositi est Iudicibus
calumnias, mendacia, fraudes, periuriaq;
eorum, qui temerè præueniunt, quęq; nos,
quanquàm inuiti, in præuentionum foro
9 didicimus; (nos namq; qui in veris litibus
terimur, inquit *Plin. lib. 2. epist. 3.* malitiæ
multum etiam nolentes addiscimus) vt
Reipublicæ prosit opus pro eo, quod pos-
10 sumus aperire potiùs, quàm vt debitori-

bus templum Dianæ Epheſinæ reædifi-
care,quo tuti debitores erant,ſi confuge-
rent,vti *Plutarchus* habet *in opuſc.de non*
contrab. ære alieno, vel æs alienum veli-
mus aboleri,quod parùm fęlicitèr tentaſſe
11 Solonem Athænis,ex exitu norat *Plutar-*
chus in opuſc.rerum ciuil.ad Traian. aut
Comitiales fouere,eos videlicèt,qui iuris
iurandi religionem ſpernant,vt ex *Plauto*
in Curculione explicat *Iacobus Guttbe-*
rius *de veteri iure Pontificio lib.1.c.22.*
pag. mihi 90. non ſpero deſuturos, qui
mentem noſtram tueantur, & ſcripta, aut
12 memoria non recolat ea, quæ apud *Plat.*
Athenienſis hoſpes diſſerit, & reponit *Iu-*
*lianus Imperator in miſopogon. fol.*mihi
86.& ſunt. Dignus eſt honore, qui nihil
peccat, qui verò alios etiam deterret ab
iniuria pluſquàm duplici honore dignus
eſt, ille .n. vni, hic pluribus dignitate par
eſt,q ſcelus aliorũ indicat Magiſtratibus.
13 Ex prępentione etenim inſtrumentaria
multa poſſe cõtingere hominibus nociua,
& bono publico non modicùm præiudi-
cialia, proptereàq; egere reformatione
obſeruat loco cit.*ſub n.7. Io.Petrus Fon-*
tanella vir grauiſſimus, & de iure noſtro
optimè meritus, vtinàm ità de Rege Do-
mino noſtro, & de Patria ſua,eius verba
hæc ſunt, *Proh dolor, quanta, quandoquè*
vidimus in hac materia hominibus con-
tingere,valdè nociua,& bono publico non
modicùm præiudicialia, ſed hæc tranſeant
cum alijs,quæ reformatione egerent.

Vndè deſinet calumniari labores iſtos
quicunquè putat,ad Rempublicam non
pertinere de temerè pręuenientibus,quã-
do etenim enm non coerceant prædicta,
ac ſanctio,qnam ad id edidit Ferdinandus
Rex noſter,de qua in *pragm.Malitijs,de*
præuent.moder. Probatur intereſſe Reipu-
blicæ,qnia cùm certa æris alieni ſecuritas,
& minimè fallax ſolutionis expectatio
maximum ſit fidei publicæ pignus, quo-
niam nulla res eſt, inquit *Cic. lib.2.offic.*
quæ vehementiùs Rẽpublicam contineat,
quàm fides, ſed fidem eſſe nullam addit,
niſi ſit neceſſaria ſolutio rerum creditarũ,
nõ aliàs intereſſe Reipublicæ cenſendũ eſt
ſindebitis,ac temetis præuentionibus ſo-
lutionem non protrahi, aut negari, calli-
diſquè debitorum ſubtilitatibus, aut im-
portunis petitionibus non paſſim indul-
geti, & facilè,qnàm Reipublicæ intereſt,
ne improbitati, ac vitijs vlla pateat late-
bra, vllum ſuffugium,nenè aliquod fraudi
in inte,iudicijſq; præſtetur patrocinium,
publicæ diſciplinæ vigor maleficia puniri
poſtulat, inquit *Pomponius in l. locatio*
§.quod illicitè, D. de public. & vectigal.
leges, inquit *Tertull. in apolog. aduerſus*
gentes malos erui iubent,non abſcondi,
confeſſos damnari pręſcribunt,non abſol-
ui, hoc Senatuſconſulta, hoc Principum
Mandata definiunt.
14 Præſertim,quia ſcripſerunt de præuen-
tione(quam nos non tam puris,quàm no-
tioribus vocabulis, & pene pragmaticis
dicimus inſtrumentariam) *Alexãder Car-*
dinalis Ludouiſius,poſtmodùm *Gregorius*
Papa XV. Annibal Troyſius, Antoninus de
Amato, Antonius Acacius Ripol, Anto-
nius Capycius, Antonius Heringius, Ber-
nardinus Pandus, Camillus Borrellus,
Carolus Regens de Tapia, Carolus de Graſ-
ſis, Cæſar Vrſillus, Eraſmus à Chocbier,
D.Ferdinandus Arias de Meſa, Flaminius
Monachus, Floridus Mauſonius, Franci-
ſcus Antonius de Iudice Roberto, Franci-
ſcus Antonius Coſta, Franciſcus Viuius,
Franciſcus Maria Pratus, D.Garſias Ma-
ſtrillus, Gulielmus de Benedictis, Hector
Regĩs Capyciuslatro, Horatius Carpanus,
Horatius Viſconte, Iacobus Cancer. Iaco
bus Anellus de Bottis, Iacobus Antonius
Marta, Ioannes Caſtagna, Io. Aloyſius
Epiſcopus Riccius, Io. Angelus Piſanellus,
Io.Baptiſta Coſta, Io.Baptiſta de Thoro,
Io.Bernardinus Muſcatellus, Io.Domini-
cus Cardinalis Tuſcus, Io.Frãciſcus Regĩs
de Ponte, Io.Franciſcus Regĩs Sanfelicius,
Io. Franciſcus Scaglionus, Io. Iacobus
Martini, Io.Maria Nouarius, Io.Paulus
Galterius, Io.Petrus Fontanella, Io.Tho-
mas Minadous, Iulius Cæſar Galluppus,
Marcellus Galà, Marius Giurba, Marius
Muta, Marinus Freccia, Matthęus de Af
flictis, Maurus Burgius, Michael Ferrer.
Paulus Fuſcus, Paulus Galeratus, Paulus
Staibanus iunior, Petrus Follerius, Petrus
de Gregorio Siculus, Proſper Carauita,
Robertus Marãta, Scipio Regens Rouitus,
D.Thomas de Carleual, Vincentius Præſes
de Frãchis anteceſſores venerandi ex no-
tioribus.

Quãquàm Patres citati breuiuſcula tã-
tùm ſcholia elimarint ad poſteros, ita vt
eorum exemplo nemo accẽſus eſt,tactaq;
proptereà ſolùm,non pertractata hucuſq;
eſt, communiterquè neglecta vili ſilentio
15 obruitur inſtrumentaria præuentio, quæ
& quotidiana eſt, & frequens, non hoc in
Regno ſolùm, cuius ad id leges cumulat
Fabritius de Monte in recompil. iur. Re-

gni.tit.de prauentione, & in quo sępissimè
practicari testatur *D.Franciscus Maria*
Pratus Aduocatus lepidissimus in *Addit.*
ad Muscatelium part.1.in gl.reus fol.20.
in fine,vers.nec è memoria, qui & contin-
gibilem esse materiam præuentionis scri-
bit apud *Muscat.in praxi fideiussor. par.*
1.modo 4.f.699.vers.tangit Author, sed &
apud Siculos,aliasquè gentium Nationes,
vt de Siciliæ Regno testatur *Graff. de ex-*
cept.in prælud.n.247.& in Ducatu Medio-
lani extat statutum *tit.de iudicijs §.admit-*
tere debent Iudices, & cap.46. quibus ex
locis aliqua ad materiam explicat *Galera-*
tus in tract.de renunc.centur.2. par.3. re-
nunc.144. num.3. de Cathalonia locus est
apud *Fontan.loco cit.d.n.88.* & frequētem
esse cancellationem instrumentorum in
Curia Montis Pessulani,& Nemoursi dicit
Rebuffus ad Constitut. Galliæ tit.de liter.
oblig.art.1.gl.10.n.46.in fine,qui frequen-
tissimas esse cancellationes istas in forensi
iudicio in patria iuris scripti, & ibi vidisse
sæpiùs agitari multas quæstiones, repetit
n.55. in fine.

Et hac ratione,qnia nihil prohibet,quin
agamus,quæ præscripsimus,quinimmò &
id oporteat, ne publicæ vtilitati consulere
desinamus, quamuis versari cum impro-
16 bis debeamus, improba scribere, & ar-
tem litigandi scriptam relinquere, quod
in quibusdam vidimus reprehensum ,
quandoquidèm non nouus est, sed anti-
quus mos fuit artes litigandi scriptas re-
linquere, & quomodò in iudicio conten-
dendum sit,& antè *Isocratis* æuum,qui &
horum relator fuit, & reprehensor *in ora-*
tione contra Sophistas in fine,& improba
17 scribere improbi non est,quia haud qua-
quàm par gloria cùm sequatur scriptorē,
& authorē rei,vti *Salustius* habet in *Ca-*
tilina,ex paritate rationis nō poterit Scri-
ptori improbitas communicari,quam re-
fert, uā nec propterea quòd *Demodochus*
apud Pheacas Martis,& Veneris collusio-
nes decantabat,vitijs adulari sit,qui fassus
esset potiùs,quàm vt cauterium adhiberet
libidini, & hoc sensu materias infames,
immò punibiles adorti sunt,non Sophistæ
solùm,sed & Philosophi, vt obseruat *Gel-*
lius lib.17. c.12.

Quando igitur hæc ita sunt,& probātur
testimonio Hadriani Cæsaris, qui cùm
apud eum accusaretur Medaurēsis Philo-
sophus, quòd versu lasciuus esset, aiebat
se in vita Philosophū,in epigrammaris es-
se amatorem,nec desunt qui pro *Petronio*
dictum illud expenduut, quorum nume-
ro est *Petrus Pythæus*, quod tamen de
Voconio Poeta amico suo scripsisse testis
est *Apuleius in apologia*, & *Gabriel Pu-*
therbeus in suo Theotimo, siuè de tollēdis,
*& expungendis malis libris lib.2.pag.*mi-
hi 176.

Lasciuus versu, mente pudicus erat.

Totis viribus versabimur circa quæ
stionem,quam principio posuimus, liceat
scilicèt,necne præuenire aduersus instru-
mēta,apocas banci,literas cambij, aliasq;
obligationes, quibus ex lege, statuto, aut
calore iudicij parata exequutio inest ex
fide, vel iureiurando, in contractibus ad-
hiberi solitis.

At quoniam quæstio hæc ampliori tra-
ctatu examinanda est, quàm qui vnum
tantùm caput capiat, cùm ex ea pendeat
quodammodò totius præuentionis ma-
18 teria, & quia ex terminis artis, vti notat
Ficinus in dialogo Plat.de philosophia,
non scietur quale,nisi sciatur quid sit,neq;
19 quid sit, si ignoretur,an sit, antequàm ad
illam accedamus,vt argumēta distribuan-
tur in singulas quæstiones, videamus

Primò,præuentio instrumentaria quid
sit.

Secundò, vndè dicatur præuentio, &
quarè sic dicta fuerit.

Tertiò, quis primùm,& quando eam
adinuenerit,eaq; sit vsus.

Ex his namq; & perfecta resolutio tra-
detur,& ijs satisfaciemus,qui inconueniēs
esse putant promittentibus interpretatio-
nē,vt & inquit *Caius in l.1.D.de orig.iur.*
omissis initijs protinùs materiam ipsam
pertractare,namq; nō aliàs turpe est ethy-
mologias rerum non perquirere, quòd
turpe est priùs velle determinare, quàm
terminos intelligere,vt *Ang.*ait *cons.110.*
& Mantica de coniect. vlt.vol.lib.1.tit.1.
20 *n.1.*& vt omnis, quæ à ratione suscipitur
de re aliqua institutio,vt *Cic.*scribit *lib.1.*
offic. paulò post princip. debeat à defini-
tione proficisci, & intelligatur,quid sit il-
lud,de quo disputatur,quod & illa probāt,
quæ colliguntur ex *l.1.D.de testam. & in*
l.de interdicto,D.de aqua quotid. & aesti-
ua.

Tu interim (beneuole lector) quia ma-
teriam, quam ago alij hucusq; omiserunt,
vt probant pro parte, quæ *D.Pratus*
posuit ad *Muscatell. in praxi fideiussor.*
par.1.modo 4.fol.699.vers.tangit Author,
quòd opus impeditum sit, & eloquentiæ
minus capax, vt de situ Orbis dixit *Pom-*

ponius Mela, atq; vti *Manilius* ait, ornari res ipſa negat contenta doceri, quòdq; ex tractatione, vel pauca laus eſſet, vel ſumma infamia, ſi exiguum aliquod, aut malè tentamus, aut aſſequimur rectè, ex periculo extima lapſus, meminiſſequè precor, quod *Homerus* in Achillis Clypeo controuerſiam dubiæ litis deciſionem cùm deſcribit *Iliad.* 18. vult præmijs donari, non eos, qui eloquentiùs oratione diſerta dixiſſent, ſed eos, qui rogati verius dixiſſent.

Rogatus etenim, quòd præuentionis inſtrumētariæ materiam varijs tractatā in artis noſtræ latibulis, quiq; fruges veluti redirem in horrea, iuris ſcientiæ ſupplendæ, aut locupletandæ deſiderio compulſus, de præuentione inſtrumentaria abſolutum, ac omnibus ſuis partibus integrū tractatum ſcribere decreui, non quòd ſperare poſſem, me omnia pro rei dignitate expleturum, ſed quòd meum hunc laborē iuris ſtudioſis non inutilem aliqua ex parte futurum animaduerterem, ſaltem quia ex his, quæ quaſi inſtitutionum præuentionis inſtrumentariæ loco ponimus, alius exactè diſquirendi cauſam accipiens, meliori fato, & conſilio eandem ſpartam illuſtrabit, & ornabit, hoc fine ama, aut extima, & me quoq; ſi quid lapſus ſim, aut titubaui excuſa, per tenebras enim, & ſalebras iui, & per viam adhùc inuiam, nequè ſax vlla in præſidio fuit, quæ iter aperiret errantibus, ni vetus illud libeat prætendere.

Nullum ſine venia placuit ingenium.

SVMMARIVM.

21 *Præuentionem inſtrumentariam qui definiant.*
22 *Quomodò eam definierit* Bernardinus Pādus, *& an eius definitio vera ſit, & quomodò* Io. Paulus Galterius, *cuius etiam examinatur definitio, n.* 25.
23 *Remedium* l. diffamari C. de ingen. manumiſſ. *quid contineat, & quotuplex ad id requiratur monitio.*
24 *Diffamare quid ſit.*
26 *Prodigus, & auarus peccant, & vtriquè datur curator. n.* 27. *ſed vter eorum grauiùs peccet. n.* 28.
29 *Præuentio quid ſit ex* Authoris *ſententia.*
30 *Præuentio quouſq; fieri probibeatur, vt ſuos operetur effectus, obſeruato ad id Pragmaticorum, ſeù Practicorum errore in expediendis prouiſionibus. n.* 31.
32 Ritus 189. M.C.V. *explicatur.*
33 *Præuentio an impediat liquidationem præſentato inſtrumēto ad alium finem, quàm illud liquidandi, quamuis debitor ex illa præſentatione fuerit carceratus.*
34 *Præuentio probibetur, quamuis inſtrumentum non præſentetur contra principalem debitorem, ſed illius fideiuſſorem.*
35 *Præuentor quarum legum beneficio, aut actione præueniat, & creditorem conueniat, vti inſtrumenti organum. n.* 36.
37 *Præuentionis in libello an cauſa, ex qua præuenitur aduerſus inſtrumentum, exprimi debeat.*
38 *Præuentor an actor ſit, vel reus, & quando vices excipientis ſubire poſſit. n.* 41. *& in quibus actoris incommoda ſētiat. n.* 42.
39 *Præuentio in foro præuenientis fieri debet, non in foro præuenti.*
40 *Præuentio an ſimilis ſit, vel potiùs differat à remedio* l. diffamari C. de ingen. manumiſſ. & gl. in l. ſi contendat, D. de fideiuſſor.
43 *Præueniens, qui cōtumax eſt, aut excommunicatus, audiri non debet.*
Iurat de calumnia, & ſtrictiores obtinet dilationes, quàm ſi eſſet reus. nu. 44. *nec gaudet fauoribus reorum. n.* 46.
45 *Præuentori breuis terminus ſtatuitur ad probandum ea, ex quibus præuenit.*
47 *Præueniens probibetur omnia illa agere, quæ probibentur actori.*
Hinc non præuenit abſq; venia contra perſonas, quæ vocari in ius non poſſunt ſine licentia. ibid.
48 *Amittit legatum relictum*, dummodò nō moleſtet aliquem, *ſi præueniat.*
49 *Legatarius amittit legatum relictum*, dūmodò aliquem non moleſtet, *ſiuè agat, ſiuè excipiat.*
50 Heringius *exploditur in eo, quod ſcribit, præuentionem fieri per implorationem officij Iudicis.*
51 *Officium Iudicis imploratum denegatur ob præſumptam calumniam.*
52 *Probibitus excipere, quarè nō probibetur, præuenire.*
53 *Præuentio cui actionis ſpeciei congruat.*
Dicitur actio negatoria. ibidem.
54 Iacobus Cuiacius *perpetuus boſtis* Franciſci Connani.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Prauentio instrumentaria quid sit, & an sit actio, vel exceptio, quaq; species actionis dici debeat.

21 PRæuentionem instrumentariam non
omnes definiunt, sed ex tot, quos de
hac materia loquuros coaceruauimus in
præfatione num. 13. duo solum munus id
subeunt, *Bernardinus Pandus, & Ioannes
Paulus Galterius*, quorum examinanda
definitio erit.
22 Sed *Bernardinus Pandus*, quem *Grauinensem* communitèr appellitant, minus re-
ctè definijsse visus est, cùm dixit, Præuētio
est prouocatio debitoris in creditorem,
spontaneaquè Iudicis aditio in *tract. de
præsent. instr. declar.* 19. *sub nu.* 111. mul-
tum namquè generalis est definitio, nec
omni, & soli præuentioni conuenit, & pro-
ptereà contra definitionis regulas, omni-
bus, qui de definitione tractarunt, obstre-
pentibus præcipuè Philosophis, alijs .n.
quàm definitæ præuentioni conuenit, ma-
23 ximèq; diffamationi, cùm & qui terminis
l. diffamari C. de ingen manumiss. innixus
petat iactantem super re aliqua iuberi
(vnica, vel bina, quæ sufficiat monitione
iuxtà à nobis tradita in *decis. Afflicti* 268.)
iura, si quæ habet, infra tempus aliquod
Iudicis arbitrio destinandum proponere,
24 & in contumaciam nō audiri, vel, vt Pra-
ctici dicunt, imponi perpetuum silentium,
prouocat, & spontè Iudicem adit (qua ra-
tione diffamare aliud non esse, quàm ad
iudicium prouocare, post *Bald.* ibi dixit
Barthol. Blanc. in repet. l. diffamari cap. 4.
n. 3. vbi dicit, hanc traditionem vt veram
communitèr, ac vno quasi calculo à Do-
ctoribus comprobatam, & receptam) &
tamen aduersus instrumenta non præue-
nit, qui diffamat, eoq; remedio vtitur, nec
simile pręuenienti agit, quē à diffamato in
pluribus differre trademus infra *cap.* 8. *de
Iudice prauent. instrum.* Estquè præterea
prouocationis nomen generale, pleraquè
complectens extraiudicialia, atq; campe-
stria, & postmodùm quisquis litigat, Iudi-
cem adit, & spontè, & qui contra aliquem
protestatur, & qui remedia intentat Capi-
tulorum Regni contra turbantes aliquem
in possessione alicuius rei, non tamen pręu-
enit, nisi largo modo loquendo quilibet
præuenire intelligatur (de quibus constat,
quicquid nouissimè scribit *Tondutus* in
suo *tract. de prauentione iudiciali*) gram-
maticè potiùs, & ex generalitate verbi.
25 Rectius ergò declarasse visus est ex mē-
te *Afflict. decis.* 187. *Io. Paulus Galterius*,
cùm in *sua praxi instr. verbo fuerit ab eo
prauentus nu.* 1. præuentio remedium est,
inquit, quo debitori contra creditorem
subuenitur ad liquidationem impedien-
dam ex capite nullitatis instrumenti, vel
satisfactionis, sub quibusdam requisitis,
verum cùm vel remedij essentiam, seu, vt
inquiunt, animam tacuit, quæ definitione
erat explicanda, & cum præterijt, quæ ve-
luti fasce complexus est requisita, mancus
simul visus est, & animam negotij non at-
tingere, quandoquidèm quamuis reme-
dium esse præuētionem probabimus *q.* 3.
à n. 98. multa tamen sunt remedia, quæ li-
quidationem impediunt, & tamen præuē-
tionis formula non explicantur, estq; su-
perfluus, cùm requisita addidit, quorum
omisit explicationem, nam quamuis in
Regno nonnulla requirantur ad conuali-
dandam præuentionem, de quibus passim
in opere, & præcipuè *c.* 10. *de satisdatione
prauentorum*, non tamen ideò essentiam
præuentionis intrabunt, quæ iure com-
muni stat, & de per se, & eo iure satisdatio-
ne non indiget, vt constituatur.
Et hinc vanum est, quod dicunt Mo-
derni quidam, hoc loco videndum, vter
grauiùs errauerit *Pandus*, dùm mancus
extitit, quòd præuentioni definitionem
non accommodarit, an *Galterius*, quem
prodigalitatis accusauimus.
26 Quando etenim liber quæstionem an-
nectere de prodigi lapsu, & auari, vtrumq;
peccare iure nostro constat, nam & vterq;
rebus suis abutitur, & hac ratione, vt in-
quit *Baldus in l. fin. C. de sent. pass. nu.* 16.
& Regens de Ponte de potest. Proregis tit.
27 *de diuers. prouis. nu.* 17. *& seq.* vtriq; dan-
dus est curator, auaro, quia ad necessaria
expendat, & prodigo, quia extrà necessa
ria non perdat, iam satis expeditum est,
Pandum magis errare, ex traditis per
D. Thom. 2. 2. *q.* 119. *& Aegid. lib.* 2. *de re-*
28 *gim. Princip.* qui aiunt, peiorem prodigo
esse auarum, vitio namq; hic magis hæret,
hæretq; virtuti magis prodigus, quia exer
citor liberalitatis, licèt non quibus, nec
quando opus est expendat, at hoc negotiū
non percutit, & rem, de qua agimus, nam
vtrūq; pari morbo laborare certum est,
Galterium, & *Pandum* prodigalitatis, &
auaritiæ, nam si vtriusq; rei reum fecerunt
Moderni *Galterium*, & prodigus quoquè
Pandus est, cùm dicat, præuentionem pro-

uocationem eſſe, & ſpontaneam Iudicis
aditionem,quæ reincidunt in idem,& du-
plicitatem eſſentiæ inducunt, niſi dicas,
quòad hæc *Pandum* ſe enixius declarare,
quod potuit, nam *iſta* ſupplementa, quæ
Lectoris animum ad ſententiam dirigunt,
authores plerumq; vt obſeruat *Adrianus
Turnebus lib.9. Aduerſar. cap.*15 *nu.*30.
liberalitèr de ſuo adſcribunt,ne qui legũt,
ambiguitate captioſa fortè fallantur,vndè
poterit dici,*Pandum* auarum non eſſe,
ſed potiùs aduertere, præuentionem per
effectus non debere definiri, iuxtà *Bart.*
traditionem in *l.1.in princ. D.de acquir.
poſſ.* & alibi, vti illum refert, & probat
*Rainaldus Corſ. lib.*1 *indagat. iuris c.*21.
*nu.*4.

29 Ego præuentionem ità definio,eſt antè
diem petitę exequutionis inſtrumenti,ad-
uerſus inſtrumentum propoſita actio, ad
liquidationem impediendam.

30 Dixi, *Antè diem petita exequutionis*,
quia non ſolùm venire debet,qui non de-
bere contendit, antequàm petatur exe-
quutio, & conueniatur, ſed quia debet id
agere ſaltẽ per diẽ antequã cõueniatur, vt
eſt *Ritus M.C.V.*186.incip.*item quòd vbi
facta eſt præſentatio*, ibi, *& eadem die ſit
facta præuentio in dicta Curia antè, vel
poſt,quòd per dictam præuentionem,&c.*
& inferiùs ibi, *immò poteſt fieri dicta in-
terrogatio dicti inſtrumenti, dicta præuē-
tione facta eadem die non obſtante,in ali-
quo non habito reſpectu de horis diei,&c.*

31 Et hinc colliges,quàm malè Pragmati-
ci ſeruent, & Practici, qui cùm dirigunt
prouiſiones Curijs inferioribus ad inſtan-
tiam præuentorum in cauſis præuentio-
num,addunt clauſulas,*ſtante præuentione
facta non procedant ad liquidationem
inſtrumenti, dummodò non ceſſerit dies
ſolutionis*,nam *Ritus* non requirit in præ-
uentione ad impediẽdam liquidationem
inſtrumenti, quòd ceſſerit, vel ſecus dies
ſolutionis,ſed quòd non ſit præſentatum
inſtrumentum liquidum contra debito-
rem, & hoc ego non ſemel aduerti in
M.C.V.vbi inoleuit ſtylus,& praxis talia
clauſulandi in prouiſionibus ex *Ritu* præ-
dicto, de quo latiùs agemus infra *cap.3.de
temporibus præuentionis inſtrument.*

Dixi item *antè diem petita exequutio-
nis inſtrumẽti*,vt aduertatur, præuentio-
nem ſuos operari effectus,& impedire li-
quidationem inſtrumenti, quouſq; non
ſit præſentatum inſtrumentum pro liqui-
datione facienda iuxtà *Ritum*, ità enim
intelligo verbum illud in *Ritu* prædicto
facta eſt præſentatio alicuius inſtrumenti
32 *liquidi*, vt illud verbum *liquidi* ſtet pro
liquidandi,& ſonet,quòd præſentetur in-
ſtrumentum ad finem illud liquidandi,
qua de re ſi extrà finem liquidandi,inſtru-
33 mentum pręſentetur,& creditor quoquo
modo debitorem ex inſtrumento conue-
niat, & citet,vel vigore pacti exequutiui,
vel pro aſſecutatione iudicij,& ex illa cau-
ſa debitorem mancipet in carceribus,vel
mancipatum arreſtari petat, &,vt Practici
dicunt, emparari, non propterea qui non
debere contẽdit impedietur vti remedio
præuentionis,vt videbimus *cap.*nupèr ci-
34 tato. Nota tamen ex *Ritu* iſto,nihil inte-
reſſe ad præcludendum præuentionĩ iter,
quòd præſentatio fiat contra debitorem
principalem,aut eius fideiuſſores, propter
verbum ibi,*contra aliquem debitorem*,
ſeù eius fideiuſſores.

35 Dixi *aduerſus inſtrumentum*, nam li-
cèt qui præuenit beneficio *gl.in l.ſi con-
tendat D.de fideiuſſor.& l.diſſoluta*.ac *leg.
fin.C de condict.ex lege*, & ſimilibus, iuxtà
caſuum varietatem, experiatur aduerſus
creditorem condictione perſonali, vt ar-
gumento §.*appellamus Iuſtit.de act.*poſt
Caſar.Cõtard. notat *Eraſmus à Chocbier
in tract.de iuriſdict. par. 2.quæſt.*117.*ſub
n.*10. & poſt *Aufrer. de poteſt iudic. ſecu-
lar in 2.reg.n.*19. *Carolus de Graſſ.de ef-
fect.cleric.effect.*1.*ſub n.*936.qui ſcribunt,
harum legum beneficio poſſe illum, qui
debitor eſt, agendo præuenire, & cre-
ditorem compellere actione perſonali, vt
inſtrumenti viribus ſuſpenſis iuriſdictioni
Iudicis acquieſcat, vt præſertim ex Do-
ctoribus in *d.l.ſi contendat* notat *Eraſ-
mus loco* cit.& videtur(vt alia remittamus
loco ſuo) quod diximus de condictione,
ſeù actione perſonali in Regno ſtatutum
ex *Ritu M.C.*189. ibi, *Item,quòd quando
contigerit fieri præuentionem per debito-
rem alicuius contra aliquem creditorem*,
quibus ex verbis actio perſonalis deſcen-
dit abſq; dubio, iũctis verbis ſequẽtibus,
ibi,*quòd reſtituatur inſtrumentum debi-
ti*, & ibi *condemnetur debitor ad dandum,
& reſtituendum* ex *Iuſtiniano Cæſare in
d.*§.*appellamus*,ibi,*appellamus,&c.in per-
ſonam actiones, quibus dare, aut facere
oportere intẽditur*, & inferiùs ibi, *dicimus
condictionem,actionem in perſonam eſſe,
qua actor intendit dari ſibi oportere.*

36 Tamen, quia actio aduerſus inſtrumẽ-
tum porrigitur immediatè, mediaquè eſt

persona creditoris solùm, quā conneniat, vt instrumenti dominum, vocem, & organum, de instrumento meminimus cùm definimus hac de causa, & quia ex *Ritus* verbis ità oportere censuimus, ibi, *contra aliquem creditorem, quòd restituatur instrumentum, quod est penès eum pro rupto, & casso*, & postmodùm ibi, *condemnetur creditor ad dandum, & restituendum dictum instrumentum pro rupto, & casso ipsi debitori*, vt hinc constet, totum iudiciū præuentionis versari circa, & aduersus instrumentum, nec solùm ex *Ritu*, sed etiam si attendantur verba *Diocletiani, & Maximiniani Cæsarum in l. dissoluta 2. & l. si non est numeratum 4. eademq; vlt. C. de condict. ex lege*, legitur.n. in *l. dissoluta* id ferè totum, quod est dispositum in *Ritu* 189. vt credere possim, *Ritum* ex illa lege fuisse desumptum, & scriptum, ibi, *dissolutę quantitatis retentum instrumentum inefficax penès creditorem remanere, & ideò per condictionem reddi oportere non est ambigui iuris*, & in *l. vlt.* scribuntur hæc verba facto transcripto, *reddi tibi cautionem*, (hoc est instrumentum, instrumentū enim cautionem dici præter huius legis sensum non vno iuris nostri loco probatur) *præsidali notione postulare potes*.

37 Dixi *proposita*, vt aduertat indè præuentor, ad præuentionem ex *Ritu* oportere causam, ex qua præuenitur proponi, nec sufficere, si dicatur, ex instrumento aliquo non teneri, sed debere specificam fieri mentionem in citatione præuentionis, hoc est in libello de causa, ex qua præuenit quispiam, ita.n. dictat *Ritus* 189. illis in verbis, *& faceret mentionem in citatione præuentionis, quòd est eidem creditori satisfactum*, quibus ex verbis dixit quadā in causa, inductam esse formam in præuētione maximi nominis Aduocatus, & pręuentionem esse nullam, quia in libello præuentionis causa non erat inserta, nec de illa facta mētio, prout dicitur in *Ritu*, & quamuis causa illa non sit decisa, puto ego, hærendum in verbis istis *Ritus*, nam verba illa, *& faceret mentionem* non regulantur ab illis in principio *Ritus, Item, quòd quando contigerit*, quasi quòd ex contingentia facti fieret mentio in citatione præuentionis, quòd est eidem creditori satisfactum, nam contingentia casus fingitur circa satisfactionem, vt possent *Ritus* Conditores termini necessitatem imponere Iudicibus, ibi *debeat dari breuis terminus*, vti de re, quæ extrinseca probatione indigeret, non quòd ex alia causa præueniri non posset, quod esset cōtra *Ritū M.C.* 190. aut quòd solùm mentio fieri deberet in citatione pręuentionis de satisfactione, & non de alia causa, ex qua præueniri contigerit, vt vtrumq; explicabo latiùs infra *cap. 4. de modo præueniendi, & cap. 5. de causis, ex quibus præuentio fiat*.

38 Dixi *actio*, nam qui præuenit, actor dicitur in citato *Ritu* 189. ibi, *& si actor probauerit, pecuniam fuisse solutam eidem creditori*, & præuentorem esse actorem probat non solùm ratio *tex. in l. in tribus 13. D. de iudic.* vbi Caius ita scribit, *sed magis placuit, eum videri actorem, qui ad iudicium prouocasset*, cum similibus apud *Ant. de Virgil. in tract. de legitim. pers. in proœmio à num.* 101. sed dispositio *Ritus* 190. in eo, quod vult, quòd præuentio cōtra clericum fieri possit in Curia Ecclesiastica, quam dispositionem, quia deducunt non alia ratione, nisi quia qui præuenit, actor sit, *Caran. in d. ritu 190. n. 3. D. Præses de Franch. decis. 657 sub n. 4. D. Regens Capyc. Latro decis. 89. num. 4 & 7. D. Reg. Sanfelic. decis. 168. nu. 2.* qui alios citant, & de præueniente, quòd sit actor scribit *Tuscus lit. S. conclus. 637. n. 15.* post *Federic. de Sen. & Bald.* quos allegat, & alij, quos cumulabimus infra *cap. 8. de Iudice præuentionis, & apud quem causa præuentionis agitanda sit*

39 Quarè cauendum erit in posterùm ab ijs, qui putant, pręuentorem actorem non esse, sed reum, & vti talem posse coràm suo Iudice præuenire contra creditorem, qui alterius fori sit, quorum numero est *D. Octauius Caracciolus decis. 38. nu. 28.*

40 deceptus ex terminis *l. diffamari*, & tanto magis *l. si contendat*, in qua immeritò se fundat, quando potuit videre ex *Petro Gregorio de censibus quæst. 10. sub nu. 18. vers. quartò non obstat*, & ex *decis. 89.* Domini mei *Regentis Capyc. Latro*, in hoc præsertim differre dispositiones legum, quas ipse allegat, & iudicij, quo debitor instat declarari, se non teneri ad obseruātiam contractus, quo casu lis est, & iudicium intentatur circa negotium principale, vt loquitur Dominus meus *sub n. 7.*

41 Est benè verum, quòd si præuentio fiat ex causa, quæ exceptionem præbeat tantummodò, ità vt iudicium fundari videatur, ex traditis per *gl. & DD. in cit. l. si contendat*, quod fieri posse, exemplis ostendemus *infra cap. 5. de causis, ex qui-*

bus

bus præuentio fiat, præuentor vices, & pri-
uilegia reorum subire merebit in decisó-
rijs, qui itá namq; præuenit, & ne de cęre-
to inquietitudinē subiltineret, originarió,
ac naturalitèr reus censeri debet, attenta
causa naturali potiùs, quàm accidentali,
qua .s. se defendit, non qua ipse prouocat,
& itá procedent quæ tradidere *Muta*, &
Amatus citati à *Caracciolo*, ac *Antonius
de Virgilijs loco* cit. *nu.* 102. & pro parte
Carau. vbi sup. loco cit. *sub n.* 5.
42 In ordinatorijs autem iudiciorum, &
cùm præuentio fit ex causa, qua actio in-
tentatur, itá actor erit exiltimandus,
qui præuenit, vt & forum præuenti sequi
debeat, iuxtá *text. in l.* 2. *C. de iurisd. omn.
iudic. c. cùm sit generale, & c. si Clericus, de
43 foro compet* vt latiùs dicemus in *c.* 8. *de
Iudice præuentionis*, & cùm contumax est,
aut excommunicatus, audiri non debet,
vt probat, & benè *Carau. d. ritu* 190. *n.* 7.
44 *& n.* 9. ac *D. Pratus ad Muscat. loco* infra
cit. *sub n.* 52. quinimmò iurabit de calum-
nia, si solitum sit talitèr iurari, vbi fiat præ-
uētio, quia qui actor est, iurare de calūnia
tenebitur, *l.* 2. *in prin. C. de iureiur. propter
calumn.* & pauciores ei dabuntur dilatio-
nes, ex *l. fin. D. de fer.* iuxtá *gl.* sententiam
in *d. l. in tribus, in ver. actorem*, quam verá
exiltimo in materia præuentionis, præser-
45 tim in Regno, quicquid contra *gl.* scribat
Paulus Castrens. ibi, quia *Ritus* 189. dicit,
debere dari breuem terminum præuēto-
ri ad probandum id, per quod præuenit,
illis in verbis, *& faceret mentionem in ci-
tatione præuentionis, quòd est eidem cre-
ditori satisfactum, per ipsas Curias, seù al-
teram ipsarum debeat dari breuis termi-
46 nus, &c.* nec sic erunt fauorabiliores qui
præueniunt, sicut & ij, qui excipiunt, per
iura, quæ *gl.* prædicta ponit *loco* cit. aliaq;
47 prohibebitur agere præueniens, quę pro-
hibetur omnis agens, atq; itá prohibebi-
tur præuenire absq; venia aduersus per-
sonas illas, quæ absq; licentia vocari non
possunt, cùm etenim præuentio actio sit,
optimo iure *edicto* subijcietur *de in ius
vocando*.
48 Et legatum ea conditione relictum, *ne
molestia alicui inferatur*, itá amittitur ex
præuentione facta contra creditorem, vti
amitteretur, si contra illum alia quæuis
actio institueretur, iuxtá terminos *l. Lu-
cius Titius* 78. *§. tres heredes, D. ad Tre-
bell.* & tradita in *l. amplius non peti, D. rem
ratam haberi*, iuncta sollemni, & copiosa
decisione Domini mei *Regentis Sanfelicij*
167. vbi *nu.* 10. dicit, amitti legatum, quo-
49 modocunq; prohibitus aliquem inquie-
tare, illum molestet, siuè agendo, siuè exci-
piendo.
50 Et ex hoc infero primò, cauēdum esse à
traditis per *Hering.* si (vt quidā putāt) vo-
luit in *tract. de fideiussor. c.* 25. *nu.* 133. fieri
præuētionē per implorationē officij Iudi-
cis, quia cùm officiū Iudicis nō præsuppo-
nat obligationem, destruit *Hering.* & *Ri-
tum*, & tradita, quòd præuentio sit actio,
habet etenim se actio ad obligationem,
vt mater, & filia, & conuincitur, quia si ve-
rum esset, quod tradit, posset ob præsum-
ptam calumniam non admitti pręuentor,
dùm officium Iudicis potest denegari im-
51 ploratum, ob præsumptam calumniam,
vt dicit idem *Hering. loco* cit. *n.* 283. & ta-
men in hoc præuentio nullo subijcitur
Iudicis arbitrio, nec potest denegari, ex
dispositione *Ritus* 189. in quo cogitur Iu-
dex admittere præuentorem, eiq; dare
terminum, quamuis breuem, vti notaui-
mus supra *n.* 45. & comprobat hoc *prag.
Malitijs, de præuent. moder.* vbi imposita
est pœna calumniantibus, ac temerè præ-
uenientibus, de qua nos particularitèr
agemus *cap.* 14. huius operis.
52 Secundò infero ad rationem, quarè sub
statuto prohibente exceptiones opponi
aduersus instrumētum, cuius generis sunt
Ritus M C. 166. & *pragm.* 8. nupèr edita
sub *tit. de liquidat. instrum.* non continea-
tur præuentio, cùm etenim præuentio
actio sit, non exceptio, non potest in statu-
to contineri, quod loquatur de exceptio-
nibus, qua ratione licèt non itá expressa,
quòd excipere prohibitus non prohibea-
tur præuenire ad retardādā exequutionē
instrumenti, petereq; possit cassari instru-
mentum, vel vt declaretur, quòd sibi ex-
ceptio aliqua legitima competat aduersus
instrumentum, iuxtá terminos, quibus
vtitur *gl. & DD. in l. si contendat, D. de fi-
deiussor.* & similibus, vt expressè ex *An-
gelo in rubr. Instit. de except. num.* 30. *&
Paulo Castr. in d. l. si contendat, nu.* 1. *Ca-
gnol. in d. l. diffamari*, vbi testatur de com-
muni Doctorum sententia, *gl. & Bar. in l.
Aurelius, §. centum, D. de liber. leg. Abb. in
c. si quis contra, nu.* 2. *de foro compet. Bal. in
l. nec contra, C. ne fil. pro patr. & Alex. ad
cons. Feder. de Sen.* 286. & alijs, notarunt
Cardin. Tuscus lit. S. concl. 525. *n.* 1. *&* 3.
Intrigl. super bulla. quæst. 65. *nu.* 12. *Ma-
strill. decis.* 157. *nu.* 9. *Muta decis.* 94. *nu.* 1.
Giurba decis. 44. *n.* 3. *& Carolus de Grassis*

*de except.in præiud.n.*247.cuius in opere aduertendum est hac ratione, inter exceptiones non esse connumeratam præuentionem ad impediendam liquidationem instrumenti, quia præuentio exceptio non esset, sed actio, atq; propterea illam omisisse, nec in hoc mancum fuisse *Grassum*, vti contendebat quidam, nam immò superfluus fuisset, ac præterea errasset.

Et hinc non possum non mirari, quòd *D.Pratus* vir alioqui oculatissimus dubitauerit asserere, quòd præuētor actor est, non reus in *addit.ad Muscatellum par.*1.*gl.reus fol.*21.*in princ.*illis in verbis, *quæ intelligenda sunt, habita pro veriori opinione, quòd præueniens sit actor,* nam dum in Regno præsertim adest *Ritus* id expressè decidens, non est hæsitandum, aut aberrandum inter scholia Interpretum, aut repetitiones eorum.

Retentoq; hoc themate cauendum erit à *Tusco*, cùm *d.conclus.*525.*num.*1.allegat *Bal. cons.*261. *primò quæritur, in princ. lib.*1.vt probet, quòd stante statuto disponente, quòd instrumenta mandentur exequutioni, non obstante quacunq; exceptione, non possit debitor præuenire creditorem per viam actionis præiudicialis, nam.*Bal.*id non dicit *ibi*, quinimmò pro contraria est sentētia, ea ratione, quia statutum istum casum omittit, & quādoq; denegatur exceptio, & non denegatur actio, per *tex.in c.debitores, extrà de iureiur.*subdit tamen alium casum, in quo non potest esse controuersia, cùm .s. statutum dat istum ordinem, quòd primò fiat exequutio, secundò possit agi, & retractari, intrat etenim eo casu dispositio, ac ratio *tex.in l.fin.C.de ordin.cognit.& c.suscitata, ext.de restit.in integr.*de qua nos *cap.*2.*de effect.præu.instr.*

Dixi *ad liquidationem impediendam*, vt præuentorum finem, & eam mentem esse declarem, quæ impediant instrumenta præsentari, & liquidari.

53 His absolutis, dùm præuentio actio est,
conuenit hoc loco, vt videamus, cui actio-
nis speciei præuentio congruat, at quoniā,
vt obseruat *Franciscus Connanus lib.*4.
*comment.iuris, cap.*7.*ad fin.* actiones ap-
pellantur ex formulis, quibus nominaren-
54 tur ab ijs, quibus cōpetūt, vt & perpetuus
hostis operum *Connani Iacobus Cuiacius*
obseruat *tract.*9.*ad African.in l.si priùs,
D.de oper.noui nūciat.* & *Andr.Facbineus
lib.*8.*contr.*47.non dubito, præuentionem
dicendam actionem negatoriam, qui ete-
nim præuenit, agit, vt creditori ius non esse liquidandi, & præsentandi instrumentum declaretur, nullamq; ei, qui se asserit creditorem, summam deberi, & quantitatem, quod negatoria intentandum consuluit *Iacobus Cancer.*vt ipse refert *var.resol.lib.*3.*cap.*1.*de action. sub nu.*67.& post *Cancer.& Montaner.in addit.ad Oliban. de action. par.*2.*lib.*1.*c.*12.*nu.*2.latiùs obseruauit *Fontanella de pact. nupt. tom.*2.*claus.*5.*gl.*8.*par.*14.*num.*53.

S V M M A R I V M.

55 *Ethymologias rerum Iureconsultus perquirere an debeat, & n.*58.68.*&* 72.

56 *Verbi controuersia quos hominum torqueat.*

57 *Verborum acumina pertinacibus relinquenda sunt, spiritus, & sensus sapientibus.*

59 *Leges* Prisciano *non subiacent.*

60 *Disputatio circa nomen proprium alicuius rei, quibus relinquenda.*

61 *Stoici quarè inepti ex* Iacobo Cuiacio.

62 *Ethymologiæ proprietatem quarè plerūq; nomina non habeant.*

63 *Ethymologia omnis plerūnquè fallax, & quarè, ac quando secus.*

64 *Argumentum an, & quando valeat ab ethymologia vocabuli, & n.*66.

65 *Nomina propria imponuntur ad libitum.*
Nominis, & cognominis mutatio an, & quando puniri possit.ibid.

67 *Ius ferè totum, aut in verborum interpretatione positum est, aut in æqui, prauiq; discrimine.*

69 *Antiquitas non minus est verbis, quàm rebus.*
Nos eius studiosos esse par est.ibid.

70 *Vocum originationi* Plato *librum consecrauit.*

71 Iureconsulti *diligentes in perquirenda ethymologia fuerunt.*

72 Labeo *Latinarum vocum origines, & rationes percalluit, ijsquè ad quid vsus fuerit.*

73 *Ethymologia vndè, & quarè sic dicta fuerit.*
Eius effectus. ibid.

74 Præuenire *verbum non simplex est, sed compositum à præ, & venio, & quid significet.*

75 *Præuentio quæ ratione sic dicta fuerit.*

76 Præuenire *verbum apud Iureconsultos, quid varijs in locis dicat.*

QVÆSTIO II.

Prauentio vndè dicatur, & quarè sic dicta fuerit.

55 RErum ethymologias perqnirere I.C.
an debeat,nec ne,non omninò con-
stat ex nostris,sunt etenim qui negent,
56 qnòd,vt Cic.ait lib.1.de oratore,verbi cō-
trouersia torquet homines contentionis
cupidiores, quàm veritatis, & Bal.in c.ex
parte n.28.de appellat.acumina verborum
pertinacibus relinquēda moneat, spiritus
57 autem,siuè sensus sapientibus, vndè de
ethymologijs dispntare inutilis sit,ac pro-
58 priùs disputatio grammatica, quæ omni
prorsns vtilitate careat,vt Costalius ait in
59 parerg.nu.4.& quia leges Prisciano non
subiacent,vt inquit Bal.cons.33.n.2.vol.1.
& hìnc grammaticis relinquendas dispu-
60 tationes circa nomen proprium alicuius
rei,alijsq; ceruicosis,& pertinacibus, glos.
censuit in rub.D.solut.matrimon. & ibi
Franc.Niconitius nu.7.& Barbosa in 1.
par.rubr.sub n.12.vers.vlteriùs,gl.in l.2.
verbo vocabula,C.de cōstit. pecun.Innoc.
in cap.quia verisimile,in fin.de præsumpt.
Ias. qui similia adducit in §.sic itaq; nu.9.
& ibi Gomes.n.19.Inst.de action.& Iaco-
61 bus Cuiacius lib.1.obseruat. 37.Stoicos
propemodùm ineptos appellet,quòd nul-
lnm genus hominum, vt Franciscus Flo-
ridus Sabinus ait lect.successiu.lib.2.c.13.
in verborum subtilitatibus fuisset occu-
patius, quod & Cic. notasse videtur lib.1.
offic. & quidèm certins hoc esse videtur,
consideraro præsertim, quòd cū cuiq; pro
ingenij captu, liceat nominum reddere
62 rationem,factum est,vt plerunq; nomina
ethymologiæ proprietatē non habeāt,cu-
ius testis locuples esse pōt solus Isidorus,
63 quarè factum est, vt verborum ethymo-
logia omnis plerunq; fallax sit, & impri-
mis,nisi fideli fundamento nitatur, friuola
apud Laur.Vallam lib.6. elegant.c.13. &
64 Bart.dixerit in rubr.D.solut.matrim.n.5.
quòd licèt valeat argumentum ab ethy-
mologia vocabnli, l.2. § appellata, D. si
cert.pet.l.1.D.de furt.l.1.D.de acqui.poss.
l.1.D.de iust.& iure.l.1.D.de testam.l.1.
D.de nouat.l.1.D.de pact. tamen ea inua-
lida erit, cùm ab ethymologia ducetur
65 nominūm propriorum, nam hæc cùm ad
libitum imponantur, l. ad cognoscendos
C.de ingen.vndè & nominnm, cognomi-
nnmq; mntatio pnniri non potest,si sine
fraude fiat,l.1. C.de mutat.nomin.& nota-
66 tur in l.falsi,de fals.& in c.accedēs,de fals.
Bar.in 1.constit.Digestor.§.nos verò,n.2.
& Bal.ac alij in locis relatis per Addit. ad
Bar.ibi lit.A. ex illis efficax argumentum
deduci non posse videtur,l.fin. §.penult.
cū gl.D.ad municip.& subscribūt Bartolo
DD.communitèr,si credendum est Vin-
centio ad rub.D.solut.matrim.n.31.Nico-
nitio nu.68.Marco Ant.in princ.Instit.de
testam.col.3.post princip. Euerardo cent.
leg.loco 6 & Decio,vt alios omittam in d l.
2.§.appellata,D.si cert.pet.in vlt.lect.
Cùm verò quæ posnimus ex citatis eò
pertinere videantur, vt non verba spectā-
da sint potiùs, quàm res ipsa, nec tàm vo-
cis origo, coniugatio, & deriuatio gram-
matica,quàm nominis impositi ratio,vtrū
.s. nomen rectè sit impositum, nec ne,vti
67 doctè explicat Ioannes Geddeus in l.nomē
164.n.6. D.de verb. signif.& ius ferè totū,
aut in verborum interpretatione positum
sit, aut in æqui, prauiquè discrimine, vti
Quintil. ait lib.12. Baptista Aymus in
tract. de alluuionibus lib.1.c.1. in princ.
68 contrariam multi amplectandam censue-
re sententiam,quam ego sequor,quòd re-
rum ethymologia sit omninò perquiren-
da,& semper.
Cùm etenim verbis sua non minùs,
69 quàm rebns sit antiquitas, cuius nos
quoquè stndiosos esse par est, teste Bar-
naba Brissonio lib.3.antiquit.c.23.& vt ait
Varro, qui de rebus multa disserit com-
modè,potiùs boni consulēdum est, quàm
si quid nequiuerit reprehendendum, Pla-
tonis præstat sectari propositnm, qui in
70 vocnm originatione sic laborauit,vt totū
ei librum consecrarit,vti Io.Goropius Be-
canus obseruat in Beccesilan. lib.1. pag.
71 mihi 7. maximè cùm I. C. nostri studio-
sè, vndè verba ducta sunt exquirant, ac
in inuestiganda nominum ethymologia,
quæ proprietatem rei ostendit, valdè dili-
gentes fuerunt,vt constat ex l.1.D.de offic.
Quæst.l.1. D. de furt. l.1. §.1. D.de pact.
l.Senatus §.1. D.de donat. cum simil. pe-
nès Io.Bellonum in libello de argum. legū
cap.1.& Varemundum de Eremberg.in
72 meditam.pro federibus c.3.nu.1. Labeoq;
imprimis,præsertim Antistius Latinarnm
vocum origines, rationesquè percalluit,
eaq; præcipnè scientia ad enodandos ple-
rosq; inris laqueos vtebatur,vt Aulus Gel-
lius habet lib.13.cap.10. & ex eo Vdalri-
cus Zasius in orat.10. quam Friburgi ha-
buit fol.mihi 158.vbi lucnlentèr,vt solet,
necessarium esse ethymologias pernosce-

re rerum ostendit,quod & præstitit oouis-
simè *Barbos.in locis commun. loco* 44. *ab
ethymologia*.
73 Hinc & quia primùm quidèm, vt iubet
Prodicus apud *Plat. in Euthydemo* pro-
prias nominum significationes oportet
accipere,tùm etiam,quia in omnibus ferè
iuris articulis non solùm Doctores oostri,
verùm etiam ipsi Pontifices ,& Prisci I.C.
vt dictum est,ethymologias magnifaciũt,
qui veram iurisprudentiam coluerunt, &
inter alios argumentorum locos huoc ab
ethymologia ponit *Arist.Cic.Quintil.* &
veriloquium appellauit ethymologiam
*Cic.in Topic. Agric. dialect. inuent. lib.*1.
*c.*23. ab *etimon*, quod græcè verum dici-
tur, vt optimis exemplis ostendit *Fonseca
lib.*5. *Instit.dialect.c.*2. quinimmò ethy-
mologia verborum origines perquirit ,
eorumq; veritatem demonstrat.
Præuentionis originē ratus nō esse prę-
tereũdã,vocis quoq; origiоē,coniugatio-
oem, & deriuationem quoq; grammaticã
subijciens, aduerto,verbum *præuenire* oõ
74 natum,hoc est simplex esse,sed ab origine
factum duplici, & iuoctum, siuè composi-
tum esse à *præ*,& *venio*, quod est antè ve-
nire , & est ad rem oostram , idem qnod
antè creditorem venire, idest antequàm
creditor liquidaturus,pręsentaturusvè in-
strumentum,super tenore iostrumenti ci-
75 tet debitorem , atq; hac ratione dictam
esse præuentionem , quòd quis antè venit
ad aliquid, & id præoccupauit, quod alius
eandem rem si diligentior fuisset,occupa-
re potuisset,vti *Petrus Rebuffus* censuit in
*tract.de pacif. possess.sub nu.*406.& clariùs
*nu.*407. & in *tract. de nominat. quæst.*17.
*n.*49. *Mascardus de probat.conclus.*1232.
*nu.*1.& *Alphons.Azeuedus in l.*10.*tit.*13.
*sub num.*2. *lib.*8.*recopilat.* fassusq; videtur
Barnabas Brissonius, cùm præueoire io-
76 terdùm occupare significare docuerit *lib.*
14.*de verb.signif verb.præuenire*, atq. ita
pręuenire dicitur apud I.C.qui priùs agit,
accusaturus in *l.*4. *D.ad l.Iul. de adult.* si
maritus non negligens prænentus est, in
l. 7. *D. de iudic.* si quis posteàquam in
ius vocatus est miles , vel alterius fori esse
cęperit,in ea causa ius reuocandi forum
non habeat,quasi pręuentus,in *l.*2.*§.quòd
si pater,D.ad Senat.Consul.Tertyll.*si ma-
rer à sene,à libertis præuenta est,in *l.*1.*D.
de in rem verso*,si præuẽtum sit ab aliquo,
& actũ de peculio, in *l.*2. *D.de iure Fisci*,
præuenit causam pignoris Fiscus in *l.*21.
*C.fam.hercisc.*officium arbitri diuidendæ
hæreditatis præueniendo,in *l.*6.*§.quid ta-
men,D.de iniusto rupto*,non pęnæ festina-
tione,sed præueniendi periculi metu, in
*l.*77.*§.vlt.D.de leg.*2.*in l.*0.*D.de diuort.&
repud.*testator morte præuentus, io *l.*3.*de
inutil.stipulat.*præuento morte oepote,in
*l.*2.*§.confestim,D.ad Senat. Cons.Tertyll.*
si mater mortalitate filij præuenta est,in
*l.*1.*C.de thes.lib.*10. & imperatoriæ Maie-
statis videatur præuenire liberalitas po-
stulanda,ac mille propè in locis hac signi-
ficatione,& verbi ratione vsi sũt I.C.quo-
rum noonullos retulere *Azeued.loco* cit.
*sub nu.*3. *& Tiber. Decianus tract. crim.
lib.*4.*c.*20. *in princ.*vt pro oiue eruditiores
Poetas, & Oratores missos faciam, omit-
tamquè consultò,contentus ijs,quos me-
moria exhibet ad principium *quæst.seq.*

SVMMARIVM.

77 Præuenire *verbum in vsu apud Iure-
consultos,Oratores,ac* Poetas.
78 Præuẽtionis *verbũ an sit Latinũ,& n.*80.
79 *Præuentio instrumentaria, quibus tem-
poribus fuerit adinuenta.*
*An temporibus Gothorum, Longobar-
dorum,aut aliorum Barbarorum.ibid.
& n.*85.*&* 102.
*Vel Regina Ioanna II.nu.*111.*&* 115.
*& n.*120.
*Vel potiùs Cæsarum,& quo ipsorum
moderãte Romanum Imperium. n.*124.
81 Præuentionis *verbum, vndè dictum sit.*
82 Præuenire,& præuentare *verbum Latinũ
est,quiq; verbo* præuentare *sit vsus,&
ad quid significandum.*
83 Præuentionis *nomen verbale est, & vndè
ducatur.*
84 Plautus *instar omnium Latinorum.*
*Princeps est lingua,& eloquentia lati-
na in verbis.ibid.*
86 *Ius Lõgobardorum an penitùs correctum
sit in Regno Siciliæ, vel potiùs seruetur,
& vbi, quomodò, ac quibus in tempori-
bus,& quòad quæ, & nu.*88.92.94.97.
& 104.
87 *Ordo legum,quibus iudicari debet in Re-
gno,recensetur.*
88 *Ius Longobardorum an commune dici
possit in Regno,vel potiùs speciale.*
89 *Mundualdus datur mulieribus viuenti-
bus iure Longobardorum in Regno.*
90 *Testamenta viuentium iure Longobar-
dorum iudicantur secundùm illas leges.*
91 *Feudorum liber satis coniunctus est cum
Longobarda.*

Ius Longobardorum,idem eſt, quod ius commune feudorum. ibid.

93 D.Hector Regens Capycius Latro *I.C. eruditiſſimus, & antiquitatum omniũ obſeruator ſtudioſiſſimus.*

95 *Conſuetudines Bari, quibus ex legibus excerpta fuerint,& debeãt interptari.*

96 *Iure Longobardorum viuere,nemo poteſt prohiberi.*

98 *Prauentio eſt remedium extraordinariũ, ac ſubſidiarium.*

99 *Remedium* gl.iñ l.ſi contendat,D.de fideiuſſor. *eſt extraordinarium.*

100 *Prauentio ex quibus debuit oriri.*

101 *Remedio ſubſidiario tria locum faciunt, qua recenſentur.*

103 *Ius Longobardum eſſe aſininum, qui dixerint,quiq; quòd ſit pietatis neſcium, iniuſtum, & ſine ratione factum, qui verò quòd contineat ſapientiam,& vocet beſtias tenentes contrarium. n.107. Qua aduerſus illud tentarit* Bartholomæus de Capua, *& deſiderauerit, ac ſcripſerit* Lucas de Penna.*n.*105.

106 *Longobardi Reges qua æquitate,& probitate regnarint,quiq; illorum leges primus condiderit, quibus vixerunt.*

108 Andreas de Iſernia, & Lucas de Penna *laudantur.*

Pragmatici ſunt prima nota,& decus, ac ornamentum Regni, Italia, ac totius Europa.

109 *Ius Longobardum multa bona continet.*

110 *Doctrina falſa nulla eſt,qua aliqua vera non intermiſceat.*

112 *Regina Ioanna II.quo anno regnare cœperit.*

113 *Liquidari non poteſt inſtrumentum aduerſus quod prauentum ſit.*

114 *Iudices Ordinarij non reſcindunt, prout Curia Suprema, contractus in Gallia, abſq; literis Regijs, & n.*119.

116 *Regina Ioanna II. reformauit, non condidit* Ritus M. C. V.

117 *Magna Curia Vicaria an vna fuerit, vel duplex,& cuius Curia fuerit.*

118 *Reſcindit cõtractus, vti Curia Suprema abſq; licentia Regis.*

121 Ritus M.C.V. 189. *diſpungitur.*

122 *Leges cenſentur abrogata, qua cum volumine legum aliarum non publicãtur.*

123 *Leges correctas allegans ad deciſiones cauſarum,punitur,& qua pœna.*

125 *Prauentionem quis primus adinuenerit, vel eius ſit remedio vſus, quibus in Regionibus, aut temporibus prorſus incognitum.*

QVÆSTIO III.

Prauentionem inſtrumentariam quis primùm adinuenerit, eaq; ſit vſus.

77 QVanquàm verò ex his,quæ dicta ſunt
*quaſt.praced.n.*76.verbum *praue-*
nire apud I.C. in vſu fuiſſe probe-
tur,& apud eruditiores Poetas, & Orato-
res,nam & *Liuius* vſus eſt *lib.* 4. ibi, *Cæte-*
rùm prauenerat non fama ſolùm,qua ni-
hil in talibus rebus eſt celeriùs, ſed nun-
cios etiam ex regijs ſeruis, *Prauenit mors*
talia cogitantem ſcribit *Sueton. in Caſare*
44. *& in Tiber. cap.*62. *præuenit vires fi-*
ducia, Quintil. *prauenire Nuncios*, Tacit.
lib. 17. *atq; in eo ipſo Sacramento vexillis*
inferioris Germania prauctus erat,& vſus
eſt *Virgil.* interpoſita dictione *Ecloga* 8.
Naſcere, praquè diem veniens,age Lu-
cifer almum.
78 Non tamen deſunt, qui putent,verbum
prauentionis ita Barbarum eſſe, vt eius
adinuentum, & vſum ad rigores inſtru-
mentorum temperandos, Gothorum,
79 Longobardorumq; Regum, & aliorum
Barbarorum temporibus ſit referendum,
quibus lingua latina prorſus tabeſcebat.
Vndè facta nobis occaſio eſt diſquiren-
di de præuentionis adinuento, ſiuè origi-
ne,& vſu.
Sed diſplicet quod relatum eſt de ori-
gine,ac Barbarie,cenſeoq; proindè ad alia
tempora referendam præuentionis origi-
nem, etſi namq;negare non poſſim,Bar-
bariem temporibus Gothorum, & Lon-
gobardorum craſſatam fuiſſe bonas artes,
& præcipuè linguæ latinæ nitorem, quod
& Codices illorum temporum, quæ ex-
tant,pleniſſimè probãt, falſum tñ omninò
80 eſt argumentum, & imprimis ex Barbarie
verbi præuẽtionis,quod latiniſſimum eſt,
vt ità dixerim, quandoquidèm ſiuè illud
ductum quiſquè credat à verbo *praueni-*
81 *re*,quod ego cenſeo,ſiuè à verbo *prauen-*
tare, quod facile eſt, vt ſuaderi poſſit ex
nupèr ſubnectendis,ſemper latinum cen-
ſeri debebit, de verbo enim *prauenire*,
82 quòd latinum ſit,conſtat ex dictis,& ver-
bum *prauentare* indè latinum eſſe, li-
cet arguere, quod illo vſus eſt *Silius* pro
eo, quod eſt antè defendere,vel antè pro-
hibere, vt notat *Ioannes Paſſaratius*,olim
Pariſijs eloquentiæ Regius Profeſſor ex
Italis, Germanis,Hiſpanis,& Gallis *in no-*
tis ad Ambroſ.Calepinum, in verbo pra-
uento, & id ipſum præuentionis nomen

83 quod verbale censendum est, latinum esse à *præ*, & *ventio* locus *Plauti* mihi probat, quem citasse instar mihi est omnium latinorum, quando illum linguæ, atq; ele-
84 gantiæ latinæ in verbis Principem vocat *Aulus Gellius lib.7.noct.atticarum cap.17.* *Plautum* etenim hoc nomine *ventionis* vsum legimus *in Truculento* in Scena ite, ite hac *ibi*

. . . . quid tibi
Hùc ventio est

& dictionem *præ* latinam esse, ac latinè *ventioni* posse coniungi, nemo negabit, qui sani capitis extet.

85 At nec possum probare adinuentum prævenrionis in Longobardis, & Gothis, alijsvè in Barbaris, tùm quia vocibus Gothorum non potest præuentio duci, tùm quia legibus non correspondet, quæ quòad Longobardos scriptæ sunt, & demùm quia in legibus Longobardis, quæ extant, aliqua mentio esset de præuentione.

86 Non audeo, etenim, sententiam probare ex argumento, quod aliquis subijciendum putabit, quia scilicèt nec superesset preuentio, correcto penitùs in Regno iure Longobardorum, vt putant *Vinc. Maxilla ad Consuet. Bari, in proœmio n.128. cum duobus seqq.* & latissimè *Robertus Maranta in 3. par. spec. à num.95.* & præcipuè *sub n.126.*

Puto namquè summopere istos in hoc errasse, præsertim pro eo, quod spectat ad Siciliæ regna, & mirum est, quòd orti in Apulea, vel ibi scribentes, vndè peruenit ad nos lex Longobarda, de iure Longobardo tàm pessimè sentierint, seruari nãq; ius Longobardorum in Regno vtriusquè Siciliæ, testatur *Andr. in præludijs feudorum sub nu.37.* quamuis subdat, alibi vix seruari, seruatiq; id præcipit *Constitutio Regni*, quæ incipit *Puritatem*, vt & aduertit *loco* cit. *Andr.* & probant expressè verba *Constitutionis*, postquàm namq; præ-
87 scripsit *Rex Gulielmus* ordinem, quo Officiales iustitiam ministrare curarent, & cum quo iudicatur in Regno, quod & notat *Arnonus sing.* 8. secundùm scilicèt Cõstitutiones Regni primo loco, secundo loco secũdùm Consuetudines approbatas, ac demùm secũdùm iura communia subdit *Longobarda videlicèt, & Romana, pro-*
88 *ut qualitas litigantium exegerit*, vt indè tantùm abesse videatur, quod abrogatum sit in Regno ius Longobardorum, vt & illud ius commune appellari debeat, & Regis ex præscripto seruari in casibus, in quibus deficit ius ex Constitutionibus, aut Consuetudinibus approbatis, ità quòd censuerit *Troysius in Ritu 291.n.3.* præferendum in iudicijs ius Longobardorum iuri, quod dicimus commune Romanorum.

Id, quod ego puto verissimum in viuẽribus tamen iure Longobardorum, si verba spectemus *Cõstitutionis* ibi, *secundùm iura communia, Lõgobarda videlicèt, &c.* negant, namq; ius Longobardum commune esse, sed speciale in Regno *Lucas de Penna* relatus à *Consil. de Bottis in addit. ad dictam Regni Constitutionem, & Fabius Iordanus ibid. in addit. seq.* & post *Isern.* & alios *D. Regens Capyc. Galeota in* infra cit. *contr. 12. num.39 & 42. lib.1. & contr. 1. n.57. lib.2.* ita interpretantes Cõstitutionem istam, quæ tamen iuri Romanorum præfert Longobardum, prout alia *Constitutio*, quæ incipit *Vt vniuersi.*

89 Probatur item assumptum, quia ex *Ritu* M.C.V. 291. secũdùm ordinem *Carau. & 291.* secundùm ordinem *Troysij* datur Mundualdus mulieribus iure Longobardo viuentibus, vt vidit ipsemet *Maranta loco* cit. *nu.123.* qui & obseruat, secundùm ius Longobardorum decidi causas in Sa-
90 cro Consilio apud *Affl. decis.160.* si secundùm illud viuens, fuerit postea testatus.

Quod & *Grammaticus* habet *decis.76. nu.3.* vbi *in fine* ita decisum refert, quamuis decisionem illam euertere conatus fuerit vir omni æuo laudandus *D. Regens Capycius Galeota d. contr.12. à n.39. lib.1.* in eo, quod dicit, secundùm leges Longobardas decidendum, vbicunq; testamentum scriptum proponeretur.

Vt nunc prætermeam hoc verum esse, etiã in tota Italia, quod probabit quisquis cũ
91 *Andrea loco* nupèr cit. obseruet librum feudorum satis coniunctum esse Longobardæ, & multa indè sumpta fuisse, quod & plurima loca feudorum enixè demonstrant, & fatebitur *glos.* quæ iura Longobardorum allegat in libris feudorum, vt & obseruat idem *Andr. ibid.*

Nec desunt qui putant, ius Longobardorum idem esse, quod ius commune feudorum, quorum numero est *Consil. de Georgio repetit. feudal. cap.39. nu.2.* quem citat *D. Regens Capyc. Latro decis.37. n.2.*

92 Et quando daremus, quòd ius Longobardorum nunc non viget, nisi vt consuetudo in Terris, aut Ciuitatibus quibusdã, item quòd viguerit temporibus *Gulielmi*, quo tempore Longobardorum domina-

tio recens adhùc erat, vt promdè de Con-
stitutione illa, quam retulimus, ratio ha-
beri non debeat, præsertim data abroga-
tione quòad successionem feudorum per
duas posteriores *Constitutiones Regni Vt
de successionibus*, & alia, quæ incip. *Comiti-
bus Federici II. Cæsaris*, qui post *Guliel-
mum* regnauit in Regno isto, & alterius
Siciliæ circa annum 1200. vt aduertit eru-
ditissimus I.C. ac antiquitatum obserua-
93 tor studiosissimus *D. Regens Capye. Latro*
Dominus meus *consult. 3. n. 13. & à n. 16.
lib. 1.* qui ideò notat *num. 30.* quòd leges
94 Longobardæ sunt in totum contraria
consuetudine aboletę, & quòd hoc potue-
rit fieri, ex dictis per *Maxill. loco* à nobis
suprà cit. ità vt Consuetudines Bari, quæ
95 fuerunt excerptæ à Longobardis legibus,
nunc interpretari debeant ex iure com-
muni Romanorum, non autem à Longo-
bardo, quia in desuetudinem abierit, & re
vera non practicatur in Regno, nisi in lo-
cis, in quibus pro consuetudine viget, aut
96 in personis, quæ illo iure viuant, quod co-
ercendum non erit, data licentia ità viuē-
di per *Constit. Puritatem*, quæ in hoc cor-
recta non reperitur in verbis illis, *prout
qualitas litigantium exegerit.*
97 Ex alio, & demùm mihi probari non
potest, præuentionem ortam fuisse talium
Regum temporibus, & minus Italiam cū
inuasissent Barbaræ aliæ Nationes, & est,
98 quia cùm præuentio remedium extraor-
dinariū sit, vti *Scaglionus* ait in *Ritu 163.
nu. 61. in fine*, item & remedium subsidia-
rium sit præuentio, vt ex *Socin.* qui tamen
in *l. 2. D. de except. n. 5.* post *Cumanum ibi*
loquitur in remedio *gl. in l. si contendat D.
de fideiussor.* quòd extraordinarium sit,
notat *Io. Baptista Costa in tract. de re-
99 med. subsid. remedio 126. n. 1. & 7.* ex *cap.
100 oblata de appellat.* & ità absq; dictamine
æquitatis, & nisi summa cum ratione, ac
101 pietate oriri non poterat, subsidiario
etenim remedio tria sunt, quæ locum fa-
ciunt, dictamen æquitatis, repugnantia iu-
ris communis, & quòd desit remedium
ordinarium, vti docuit *Dec. in c. ex parte
lo secondo n. 9. de rescript.* & notat *Costa in
repert. tract. de remed. subsidiar. verb.
subsidiario remedio locum*, non vti detur
posse descendere à iure Longobardo, ac
102 Barbari Regis adinuento, quando multi
dicant, quos probat *Andr. in c. vnico n. 7.
de content. inter domin. & fidel. & in c. 1.
103 §. vlt. de notis feudor.* ius Longobardum
esse asininum, quod & *Odofr. & Baldus* af-
firmant in *auth. dos data, C. de donat. antè
nupt.* illudq; esse pietatis nescium, iniustū,
& sine ratione factum, notant *Alex. in l.
pro harede §. fin. D. de acquir. hared. Ro-
bertus Maranta d. par. 3. sub n. 121. Lan-
cellottus Conradus in templo omn. iudic.
104 par. 3. tit. de prouocato, conclus. 68. nu. 3.*
vbi subdit, ideò leges Longobardas fuisse
antiquatas, recessisse ab Aula, & non ob-
seruari, nisi vbi moribus aliquorum sint
receptæ, & *Prosper Carau. in Ritu 292.
nu. 2.* vt nunc omittam quæ contra leges
105 Longobardorum tentauerit *Bartholo-
mæus de Capua*, & desiderauerit, ac scri-
pserit perpetuus legum illarum hostis *Lu-
cas de Penna*, ne transcribamus quæ cu-
mulauit *Liparulus ad Andr. sub d. num. 7.*
quòd nimirùm tentauerit *Bartholomæus
de Capua* omni studio, vt hoc ius abroga-
retur, & *Lucas* desiderauerit, vt in exilium
damnaretur, quòdquè fuit introductum
ab hominibus bestialibus, barbaris, fæ-
uis, & irrationabilibus.
106 Nec obstant, quæ eruditè ponit *Ren-
della in prologuio* edito in *reliquias iuris
Longobardi cap. 2.* Longobardos scilicèt
Reges magna cum æquitate, & probitate
regnasse, quod & notat *Paulus Diaconus
de gestis Longobard. lib. 3. cap. 8.* præsertim
*Rotharim, Luitprandum, Rachim, & Ari-
stulphum* primos conditores legum Lon-
gobardarum, vt asserit ibi *Rendella n. 11.
& duobus sequentibus*, quamuis oculis
107 cęcis, & forsan non vt eum decuerit, be-
stias eos appellet, qui dicunt, leges Longo-
bardorum in se sapientiam non habere
sub *n. 17. verf. liceat ergo mihi dicere.*
108 Nam quando stare finamus, quæ de
æquitate, sapientia, atq; pietate Longo-
bardorum scribit *Rendella* contra iudiciū
Andreæ de Isernia, & Lucæ de Penna,
primæ notæ pragmaticorum, & per quos
profecit quisquis professus est iura, in
quibus versamur post scripta tantorum
virorum, potestq; dici vterquè, & quidèm
modestissimè decus, & ornamentum Re-
gni nostri, Italiæ, ac Europæ totius, qui-
109 nimmò fateamur, multa bona continere
ius illud cum *Andrea, sub d. n. 7.* quamuis
meliori mente, quàm *Andr.* qui subdens
110 hoc non mirum, quia *Beatus Augusti-
nus* dicit in *homil. de decem leprosis mun-
datis*, quòd nulla falsa doctrina est, quæ ve-
ra non immisceat, dictis innoluit, doctrinā
legum Lōgobardarum esse falsam, cętera,
quæ posuimus sic manent inconcussa, vt
moneant, quòd transitum faciamus ad ea,

quæ alij censent de origine præuentionis.
111 Putant ergo alij prçuentionis adinuentum tribuendum Regno Reginæ *Ioannæ*,
112 huius nominis *Secundæ*,quod cçpit anno 1417.vt not.*Freccia de subfeud.lib.1. de antiquo statu Regni n.37.* ducto argumẽto,quòd eo tẽpore *Ritus* prodierint in Regno,q a cũ alijs,qnã *Rituũ* legibus præuentio cognita non fuerit,circa ea tẽpora exijsse vsum præuẽtionis,par erat credere antè,quę nec de practica constat obtinẽdi literas Regias ad contractus rescindẽdos, nec de ordine habendo in liquidatione instrumentorum, quem Regina hæc suo
113 tempore præscripsit in *Ritu* 168. quo iniungit, liquidationem non posse procedere, cùm fuisset præuentum aduersus instrumentum,censet namquè,& eum iudicio *Petrus Rebuffus in tract. de rescis.*
114 *contract.in præfat.n.*5. ordinarios Iudices non posse,nisi impetratis literis Regijs procedere ad contractus rescissionem,& illius nullitatis declarationem, & hinc practicam Franciæ esse scribit, vt impetrentur literæ Regiæ, directæ ordinarijs Iudicibus,vt rescindere,& annullare contractum debeāt, & de consuetudine illius Regni sine literis Regijs Iudices non solere ad id procedere.
115 Verùm nec horum traditio placet, quamuis enim hinc descendat,ad Regium munus spectauisse præuentiones, aut ordinare,aut permittere, adducta tamen in medium non probant,Reginam Ioannam prænentionem ordinasse ex eodem met *Ritu* 168.qui tātùm abest,vt probet,quod prætenditur, vt potiùs contrarium exindè eruatur, præuentionem.s.viguisse antè Reginæ illius tempora,ac Regnum,illis in verbis,*nota,quòd ille Ritus isto modo practicatur per ipsam Curiam, &c.* quibus ex verbis vti constat,eo tempore deductā iam fuisse præuentionem in praxi, & hanc potuisse esse scriptam in Ritibus antiquis, quos multò antè annos fuisse, constat ex *Ritu* 269. in quo mentio est de gestis in anno 1378. ita quòd Ritus reformauit solùm Regina Ioanna, vt constat ex *Ritu* 1.
116 ibi, *omnes verò alios Ritus,& obseruantias dictarum Curiarum,Magna scilicet Curiæ, & Vicariæ* (duas .n. initio fuisse
117 Curias, postmodùm vnitas,Regis .s. cuius erat Magna Curia, & Vicarij,quam .s. Vicarius regebat, vti deduco *lib.1.obseruat. ad iura Ciuitatis, & Regni cap.29.*) *hactènus obseruatos, & obseruatas per præsentes,&c.irritamus,cassamus,ac viribus,& efficacia vacuamus, nulliusq; esse decernimus roboris, vel momenti,* ita deducitur vanitas adinuentæ præuentionis ab initio in Regno Reginæ Ioannæ, maximè si *Ritus* essentia, & eius verbi expositio in medium afferatur, quam remittimus ad *Carau.*& alios,& quòd ad nihilum oportuisset,quòd Regina assentijsset Iudicibus circa literas Regias, quas ex praxi Galliæ deducunt, vel quia etiam attenta praxi Gallorum potuisset Magna Curia rescindere cõtractus absq; licentia Regis,
118 cùm Magna Curia suprema Curia sit in Regno, & exindè sola quandoq; in Regno cognouit de rescissionibus, & præuentionibus instrumentorum, vti notamus *d.c.* 29. & infra suo *loco*, vel quia Curias su-
119 premas etiam in Francia solitas esse cõtractus rescindere,& declarare nullos sine literis Regijs,notat idẽ *Rebuffus loco* cit. *in fine,& in procem.concordant.*
120 Et ne videamur diuinasse, aduerto clariùs probari, præuentionem vsu cępisse antè Regnum Reginæ Ioannæ, antèquè *Rituum*, quos habemus,compilationem, quinimmò non solùm deductam fuisse, sed & scripto *Ritu* superbuisse ex *Ritu* 189.*in fine*, vbi fit mentio alterius *Ritus* in antiquis ibi,*& vide alium Ritum in antiquis de præuentione*,quæ verba non
121 sine numine Diuum crediderim, & ad hęc,de quibus agimus,declarandum,scripta fuisse,nisi dicas,illa *Ritus* non fuisse, quia immeritò adiecta à Cõpilatore fuissent, sed reposita ab aliquo postremo *Rituũ* impressore ex margine Codicum antiquorum, quis etenim meminisset de
122 Ritibus, quos volebat abrogatos excludere à luce, abrogata etenim censentur, quæ Rituũ, pragmaticarum, statutorum, aut legum,qui publica authoritate publicatur volumine,non continentur,qua ratione quando *Ritus* ille, qui memoratur
123 antiquus reperiatur,allegari non poterit ad decisionem causarum, & puniri,qui talia inciderit debebit, vti allegans leges correctas,quem puniri de falso multi tradunt ex nostris,quos refert *Farinac.in tract.de falsit. quæst.*150.*n.*79.
124 Ego igitur cẽseo,prænẽtionis originem referendā ad Cæsarum adinuenta, non tamen ex varijs legibus, in quibus fundatas cācellationes existimat *Rebuffus de liter. obligat.art.*1.*gl.*9.*num.*47.& alibi,sed nisi nomine,re tamen, & vsu aduersus instrumenta circa annum salutis nostræ centesimum,Mundi verò 5100. ortam fuisse,

Traiano Cæsare moderante Imperium Romanum, ità enim videtur scripsisse *Plin.in panegir.Traiani*,cùm dixit,*Traianum* alloquens *pag.mihi* 434.circà fin. *Cauisti,vt desineret quisq;debere, quod non esset posteà debiturus*,totam nàmquè præuentionis naturam verba hæc exprimunt, nàm & antè ventionem denotant verba illa *posteà debiturus*,& effectus preuentionis,hoc est impedimētum exactionis alia verba, *Cauisti,vt desineret quisq; debere*.

125 Cæterùm quis primùm hoc remedio sit vsus, aut quibus in Regionibus,quia nemo est,qui tradiderit,quod vel parum vtile putarint Scribentes,vel per illa tempora inciuiles erant res Italiæ, consultiùs erit silētio authoris indagationem omittere,vt nobis quæstionem, quā poropsuimus agitando,maiora,& vtiliora canentibus, campus alijs relinquatur perquirendi authorem, & Regnum, contenti, vt si nec *Traiano* id putet quispiam esse tradēdum explicare solùm antiquissimis temporibus,ac suprà Regnum Reginę Ioannæ Secundę fuisse pręuentum,sed paulò postquàm statutis superbierint instrumenta exequutione parata, ac tandiù,vt quibus in temporibus, aut Regionibus vsu præueniri cęptum sit, quiq; præuentionem adinuenerit, vel primùm hoc remedio sit vsus aduersùs instrumenta, pęnitùs sit ignotum.

S V M M A R I V M.

126 *Præuentionis principium quarè reperiri facilè non sit.*

127 *Præuentio spuria est, & quarè.*

128 *Spurij quarè patrem non ostendant.*

129 *Præuenire an liceat aduersùs instrumenta, vel potiùs sit abominabile, & exosum.*

130 *Spurij abominabiles Deo sunt,& hominibus exosi.*

131 *Spurius quis dictus fuerit à Romanis. Sp.literis scribebatur,& quarè,ibid.*

132 *Præuentio iure practico diuiditur in instrumentariam,& iurisdictionalem.*

133 *Propositum vt perducatur ad finem, vita fauere debet,& fortuna:*

134 *Præuentio sumitur concretè,& abstractè.*

135 *Præuentionem iurisdictionalem qui tractauerint.*

136 D.Thomas de Carleual *Vir doctissimus quomodò sentierit de decisionibus.*

137 *Tractatus an pertineat adgloriam materia,qua tractatur.*

138 *Præuentionis instrumentaria tractatus quarè fuerit omissus ab antiquioribus.*

139 *Imitari aut debet,qui laudat,aut laudare non debet, qui imitari detrectat.*

141 Agoranomi *duo potissimùm cauebant, modestiam in foro, & nè mendacium vllum,siuè emptores,siuè venditores loquerentur.*

142 *Creditori facere conuicium, peximi debitoris est.*

143 *Solue quod debes,vox æquissima secundùm* Senecam. *Quid verò sit ex sententia* Plutarchi,*ibid.*

144 Respondere *verbo, quo sensu vsi sint* Cicero,& Hadrianus Turnebus.

145 *Malitia fieri non potest,quin exoriatur plebe imperante.*

146 *Depositum, & creditam pecuniam reddere,confert ad pietatem,& iustitiam.*

147 *Impius æs alienum conflat, nec dissoluit. Iustus beneficus est,& dat,ibid.*

148 *Præuentio qua ratione inpietati iungatur,& iniustitia.*

149 *Iustitia distributiua præstari debet in societate politica.*
Eius pars præcipua fides, in quo consistat,ibid.

150 *Fides consors iustitia,& fundamentum.*

151 *Perfidus an iure, & qua ratione dici possit,qui temerè præuenerit.*

152 *Perfidia opponitur iustitia distributiua,& constantia.*
Prohibita est à Deo,ei summoperè displicet,& pœnam habet comitem,ibid.

153 *In dubio præsumitur pro instrumento.*

154 *Instrumentum qui habet pro se,iurare non tenetur,quòd summa in eo contenta sit debita,sed benè si aliquid recepit ex ea,& quarè nn.157. Et quid seruet circà iuramenta* Praxis *in creditoribus concurrentibus,vel secùs ad dandam debitori dilationem,recensetur n.156.*

155 *Instrumentum est probatio probata.*

158 *Perfidis nunquàm causa deficiet,cur pactis non stent.*

159 *Exigendi difficultas temporibus* Ciceronis,*& nostris recensetur in Regno.*

160 *Stultus est debitor, qui gaudens pecunias accipit,& tempus non attendit,quo reddere debeat.*

161 *Præuentionibus an,et quarè resisti debeat.*

162 *Fidei veneratio olim ex sola iurisiurandi Religione.*

163 *Censores Romę nulla de re diligentiùs, quàm de iure iurando iudicabant.*

164 *Fides apud nos nulla, & quo, ac qua ratione migrauerit.*

165 *Iuris iurandi Religio emplastrum dicta aris alieni.*

166 *Iuris iurandi Religio olim ad qua interponeretur.*

Rhadamantus *lites finiebat iure iurando, ibid.*

Numę Pompilij *iuris iurãdi, ac fidei cultus refertur, ibid.*

167 *Indignitas rerum sponsionis vinculum non leuat.*

Necessitas fidem violari nõ patitur, ibid.

Fides Sanctissimi pectoris bonum, ibid.

Eam qui violat, oppugnat commune omnium prasidium, & quantum in ipso est, disturbat vita societatem, ibid.

Si abrogetur, tollitur omnis societas humana, ibid.

Supremum rerum humanarum vinculũ est. ibid.

168 *Prauentio quarè reformari debeat.*

169 Periurium *omni iure prohibitum est, & punibile.*

170 *Fides rarò manet integra, vbi magnitudo quęstuum spectatur.*

171 *Mentitur quis de facili propter lucrum.*

172 *Praueniendi licentiam qua foueant.*

173 *Lege qua definita sunt, sic legitima sűt, vt eorum singula iusta sint.*

174 *Prauentorum iustitia, & probitas, vndè, ac quanta sit.*

175 Scipio Nasica *matrem Ideam hospitio recipit, cùm Pesinunte Romam aduheretur.*

176 *Vir bonus qui dici debeat, ex* Platone.

177 *Praueniens iustè tutus est in conscientia.*

178 *Conscientia in foro obtinet, quod obtinet in foro fori.*

179 *Lex ciuilis obtinet vim Apostolicam.*

Domini D. Ferdinandi Arias de Mesa quondam Consiliarij *laudes, Patria, mores, & mors, ibid.*

180 *Instituta optima esse creduntur, qua vetustissima sunt.*

181 *Consuetudo an tueatur quem in conscientia, cùm certum sit, flagitium continere, ac peccatum.*

Consuetudo tempore cõfirmata rationem vincit, & ipsam etiam Religionem; secundùm Nicetam; *ibid.*

182 *Consuetum quod est, ex naturalibus videtur innatum.*

Consuetudine derogari potest iuri particularium personarum, ibid.

Consuetudo est altera natura, ibid.

183 *Delictum non est, quod consuetudo delictum non facit.*

184 Anglorum *mos in consuetudine, & lege maiorum obseruanda refertur.*

185 *Prauentio quo iure descendat.*

An introducenda sit in Republica, & Regno, ibid.

186 *Veritati nemo prascribere potest, non spatium temporum, non patrocinium personarum, non priuilegium Regionum.*

187 *Pręueniendi licentiam an, & quando offendat, quòd aliquis non praeuenerit.*

188 *Exempla laudatorum Virorum proponere sibi debet, qui negotium gesturus est.*

189 *Mores publicos nemo emendat.*

190 *Decima quòd non soluatur, an consuetudo valeat, & quando excuset à peccato.*

191 *Pręuentionis adinuentum an doctis, vel potiùs indoctis, plebi, ac vilibus tribui debeat.*

192 *Populus quid sit, quidq; ministret.*

193 *Turcarum nobilissimus est, tenetq; primos dignitatis gradus, qui quo patre, aut matre natus sit, ignoratur.*

194 *Populus quid dicat, & quomodò distinguatur à plebe.*

195 Text. in cap. vocandus 62. distinct. *explicatur.*

Populus docendus est, non sequendus, & quarè, ibid.

Eius cor vitalis, ac spiritus Rex, ibid.

Populari multitudine nihil insipientiùs, neq; insolentiùs, ibid.

196 Plebi *nulla intelligentia inest, et quarè.*

197 *Populus magister maximus.*

Quos contineat, ibid.

Po*pulares omnes actiones celebres olim fuerunt, hoc est* Populo *dicta, & quarè*

198 *Consuetudo ab aliqua ignorantia, vel simplicitate orta, vsu corroboratur.*

199 *Prauentionis honestas, fama, ac iustitia ex lege, qua fouet pręuentionem, & nu. 204*

200 *Vitia, & virtutes vndè constent.*

201 *Prauentionis adinuentum qua ratione pertineat ad Principis statum conseruandum, & ampliandum.*

202 *Debitores are alieno oppressi qua tentauerint.*

203 *Subditi Principibus parere debent, & in eorum mandatis pręsumere iustam causam, & quarè.*

205 *Legis ad existentiam quę requirantur.*

Lex quid sit, ibid.

206 *Matrimonia cum filijs fratrum, quando permissa lege fuerint, & à quibus olim contracta.*

207 *Ius iurandum quomodò seruet, qui præuenit.*

208 *Pactum, & consuetudo à pari procedūt. Consuetudo pactum est, ibid.*

209 *Fides bonæ voluntatis, & iustæ actionis genitrix.*
Quomodò seruanda in re mala, & abusiua, ibid.
De bona fide cùm agitur, nō est disputandum de apicibus iuris, ibid.

210 *Mercatores cùm præueniunt, ad quid attendere debeant.*

211 *Pactis in rescindendis* Archidami *sententia.*

212 *Pater tempus veritatis.*

213 *Consilij mutatio quādo probari debeat, vel secùs, sitq; prudentis.*

214 *Præuētio an consulenda, præsertim in dubijs.*

215 *Filios qui habebat ex lege* Solonis, & Gothorum *extraneo donare, aut hæredem facere, prohibitus.*

216 Annæus Robertus *laudatur.*

217 D. Augustinus *quid sentiat de donationibus recipiendis ab habentibus filios.* *Quid seruauerit* Antoninus Pius, *ibid.*

218 *Iuramentum quot, & quos comites habeat.*

219 *Doli exceptionem non impedit ius iurandi religio.*
Antonius Faber *doctissimus, & religiosissimus ibid.*

220 *Confessarij, & Principes quomodò se gerere debeant contra indebitos præuentores.*

221 *Peccata inter homines turpia quæ sint, & quot.*

222 *Debitores oberati mentiri soliti, & quarè Camæleonti æquiparentur.*

223 *Perfidis nihil est fidum.*
Fides ætate nostra confunditur, & quarè ibid.

224 Ephori *per singulos dies de conuentis, & contractibus ius dicebant.*

225 *Turpe nemo sibi putat, quod alteri fuit fructuosum.*

226 *Præuentio an tollenda propter temerè præuenientes.*

227 Diagoras *quarè Deos esse negauerit.*

228 Sophistæ *quid allegabant, cùm alia causa deficiebat negandi debitum, vt debitorem liberarent.*

229 Phocion *Atheniensis creditori potiùs solui debere, quàm eleemosynas erogari dicebat.*

230 *Christiani ad quid se Sacramento olim adstringebant.*

231 *Tempora nostra an prioribus peiora sint, vel secùs.*

232 *Præuētio qua ratione adinuenta fuerit, & approbari debeat, & n. 241.*

233 *Dij quando faciles sint ad veniam dandam deierantibus.*

234 Domitius Tullus *spes hominum testamento suo frustratus.*

235 *Homines decipere pro moribus temporum, prudentia est.*

236 *Præscriptio neq; legem vincit, neq; rationem.*

237 *Fides violata cuicunq; fuerit, data tandèm à Deo punitur.*

238 *Dij periuriorum vindices.*

239 *Pecuniarum quomodò cura haberi debeat.*

240 *Lucro turpi semper damnum præferendum, & quarè.*

242 *Pax bona perpetua est, ac fida, non sic mala.*

243 *Debitor si dubitet de exitu iudicij præuentionis, an debeat præuenire, vel non.*

244 *Periculum quando subeundum sit, vel secùs.*

245 *Tristis euentus considerari non debet.*

246 *Præuenire, aut probare indebitum, an possit falsis testibus, qui tutus sit in conscientia circà debitum, sed illius satisfactionem probare non possit.*

247 *Bellum iustum cùm suscipitur, nihil ad iustitiam interest, vtrū apertè quis puguet, an ex insidijs.*

248 *Interrogatus cum iuramento an possit negare debitum, quod debuerat, sed re vera soluerat, relatis ad id cautelis.*

249 D. Regens Rouitus *exploditur.*

250 *Fraus est accipere, quod non possis reddere.*

251 *Mali homines ius iurandum non seruant, postquàm periculum euaserint.*

252 *Temerè præueniens, à Ciuitate expellendus, & quarè.*

253 *Debita qui semel negauit, maculatam, & infamem vitam ducturus.*

254 *Bellum, ac insidias inferentes vltrò post petitam pacem, non audiendi, neq; conditiones ab ijs accipiendæ sunt.*

255 *Confessarij, & Principes quid aduertere debeant contra eos, qui contractus extorquēt, vel exigunt indebitum, si præuentionibus conuincantur, & qua pœna plecti illos oporteat.*

256 *Pecunia debita qaomodò exigenda.*

257 *Creditores vrbanè cum debitoribus agētes an, & quando laudandi sint, non increpandi, neq; culpandi ex mora, si non exigant. & n. 260.*

258 *Maritus an possit ex bonis fideicommisso subiectis eas exigere tertias, quas potuisset à sororio exigere, dùm viuebat.*

259 *Vxor an gaudeat priuilegio* auth. res, quæ, C. commun. de leg. *dato, si cùm potuisset dotes exigere à marito vergente ad inopiam, id neglexit.*

QVÆSTIO IV.

Preuenire an liceat aduersùs instrumenta, aliásq; obligationes, quibus ex lege, vel statuto parata exequutio inest.

126 QVa tamen factum sit ratione, quòd
neq; author, & origo, nequè din-
turniùs præuentioni principium reperiri
facilè foret, curiosæ indagationis esse vi-
detur, & vtile, si prædicta non satisfaciant.
127 Videtur verò casu factum non esse, præ-
uentionem spuriam esse, ac nasci talem, vt
nemo possit eius ostendere patrem, de-
scendit etenim hinc, vitio præuentionem
non carere, quæ patrem abscondat, & au-
thorem, quod spuriorum ideò proprium
128 est, quòd originem suam contaminaram
cęlare possint, vt indè non alio medio
aptiùs probari potuisse videretur, aduer-
sùs instrumenta, aliasq; obligationes prę-
uenire non licere, quàm quòd præuentio
129 spuria diceretur, etenim hac solummo-
dò ratione deducitur, non solùm non li-
cere, sed abominabile esse præuenire, &
130 exosum, quia spurij abominabiles Deo
sunt, & hominibus exosi, quinimmò &
præuentionem ipsam pudendum quod-
131 dam esse censendum, spurius enim non
ideò dictus est à Romanis, qui certo ex
patre non nasceretur, quòd formula illa
scriberetur, qua prænomen quoq; spurio-
rum scribebatur Sp. vti *Plutarchus* habet
in problem. Rom. 103. sed potiùs, vt scribit
in fin. quòd cùm apud Sabinos, pudenda
mulierum, spurion dicerētur, spurij ij ap-
pellarentur, quos Populus procrearet, ve-
luti ludibrium quodam, atq; pudendum.
132 Et hinc fortasè factum videbitur, vt
cùm præuentio omnis duas practico iure
nostro diuidatur in species, in instrumen-
tariam scilicet, quam agimus, & in iurisdi-
ctionalē, de qua scribamus alias, vt vtrūq;
præmisimus, atq; promisimus supra in
133 *præfatione nu.* 1. putamus enim, fauen-
te fortuna, cuius fautore opus est, vt vita
comite, inquit *Polybius lib.* 3. propositum
perducatur ad finem, omnem comprehē-
134 dere præuentionem, siue concretè sum-
ptam, siuè abstractè, iuxtà duplicem, quo
practico item iure potest considerari in
135 modum, sit qui de præuentione iuris-
dictionali scripserit, scilicèt *Antonius
Matthei* I.C. Romanus inter *tract. diuers.
tom. 3. part. 2. pag. mihi* 105. *& Iacobus
Antonius Marta* noster Neapolitanus, qui
particularem eius tractatum edidit apud
decis. Rota Crescentij, vt nunc omiserim
amplissimum *de præuentione iurisdictio-
nali* tractatum, quem sub prælo esse, re-
latum est, Authoris posthumum, & alios,
quos materiam illā tractasse vltrà citatos,
& *Martam* eundem *in* 2. *par. tract. de iu-
risdict.* retulit *Io. Baptist. Costa de remed.
subsidiar. cap.* 126. *num.* 1. & nouissimè
136 *D. Thomas de Carleual.* vir quippè do-
ctissimus, licèt de decisionibus non sem-
per benè sentiret, in eius *tract. de iudic. &
foro compet. disput.* 2. *à num.* 867. vix verò
137 repertus fuerit, qui gloriam, qua ex tra-
ctatu materiæ superbiunt, ex traditis per
*Anton. Cordubam de Lara in l. si quis à li-
beris sub num.* 1. *D. de liber. agnosc.* præ-
uentioni instrumentariæ parare voluerit,
si ea abducimus, quæ scripserunt notati
138 in *præfat. num.* 13. vt ex operis forsan
neglectu quisquis ostēdere voluerit, quod
ingenia præstantiora adinuentum præ-
uentionis, & vsum detrectarint, dicente
139 *Chrysostomo*, aut imitari debet qui lau-
dat, aut laudare non debet, qui imitari de-
trectat.
140 Secundò præuenire non licere pro-
bant quæ de prouocatione, ac remedijs
in præuentionis essentia deduximus *q.* 1.
ex *Galterio, & Bernardino* Pando, nàm
cùm prouocare aliquem, pręsertim in tan-
gentibus ad forum, minùs modestè pute-
rur, & modestia in primis mandari debeat
in foro, nàm, *sed antè omnia hac lex* (in-
quit) *Theophrastus libris de legibus, præ-
clarissima erat apud Athenienses, quæ
141 Agoranomi hac duo potissimùm caue-
bant modestiam in foro, & nè mendacium
vllum, siui emptores, siuè venditores lo-
querentur*, vt refert *Petr. Aerodius rer. iu-
dicat. lib.* 2. *fol. mihi* 308. & turpissimum
sit quærere remedia, aut iurgijs agere, nè
soluatur, quod contractum est æs alie-
142 num, quandoquidèm pessimi debitoris
est, inquit *Seneca de consolat. ad Martiam*

*cap.*10.creditori facere conuicium, efficax argumentum erit, quo præuentionis licentia excludatur,quàmuis iactetur cre-
143 ditorum in exigendo crudelitas, æquissima nàmq; vox illa est,ait *Senec.lib.* 2.*de benefic.*solue quod debes, quamuis inhonestum,& graue esse,quod dicitur, *redde, solue*, putet *Plutarchus in opusc.de vitand. vsur.* & *Cassiodorus lib.*12.*variarum epist.*10.

Tertiò,quia cùm prouocare, ac malè respondere creditori, non soluere dixe-
144 rim in temporibus statutis vsus verbo *respondere* ad sensum *Cicer. lib.*16. *epist.* 2. & *Hadrian.Turneb.lib.*9.*aduersar.cap.*22.*nu.*10.virum nobilem dedeceat, propriumq; sit plebeorum, ac popularium, præuenire non licere concludi potest, vtpotè quòd præuentio gnata sit plebis, & consequentèr flagitia contineat,idq; probari videtur ex *pragm.malitijs,de preuent. moder.*nàm cùm malitias memorat in preuentoribus, ibi *malitijs preuentorum, &c.*præuentionis adinuentum plebis esse
145 descendit, si vsurpemus quod scribit *Herodotus lib.*3. plebe imperante fieri non potest,quin malitia exoriatur.

146 Quartò, quia cùm ad pietatem conferat,& iustitiã reddere vt depositũ, ità creditã pecuniã, vt primũ de deposito scribit *Ouid.lib.*3.*de arte aman.* ijs in versibus.

Reddite depositum ,pietas sua fœdera seruet.

Fraus absit, vacuas cædis habete manus.

147 & expressiùs *Dauid psal.*7.cùm inquit, impius æs alienum conflat, nec dissoluit, iustus verò beneficus est, & dat, quod ità vertisse *Mauritium* Hassiæ Lantgrauium refert *Herring. de fideiuss.cap.*19.*n.*46.

Iniustus cumulans æs alienum soluere non vult.

Mens pia dans gratis debita spontè refert.

Et secundum probat de iustitia vltrà prædicta *Seneca ad Polyb.* 29. & notat *Gothifredus* apud *Senec. in iuridic. tit. commodati.* qui scribunt,iniustus est,qui molestè ferat reddidisse pecuniam creditam,iniustissimusq; propterea censeri debeat, qui non dissoluit, sed prætereà debitum præuentionibus neget, & hac ra-
148 tione præuentio impietati iungatur, & iniustitiæ, non minus turpe esse præuenite censeri oportet, atq; non licet iniustũ esse,& impium,præsertim cùm iustitiæ di-
149 stributiuæ,quæ in societate politica præstari debet,ad Reipublicæ cõseruationem, sciamus,partem præcipuam esse fidem, quæ in pactorum, promissorumq; obseruatione constanti consistit, vndè minus
150 rectè censui semper sentijsse *Silium*, cùm fidem consortem iustitiæ scripsit illis in versibus.

Ante Iouem generata decus, Diuumq; Hominumq;

Qua sine non tellus, pacem non æquora norunt

Iustitiæ consors,tacitumq; in pectore numen.

quam fundamentum,idest dictorum,conuentorumq; constantiam fidem dixerint *Cicer.lib.*4.*de Republ.& lib.*1.*offic. Satisbertensis in suo policrat. cap.*12.*num.*3. *Lypsius de Republ.lib.*2.*cap.*14.*Philippus Camer.in oper.succis.centur.*2. *cap.*77 *ad fin.Bouadill.lib.*3.*polit.cap.*12.*num.*3.*Alciatus in rubr.extrà de iureiur. num.*9. *Franciscus* Connanus *lib.*1.*comment.iur. ciuil.cap.*6.*col.*9. *Cornazan.decis.* Lucens. 102.*n.*3.

151 Quintò, quia perfidi nomen sibi quærit, quem præuenisse indebitè quis fecerit publicè censeri, nec talem conqueri posse, aut accusare iniuriarum, quod eum perfidum quis dixerit,cõuocatis Viris probatissimis semel conclusum fuit, &
152 indè absolutus qui fuerat,exindè accusatus, quòd huic iustitiæ distributiuæ, & constantiæ in pactis,& promissis opponeretur perfidia,quando quis non stat promissis,pactis, atq; conuentis,nulla iusta de causa,& hæc prohibita est à Deo *Exodi* 20.eiq;summoperè displicet,vt legimus *Osea* 4.*cap.*12. & pœnam habet comitem *Osea* 2.& 3.

Nec obstare videtur,ad iniustitiam, perfidiamq; diluendam, & impietatem, quòd qui præuenit non semper est debitor,quia cùm de initio præuentionis disputamus, quo non licet ex rebus prosperè, siuè infœlicitèr gestis virtutem à vitio, aut laudatum hominem discernere ab illaudato,præualere debet præsumptio, quæ
153 stat pro creditore, qui innititur veritati instrumenti, pro quo præsumitur in du-
154 bio,vt dico alibi latè,ità quòd qui habet instrumentum obligatorium,iurare non tenetur, quòd summa in eo contenta sit
155 debita, quia instrumentum est probatio probata, *l.cum precibus, C.de probat.* vbi plenè *Bald.* & notat *Rebuffus de liter. obligat. art.*1. *glos.*11. *num.*2. & *num.*3.
156 & ità sepiùs decisum fuit in S.C.discusso

arti-

articulo inter creditores concurrentes
pro dilatione debitori concedenda, & cõ-
currere renuentes, ac bis recordor deci-
sum in graduationibus, & relationibus
creditorum, facta per aliquos instantia,
quòd quidam declararent sub pœna falsi
circà veritatem summæ contentæ in in-
strumento crediti, quod præsentauerant,
ex *cap. 2. extrà de probat.* cum alijs apud
Tiraquell. de retract. lignag. §. 2. glos. 2. n. 1.
licèt semper fuisset obseruatũ, quòd cre-
ditores iurarent, an eis aliquid fuisset so-
lutum, & an totum debitũ adhùc restaret,
ex *Ritu M.C.V.* 168. ibi, *& deindè facit*
iurare facientem interrogari (creditorem
scilicèt) *si aliquid recepit de summa in*
instrumẽto contenta, ex quo Ritu ego po-
steriori formula vsus sum, quando volui
declarationem circà veritatem summæ,
cognoscens vti formula non posse, de qua
in casu priori, dicebam etenim tunc ex
157 æquitate teneri creditorem iurare, vt
purget conscientiam suam; ex qua ratione
ità indicasse Senatum in Magna Classe
eo præsente dicit *Rebuff. loco* citato sub
num. 3.
158 Secundò non obstare quidam dicebat
ad idem, quòd præuentor causam præ-
ueniendi proponat, perfidis enim nun-
quàm causa deficiet, inquit *Liuius lib. 9.*
decad. 1. cur pactis non stent, quod
suadet præ cæteris relatum à *Fontanella*,
& alijs, quos refero *cap.* 10. propo-
situm in præuenientibus, & quòd hoc
tempore, quo calumniosis dilationibus
eo deuentum est in Regno, vt nunquàm
veriùs id libuerit vsurpare, quod *Cicero*
scribit de temporibus suis *lib. 2. offic. in*
fin. Nunquàm vehementiùs actum est,
quàm me Consule, nè solueretur, armis, &
159 Castris tentata res est ab omni genere
hominum, & ordine, vt nunquàm quàm
hodiè veriùs dixerit *Petronius*. Nemo
Cœlum putat, nemo insiurandum seruat,
nemo Iouem pluris facit, maiori etenim
quàm fuerit vnquàm in commercijs frau-
de, ingenti mutuandi fallacia, frequenti in
ære alieno luendo perfidia, pecunias ma-
gna facilitate, multaq; gratiarum actione,
ac propè gaudentes mutuas accipiunt,
vtq; accipiant precãtur, acceptas verò vbi
profuderint, posteà exoluendi, quod de-
bent, curam ægrè suscipiunt, plorant cùm
reddũt, vtq; nè reddant, inquit *D. August.*
serm. 3. in Matth. Calumniantur, quasi nõ
redditur, nihil enim frequentiùs est in
Regno calumnijs reorum, & effugijs, quo-
minus contractis obligationibus satisfa-
ciant, vt maxima cum veritate testatur
Carleual de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput.
8. sub num. 40. fol. mihi 96. colum. 1. circà
finem, vers. videbatur autèm, stultitiæ tri-
buatur talia patrantium, ex *D. Gregor. in*
160 *moralibus*, qui scribit, stultus est debitor,
qui gaudens pecunias accipit, & tempus,
quo reddere debeat, non attendit, vel ma-
litiæ Nostratum, maiorum etenim mori-
bus, non paulatim, vt anteà, sed torrentis
modo præcipitatis, & iuuentute luxu, atq;
auaritia adeò corrupta, vt meritò dicatur,
genitos esse, qui neq; ipsi habere possint
rẹs familiares, neq; alios pati, quòd ha-
beant, parum nàmq; id referet, si credimus
161 indè deduci, vt non solùm non liceat
præuenire, sed nisi præuentionibus (quod
expetijt *Io. Petrus Fontanella de pact.*
nuptial. d. claus. 4. glos. 15. sub num. 88)
resistatur, quæ fraudibus occasionantur,
& dilationibus, vt & illud eueniat, quod
Cicer. loc. cit. subdit, fraudis occasione
sublata, solutio statim consequuta est, de
commercijs in posterùm desperandum
videatur.
162 Quando etenim fidei veneratio olim
non alias securitates desiderauerit, quàm
vt pacta conuenta solemni, & Sacrosancta
iurisiurandi Religione firmarentur; nullũ
vinculum, ait *Cicer. lib. 3. offic.* ad obser-
uandam fidem iure iurando maiores no-
stri arctius esse voluerunt, id indicant le-
ges duodecim tabularum, indicant fœde-
ra, quibus cum hostibus deuincitur fides,
163 indicant notationes, animaduersionesf-
què Censorum, qui nulla de re diligen-
tiùs, quàm de iure iurando iudicabant,
nunc si iuri iurando fidimus solùm, & fi-
dei experimur, rectè dixisse *Apul. lib. 4. de*
164 *asino aureo.* Nullã fidẽ reperiri, quia ad
manes iàm migrauerit, & mortuos odio
165 perfidię nostrę adierit, iurisquè iurandi
Religionem meritò emplastrum æris alie-
ni dictã à *Gellio lib. 16. c. 17.* vt proindè vi-
deamur redijsse ad Plautina tempora,
apud quem *in Aulularia Codrus* ait.

Heus tu, nostra ætas non multùm fidei
gerit
Tabulæ notantur, adsunt testes duode-
cim
Tempus, locumq; scribit Actuarius
Tamen inuenitur Rhetor, qui factum
neget.

166 Religio namquè, quæ ad dirimendas
quaslibet controuersias interponi priscis
temporibus consueuerat, cùm Diuinum

Nu-

Numen magna veneratione homines colerent, & periuria pietas nesciret, qua
Rhadamantus olim, vt refert *Plato lib.11. de legibus*, lites interposito iure iurando
finiebat, quaq; *Numa Pompilius* tanto
Religionis cultu omnium pectora imbuerat, vt fides, ac ius iurãdum, inquit *Liuius*
propulso legum, ac pœnarum metu Ciuitatem regerent.

167 Et fides, quam nec indignitas rerum,
non indignitas rerum sponsionis vinculum leuat, inquit *Posthumius* apud *Liu.*
lib.9. nec necessitas violari patitur, fides
sanctissimi pectoris bonum est, ait *Seneca*
epist.88. nulla necessitate ad fallendum
cogitur, nullo corrumpitur pręmio, quàm
qui violat, scribit *Cic. pro Roscio*, oppugnat
commune omnium præsidium, & quantũ
in ipso est, disturbat vitæ societatem, quæ
si abrogetur, omnem humanam societatem tolli, inquiebat *Appius* apud *Liu. lib.1.*
quæ supremum rerum humanarum vinculum est, ait *Quintil. declamat. 343.*

Fraudis tegmenta itá potiùs sunt, quã
pignora securitatis, & vt videtur, solo præ-
168 uentionis ex adinuento, vt reformandã
censuerit præueniendi licentiam *Fontan.*
loc. cit. & alij censeant tollendam è Republica, & Regni finibus præuentionem instrumentariam, licet nàmq; promittere,
fidemq; violare, nullo conuentionis initæ, aut præstiti iuris iurandi vinculo, si
169 præuentionibus indulgetur, omnequè
ius violandum ducimus, cùm præuenire
aduersus instrumenta licere dicimus, &
alias obligationes, periurium nàmq; quod
omni iure prohibitum est, & punibile, vt
discurrit præ cęteris *Azeued. in rubr. tit.*
17. lib.8 recopil. à num.2. cùm præuentiones patimur, patiamur, oportet, nàm
absq; eo, quod periurijs indulgeat, præuentor dari non posse videtur, si praueniendi votum, quo debitores pręueniunt,
spectemus in dies.

Maximè si iungas his, quæ diximus in
præfat. num.3. quòd cùm apta sit præuentio, aurum seruare, & opes, fidem raró cõ-
170 seruare censenda est, & mores optimos,
vbi enim magnitudo quæstuum spectatur, raró fides integra manet, inquit *Ta-*
171 *citus lib.11. annal.* de facili nàmq; quis
mentitur propter lucrum, dixit ex nostris
Bald. in l. magis, §. in primis, D. de rebus eorum.

Hæc sunt, quæ præuentionis licentiam
aut negant, aut dignam reformatione
probant, nunc reliqua subijciamus, quæ
præuentionem omninò tutantur, & præueniendi licentiam approbant.

172 Puto igitur, quòd cùm pręuentionem,
præueniendiq; licẽtiam lex Regni foueat,
ac Orbis totius, vt pro parte fundauimus
in *præfat. num. 15.* & dicemus *c.2. quæst.1.*
tantùm absit, vel non licere præuenire,
aut præuentorem inhonestum esse, infamem, perfidum, iniustum, aut impium, vt
173 cum lege facultatrice pręueniatur, &
ea, quæ lege facultatrice diffinita sunt,
inquit *Arist. 5. ethic.* sic legitima sint, vt
eorum singula iusta sint, quod ex nostris
obseruat *Vaconius lib.4. declar.57. sub nu.*
10. non solùm præuenire liceat aduersùs
instrumenta, & alias obligationes, quantumlibet ex statuto, aut lege ex iuris iurandi Religione, & fide parata exequutione superbiant, sed potius & iustum esse,
174 crediderim, & probum, ac bonum, qui
præuenit, cùm iure præueniat, & probitate, ac bonitate tali, vt posset matrẽ Idœã,
si Pesinunte Neapolim adueheretur hospitio excipere meliùs, quàm Romæ ex-
175 ceptam legimus à *Scipione Nasica*, cùm
à bono, laudatoq; viro hospitio excipi
deberet, si etenim iustus est, qui operatur
secundùm iustitiam, vir bonus appellari
necessarió debet, qui cum iustitia præue-
176 niat, quandoquidèm *Plato lib.2. de legibus*, virum bonum appellandum existimat, qui omnia, quæcunq; bona dicuntur,
cum iustitia possideat.

177 Et hinc dicebam quandoq; in Theologorum consessu, rutum esse, qui præueniret in conscientia, non data malitia ex parte præuentoris, eo præ cęteris argumento, quod descendit ex dictis, quia nimirũ
178 obtineat præuentio in foro iudiciario,
nàm quod obtinet locum in foro iudiciario, obtinere locum in foro conscientiæ, doctrina est *Sancti Thomæ*, de
quo meminit ex nostris *Florianus de Sancto Petro in l. ex parte hæres, §. seruo libertatem, D. famil. hercisc.* & *Afflict. in Constit. Sancimus, de iure prothom. in rubric. num.7. in fin.* item quòd Pragmaticæ, & Ritus in Regno, quibus præuentio
179 cõstat, constituunt ius ciuile, & lex ciuilis obtinet vim Apostolicam, secundùm
Bald. in l. adigere, §. & quamuis, & ibi glos. in verbo remittitur, D. de iure patron.
idem *Bald.* post *Bart. in l. non dubium, C. de legibus, & in l. pactum num.10. C. de collat. Ias. in l. ult. D. qui satisd. cog.* obseruatq; *lib.3. cap.30. sub nu.7.* quos elegantia, & multiplici rerum cognitione refer-

ctoa conscripsit, dùm accumberet, & temporum momentis, quæ superetant ex Cathedra, Senatu, atq; litigantium cœtibus *D. Don Ferdinandus Arias de Mesa* Vir magna doctrina, & lectione multiplici, in exponendis Authoribus diligens, diuini, & humani, publici, & priuati iuris callentissimus, ab omni sorde, ac fraude alienus, moribus quippè togatis, ac pietate Christiana talis, vt aut non debuerit nasci, aut nunquàm debuerit mori, natus inter Lusitaniæ, & Betticæ fines in Oppido Estremosæ, in stuporem sæculi, & posteritatis exemplum, vt verbo coœuos, exemplo posteros erudiret, simulq; doceret omnes anno M.C.XCVIII. vita functus est, annũ agens ætatis quatragesimum octanum; fataq; rapuere dirissima hoc anno 1646. Idibus Maij, Marte Adonem nostrum insequente, circà sesquihoram noctis ingruentis, septimo postquã hùc aduenerat anno. Conditur in Sacra SS. Apostolis æde.

Et de statuto, cùm aliquod statuit, quod seruari debeat etiam in foro Canonico, & pœnitentiali, nisi insit peccatum, & dolus, per *text. in cap. quoniam, de præscript.* notat *Rebuff. in epitho. de pacif. poss. n.* 11.

Verùm quòd præuenire liceat, & honestum sit, ducor in primis, quòd præueniendi licentia antiquissima fouetur, & præscripta consuetudine initium ducat à fide
180 parentũ, nàm ea instituta creduntur esse optima, inquit *Marcus Anton. Natta lib. 1. de pulchro*, quæ vetustissima sunt, & cùm quas Religiones potissimùm tenerent, consulto ab Athenienfibus Apolline Pythio, oraculum editum est, ait *Cic. lib. 2. de legibus*; eas, quæ essent in more maiorum, & *Plin. lib. 5. epist. 8.* inuenio autem, inquit, apud Sapientes, honestissimũ esse maiorum vestigia sequi, & nè videamur ex Ethnicis casus decidere, nobilis est *Constantij Cæsaris* epistola contra *Eudoxium*, quam transcripsit *Gabriel Prateolus de vitiis hæretic. lib. 5. c. 19. fol. 166 in fin.* cuius verba sunt. *Bonorum virorum fuerit maiorum fide viuere, eamq; vnam asserere, neq; vlteriùs quicquam anxiè nimis, & curiosè inuestigare.*
181 Estq; celebris *Niceta* locus, quo monstretur, consuetudinis causam aptam esse præuentorem tueri in conscientia, etiam quando certum esset, præuentionem flagitium continere, atq; peccatum, nàm respectu Religionis, & fidei *Niceta* historicus dùm Christianos quosdã memorat, longo vicinitatis vsu Turcicis quibusdam institutis, & legibus assuefactos, consuetũdo (inquit *pag. 19.*) tempore confirmata, rationem vincit, & ipsam etiam
182 Religionem, sed & præuentionem omni iure sustinendam fore quis quis putare debet, & vt imbutam naturali iure non accusare, sed potiùs souere, data præueniendi consuetudine.

Probatur, quia quod consuetum est, ex naturalibus videtur innatum, *Bald. in l. liberti, libertaq; C. de oper. libert. Natta cons. 406. num. 29. Surdus cons. 58. sub n. 7.* qui addit, consuetudine derogari posse iuri particularium personarum, ex *l. venditor, §. si constat, D. com. præd. l. si pendentes, §. si quis Cloacarijs, D. de vsufruct.* seruandumq; quod fieri consueuit, est *text. in cap. ex suscepto de foro compet.* & antiquæ consuetudines seruandæ sunt, ait *Bald. in cap. 1. in princ. vers. sicut ab antiquo, de pace const.* nàm & consuetudo iuri naturali, quod est quodammodò immutabile, æquiparatur, *Arist. lib. 5. de moribus*, & ex nostris obseruat *Bal. cons. 318. colum. fin. lib. 2.* qui ideò scribit, consuetudini, sicut matri, esse adhibendam reuerentiam, eãq; esse alterã naturã, scribit *Plu-*
183 *tarchus in opusc. de sanit. tuenda*; & hinc est, quòd delictum non est, quod consuetudo delictum non facit, *text. & glos. in cap. obijciuntur 32. q. 4. & in l. si quis sit fugitiuus, §. apud Labeon. de ædil. edict.* ibi *quia fecit id, quod ei facere licere publicè arbitrabatur*, quo ex loco dicit *Bart. ibi*, quòd si quis facit actum, vel contractũ m, qui publicè fieri solet, & communitèr existimatur esse licitus, sapit tamen vsurariã prauitatem, non est propterea vsurarius, quod est notandum in Regno, si tamen peccatum absit, quia *Bart.* sequuntur multi, & præ cæteris *Alex. Cepoll. & Firmianus*, qui multa ad rem hanc similia adducunt, quæ congerit copiosissimus *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temper. causa 42. per tot.*

Vndè infertur, data consuetudine præ-
184 ueniendi apud Anglos, vt credere par est, de licentia præueniendi haud disputuros, qui, vt author est *Barclaius in oper.* cui inscriptio *Icon animorum c. 4. fol. mihi* 99. consuetudinum, & legum quæcunquè à maioribus inoleuerunt, adeò patientes sunt, vt iàm olim sancitas rudi adhùc tàm peccantium vitio, quàm legum sanctitate etiam nunc mutare, aut delere illis Religio sit.

Infertur secundò, canendum ab ijs, qui

qui tradunt, debere quenquam, non ex publico rationem ducere morum, & ex eo, quod consuetum est citrà peccati reatum, non solùm in naturalitèr prohibitis, sed etiam in omnibus, vt indè præueniendi consuetudinem euertere possint.

Etenim misso, quòd præuētio deféßionē continet, ex ijs, quæ ex verbi *præuentare* natura *Passeratius* habet, de quo supra *quæst.* 3. *num.* 82. qua ratione præuen-
185 tionem inre naturali descendere autumat maximi nominis Politicus quidam, & Philosophus, qui exindè, præuentionem, ait, omni in Republica introducendam, & Regno.

Quando hæc deficiant, potiùs introducendam in Regno præuentionem aduersùs instrumentum, quòd vnus præuenerit existimo, quàm quòd vel multi nō præuenerint, vel tempore non longo, tantùm abesse debet, vt propter nonnullorum in præueniendo resistentiam desinant alij prænenire, minusq; iusto accipiant, desintq; proindè, vt inquit *Aristot.* & multi ex Theologis, sui gratia esse iusti, si tamen iustam præueniendi causam habeant, etenim non sit nouitas molesta, quæ proba est, inquit *Theodericus* apud *Cassiod. epist.* 17. *lib.* 3-amatq; ratio verita-
186 tē, cui, vt scribit *Tertul. lib. de veläd. virgin. in princ.* nemo præscribere potest, nō spatium temporum, non patrocinium personarum, non priuilegium Regionum, iunatq; præneniendi licentiam, quia non
187 nocet, alios nō præuenisse, si tamen præuenire potuerint, aut debuerint, cauebo nàmq; semper, dicebat Ille, nè quis mihi cum Philosopho obijcere possit, ire me, non quà eundum, sed quà eatur.

Sed & ex his cautè legendi sunt, qui dānant præuentionis indulgentiam, quòd certum authorem non habeat, virumquè laudatum vsus præuentionis, nàm etsi certum sit, quòd vt qui se comunt, adhi-
188 bent speculum, sic gesturus negotium proponere sibi debet laudatorum virorū exempla, vti obseruat *Plutarchus in moralibus*, cùm etenim publicis moribus præuentio fuerit approbata, Patresq; nostri illam, vel adinuenerint, vel vsu foue-
189 rint, non video, quis esse possit, qui emēdet publicos mores, an nos Sapientiores Maioribus nostris? an nos legibus ipsis sumus iustiores? dicebant illi apud *Plin. lib.* 5. *epist.* 21. & alibi.

Præsertim cùm sileant leges, quibus nè quid contra antiquam consuetudinem fiat ad suam sollicitudinem reuocare iussus est Prætor in *l.* 1. *C. quæ sit longa consuetudo.* Nemoq; sit qui præuenire vnquā prohibuisse repertus fuerit, qua de causa, cùm manere debeat, quod stare non prohibetur, manere saltem in damnanda præuentorum consuetudine maioribus nostris decet affectus, nè tot infames, inhonesti, impij, & iniusti hoc soln nobis Iudicibus decernantur, quòd aduersùs instrumenta præuenerint, etiam quando præuentionem iustificare consuetudo non posset, ad tradita per *D. Thomam quodlib.* 2. *art.* 3. vbi dicit, quòd quamuis consue-
190 tudo non possit introducere, nè soluat quis decimam, cùm sit quodāmodò iuris Diuini, tamen in Terris, in quibus ex cōsuetudine decimæ non soluūtur, si Ecclesia non petit, non peccant homines, durū enim, inquit, esse quod omnes homines Italiæ, & partium Orientalium damnarētur qui decimas non soluunt, & sequuntur *Hostiens. in cap. à nobis de decim. & Ang. Clau. in verbo decima.*

191 Nec obstat, quòd Populum adinuenisse præuentionem conijcere liceret, vt hinc deducatur præuenire, aut vile esse, ex dictis sub *num.* 144. aut quòd simplices tantùm, & rudes, ac indocti fuerint, qui præueniunt, atq; tales causam dedisse præuētionibus, nàm vltimū à vero satis distare ipsum adinuentum suadere potest, & Populus, vt *Halicarnass.* docuit *lib.* 3. Ci-
192 uitatis corpus cùm sit, vim, & robur ad præstantissimorum Virorum consilia exequenda ministrans, satis probat præuentionem in eo, quod à Populo orta probetur, dignitatem suam aptam esse ostendere, atq; præstantissimos Viros sequutum, cùm præuenire cœpit.

Vt nunc non omittam, præuentionis nobilitatem, eo præsertim probari, quòd
193 patrem eius ignoremus, & matrem, apud Turcas enim, vel eorum aliquos, nobilissimus est, tenetq; primos dignitatis gradus post Principem, qui quo patre, aut matre natus sit, ignoratur, vt refert *Tiraq. in tract. de nobilitate cap.* 19. *num.* 34 post *Petrum Bellonum Cenomanensem*, qui diutissimè apud Turcas versatus est, *lib.* 2. *obseru.* 95.

194 Item quòd nec dicit Populus, nisi quod ab omnibus probetur, ità nàmq; distinguitur Populus à plebe, inquit *Petrarcha lib.* 1. *de Regno cap.* 3. quod is ab omnibus probetur, plebs verò ab omnibus reijciatur, & secundū hanc partem accipiendum

est, quod legimus in *cap. vocandus 62.*
195 *distinct.* quòd Populus docendus sit, nõ
sequendus; quòd Populus sępè magis voluntatem, quàm rationem ducem sectatur, apud *Guicciardinum lib. 9. histor.* quod robusta sit turba, sed mente careat apud *Anonymum*, quòd per se Populus sit corpus sine pectore, & cor vitale, ac spiritus Populi sit Rex, vti dicebat *Paul. Æmil. lib.* 8. totum enim, quod de Populo iactatur malam in partem, in plebem refundẽdum censuit *Herodot.* cùm *lib.* 3. scribit, populari multitudine nihil est, neq; insipientiùs, neq; insolentiùs, & expressiùs
196 paulò post, cùm ait, plebi nulla intelligentia inest, vndè enim intelligentia eladsit? qui nec edoctus est, nec nouit honestum quicquam, quarè *Lypsius loc.* infrà cit. malus Iudex omnis honesti populus, nè in sua quidèm familia, & qui ad res agendas sine consilio præceps ruit, torrẽti similis, maximè cùm *Cicer.* scribat, maximum magistrum populum esse *in Tu-*
197 *sculanis*, & populus non minùs, quàm plebem, ordines omnes Ciuitatis, eiusquè Primores continet, Nobiles, & Patritios, vt explicat *Petrarch. loc.* cit. vt nunc omittam celebtiores omnes actiones olim, declamationes scilicèt, orationes, ac generis omnis comœdias populares fuisse, hoc est, populo dictas, vt extimarentur à populi placitis, vt constat ex nuper citanda *epist. Senecæ*, qui (quàmuis repugnantibus Peripateticis, Academicis, Stoicis, ac Cynicis (quod obseruat quoq; *Lypsius ibi num.* 18) subdit *lib. 4. epist.* 1. quis enim placere potest populo, cui placet virtus?

Et constat, quoad reliqua, nè intactum aliquod maneat, & inresolutum, quòd quando indocti primùm adinuenerint præuentionem, etiam aliquod est, per quod præuentioni debeat deferri, quæ meruit leges habere, & præuentores, quibus approbaretur, quandoquidẽ vetũ est, q licèt initiũ ab ignorãtia, vel simplicitate sortita consuetudo proponatur, aliquod est, quod temporis ratio deferat, consuetudo, inquit *Tertull. lib. de veland. virgin.*
198 *in princ.* initium ab aliqua ignorantia, vel simplicitate sortita, in vsum per successionem corroboratur.
199 Tollitq; funditùs dubium omne inhonestatis, infamiæ, aut iniustitiæ, & impietatis motiuũ, quod nuper expressimus ex lege, ex *Rit.* nimirùm 168. 186. 189. 190. & *pragm. malitijs, de præuent. moder.* cum legibus, ex quibus desumptam dicemus suo loco præuentionem, videretur enim præuentores deceptos sub clypeo legis, ciuesq; sub publica authoritate fuisse fraudatos, quod dedecere iura ipsa declarant in *l. Gracchus, C. de adulter.* in *l. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* debet namquè qui subditus est, honestatem præuentionis, & iustitiam illius credere legibus.
200 Vitia enim, & virtutes nõ ex natura constãt, sed ex lege, vt rectè putabat *Archelaus Miletius* Magnus *Anaxagoræ* discipulus, & preceptor *Socratis* apud *Volater. lib.* 13. *commentar. fol. mihi* 186. *à ter.* & Principi, cui non omninò seruit, qui docet con-
201 trarium; remedia enim ad subleuandos debitores admuenta conseruanda sunt, nisi dicas pro bono Principis statu amplianda, debitorum etenim, qui ære alieno obnoxij, & graui fœnore oppressi mi-
202 serè vexantur, & detinentur, desperatio multas sępè clades excitauit, cùm illi, aut nouarum tabularum spe, aut ipsa debiti luendi difficultate ad res nouas audendas impellantur, his exemplis *Liuius* passim abundat, estq; locus *Taciti* ad hæc celebris *lib. 6. annal.* *Salustius* inter eos, qui nouarum rerum Cupidi Catilinariam conspirationem fouebant, refert Catilinam illis potissimùm amicis, ac socijs cõfisum, qui ingenti ære alieno premebantur, & cùm *David* metu Regis *Saul* saluti suæ consulebat, conuenerunt ad eum, legitur *Regum cap.* 22. omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, æris alieni magnitudo Othonem ad res nouas impellit, inquit *Suetonius in Othone cap.* 12.

Et hoc sensu diligenda quoq; præuentio est, vt ità dixerim, statuit enim *Gnomologia Cassiodorana in verbo dilectio*, diligenda illa esse, vndè Respublica videtur esse firmissima, vndè proprium subditorũ esse parere Principi potiùs, quàm in Principe iustitiam legum requirere, cùm in Principe iusta causa sit præsumenda, inquit *Conradus in templo omn. iudic. lib. 1. cap. 1. de Imperat. §. 4. in quæst. iusta causa in Principe num. 7. Regens Rouitus in consult. in materia donatiui num. 1. &* 2. & nouissimè *Giurb. p. 1. obseru. 30. nu. 2. & D. Reg. Sanfelic. in discept. de donatiuo tempore belli post 1. tom. decisionum sub num. 7.* qui scribit post *Afflict.* quem refert, quòd quicquid per Regem fit, præsumitur iustum, & quòd Princeps præsumitur iustitiæ plenus, ex *Tusch. lit. P. conclus.* 681. *& Petr. Fern. Nauarretta*, cuius ver-

ba reponi curauit, vt hoc suaderet rationibus, authoritatibus, & exemplis ex *lib. de conseruat. de Monarquias, discursu polit.* 19.

203 Hos etenim creauit Dominus, Duces
popnli sui, & qui gerant vices Altissimi,
cni non alteri villicationis rationes reddere debent, & indè obediendũ Principi,
docet *Ioann. Calu. de potest. Princip. cap. 2. pag.* 52. & probat *M. Terentij* solemne
dictum apud *Tacit. lib. 6. annal.* ibi, Non
est uostrum æstimare, quẽ suprà cæteros,
& quibus de causis extollas, Tibi summũ
rerum iudicium Dij dedere, Nobis obsequij gloria relicta est, obseruatq; ex nostris
Petra de potest. Princ. cap. 32. quæst. 8. conclus. 2. num. 25. & Acac. de priuileg. lib. 3. cap. 9.

204 Quibus ex principijs cùm iustitia præuentoris descendit, probatur quoq; honestum esse præuenire, honestas enim statim consequitur, quòd actus permittitur
lege, cùm honestas in primis considerari
debeat ad legis existentiam, *c. an erit au-*
205 *tèm lex 4. dist.* hac nàmq; ratione definitur lex, Sanctio Sancta, honesta iubens,
& contraria prohibens, ex *glos. in l. leges. 9. C. de legibus,* lex præceptrix faciundorum
est, prohibitrix non faciundorum, ait *Crisippus in libri principio,* quem de lege cõscripsit, & *Demosthenes in orat.* quæ in
Aristogit. prior inscripta est, vt de *Crisippo* meminit quoq; *Alciatus 4. dispunct. cap. 14.* & de *Demosthene Marcianus I.C. in l. 2.* (quam restituit *Budeus*) C. *de legibus.*

206 Maximè cùm leges, ex quibus præuentio, aut oritur, aut permittitur, pro bono
Reipublicæ latæ sint, & non ad Principum
scelera protegenda, quo casu putarem
subsistendum, nàm nec quia *Claudius*
Romanorum Imperator Agrippinam
Germani sui filiam vxorem ducturus,
(quã iàm duxit, teste *Sueton. in Claudio, et Cornelio Tacito lib. 12.*) Senatus Consultum postulauit, quo iustæ inter patruos,
fratrumq; filias nuptiæ in posterùm statuerentur, cùm ad id tempus matrimonia huiusmodi, vt & nnnc incesta putarentur, virum probum suasit, qui talia perpetraret, cũ, vt idẽ *Tacit.* refert, nemo repertus fuerit, qui fratris filiã matrimonio copularet, et quòd lege liceret, plus etenim
valuit recta morum ratio, quàm lex, solus
Talledius Seuerus Eques Romanus, quem
pleriq; Agrippinæ gratia impulsum ferebant talis matrimonij cupitor inuentus
est, vel duo, si *Suetonio* credimus, Libertinus alter, alter Primipilaris, cuius rei monumentum quoq; extat ex *Senec. in ludo de morte ipsius Claudij.*

207 Nec negotium facit, quòd videatur cõtra ius iurandum facere, & fidem instrumento promissam, qui præuenit, veriùs
nàmq; est, gerere quod pactum est, qui
præuenit, cùm ex consuetudine consueuerit præueniri, procedunt enim à pari
208 pactum & cõsuetudo, ex doctrina *Bald. in d. l. liberti, libertaq; colum. penult. C. de oper. libert.* quinimmò consuetudo pactũ
est quodam, vti *DD.* notant in *l. 2. C. quæ sit longa consuet.* & consuetudinem habere vim pacti, notat *Napod. ad Consuetud. Si quis, vel Si qua, verb. à matre n. 230. in fin. vers. præterea obligatio.*

209 Secundò non obstat, quòd fides bonæ
voluntatis, & iustæ actionis genitrix sit,
secundùm *D. Ambros. de vocat. gent. lib. 1. cap. 8.* quàmuis enim Oraculi vice babendum sit dicterium illud, in re familiari,
deq; priuatorũ commodis etiam in re mala, & abusiua fidem seruari debere, spectandumq; esse, non quod promissum, sed
an promissum sit, quòd quotiès de bona
210 fide agitur, non est de apicibus iuris disputandum, *l. si fideiussor, §. quadam, D. mand* cum similibus.

Vndè monitos velim mercatores,
& campsores, non omni ex causa præueniant, cùm etenim peculiari nomine honesti appellentur, honestiquè debeant esse amatores, tanquàm eius,
quod ipsos tangat, propter præcipuam fidem, quam habent homines promissionibus mercatorum, & campsorum, initio,
ac omni in parte litis, ac iudicij ità se gerere debent, vt iusta, & apparenti saltem, nisi
æqua ex causa litigare dicantur, ac citrà
mendacij reatum, quia mercatorum domus debet esse veritatis, & æquitatis, vti
Bertrandus aduertit *cons. 363. lib. 2. colum. vltim. & cons. 149. lib. 3. num. 4.* ac *Petrus Foller. apud Marant. par. 4. speculi dist. 9. sub nu. 149. in fin.*

Contemnenda tamen haud erit *Archi-*
211 *dami* sententia, cùm ad Grecos, qui
pacta rescindere nolebant, dicere solitus
erat, vt haber *Plutarchus in lacon.* ouis
semper eandem edit vocem, cæterùm
homo multas, ac varias emittit, præsertim cùm causas, quibus præueniri aduersùs instrumenta iustas esse, atquè
212 legitimas, tempus detegerit, quod patrem esse veritatis, canunt Poetæ apud

Gell. lib.12. cap.11. & probant *Sophoclis*
carmina illa.

Nihil occultè, quando cuncta tuens
Et cuncta audiens, omnia reuelabit
dies.

213 Censeo nàmq; eo casu neq; facilitatis
mendam incurrere, neq; mutationis su-
bire peccatum, qui præuenit, quòd pro-
missa mutet, sed potiùs prudentis inditiũ
præstare, prudentis enim est pro re nata
nouare consilia, ait *Plutarchus loco* cit.
vbi & *Leotychidas* cuidam objiciēti, quòd
facilè mutaretur, mutor, inquit, sed pro tē-
porũ ratione, non, vt vos, proprio morbo.
214 Et hinc aliàs vidi responsum, imprudē-
tèr se gerere illos, qui interrogati, si fas es-
set præuenire non solùm se posse, cùm iu-
stitiam absq; dubio fouent, non respon-
derent, sed & scrupula mouerent ex fide,
cùm deberent illis consulere, etiam si ti-
tubent, maximè quando familias grandes
habent, qui consulunt, & vires patrimonij
largas non patiātur donationes, quoniam
esset id remittere iura, quæ competunt,
& nemo cogitur ius suum indefensum
215 relinquere, nec donare quis consulen-
dus est, maximè qui filios habeat, nàm &
hìc aliàs testari prohibebatur, extraneoq;
donare, *Solonis* ex lege apud *Plutarch. in
Solone*, & obseruat ex nostris mihi dulcis-
216 simus, & politissimus Scriptorũ omniũ,
quot quot sunt post Iure Cõsultos, & quo
nemo tersior, nemo doctior, *Annaeus Ro-
bertus lib.2. rer iudic. cap. 9*, quòd & inter
Gothos obtinnisse, memorat *Procopius
lib.* 8. quinimmò circà ea, quæ relinquun-
tur Ecclesijs, est notandum votum *Diui*
217 *Augustini*, qui donationes has, & in-
stitutiones nunquàm vel acceptauit,
vel consuluit, immò nullum Deo pro-
pitio se inuenrurum credit in *serm.2. de
vita Clericor.* relatus *in can. vlt.* 17. *quaest.*
4. nec sine exemplo, quando *Antoninus
Pius* hæreditates eorum, qui filios habe-
rent, repudiauit, vt author est *Capitolinus
in Antonino Pio.*

Et audiui non semel probatissimum
quendam obiurgantem timidum quan-
doq; præuenire dubitantem, quod iuris-
iurandi, aut fidei nexus eum tenere hæ-
sitaret, & commercij desperatio, ea sola-
tatione, quia iuramentum vt obliget tres
218 comites habere debet, indicium scili-
cèt, iustitiam, & veritatē, *can. animaduer-
tendum 22. q.2. can. fin. ead. causa quaest.5.
l. obligationum substantia, §. vlt. D. de act.
& obligat.* & probat *Ouidij* illud *Cidippe
Accorisio.*

*Consilium, prudensq; animi sententia
iurat.*
Et mihi iudicij vincula nulla tenet

219 Nàm & absurdum erit existimare, doli
exceptionem ob id minus locum habere
posse, quod ius iurandum interuenerit,
cũ, vt inquit doctissimus, ac religiosissimus
*Ant. Faber de error. pragm. decad. 13. c.7.
fol. mihi 311. circà med.* sicuti ius iurandũ,
quod dolo malo extortum est, non obli-
gat iurantem, ità neq; adimere potest iu-
ranti exceptionem doli, siuè detur excc-
ptio illa ob dolum, qui iu- iurandum ex-
presserit, siuè ob dolum, qui actionis pò-
tiùs, quàm stipulationis tempore emerse-
rit, semper enim (vt subdit) dolus poten-
tior est iure iurando, neq; aut actio de
dolo, aut exceptio doli per ius iurandum
vnquam perimitur, ne alioqui eueniat,
vt ius iurandum iniquitatis, & doli vincu-
lum constituatur.

220 Dicebat tamen, confessarios, ac alios,
ad quos pertinet summis viribus agere
oportere contra iniustos præuentores,
eosq; redarguere debere, nõ minùs quam
fures, hæreticos, aliorumq; turpium faci-
norum patratores, peccare etenim hos
tanquàm fures probant, quę dicemus *cap.
14. de pœnis eorum, qui temerè præueniũt.
quaest.* 1. & esse hæreticos *Plutarchi* locus
edicit, cùm scribit *in Lysandro*, quòd qui
iure iurando fallit hostem, hunc se me-
tuere, Deum verò contemnere fatetur,
cùmq; duo sint peccata, vt *Persa* dicebāt
apud *Plutarch. opusc. de tollendis vsu-*
221 *ris*, inter homines turpia, debitorem
esse, & mentiri, negari non potest, quin
turpia peccata patrasse comperiatur, qui
præuenit iniustè, nàm & hic debitor est, &
cùm negat, vel dicit soluisse, aut aliqua ex
causa non teneri, & tamen nec soluit, nec
liberatus est ex causa, quam ponit, menti-
tur (vt re vera practicemus, quod notat
post *Herring. de fideiuss. c. 15. n.7. & Vi-
ctorin. Strigel. lib.2. ethic. pag. 277. Grat.
discept. 380. n. 19.* oberatos scilicèt solitos
(quinimmò coactos, vt dicit *Plutarchus
opusc. de vitand. vsur.*) esse mentiri, sub-
222 densq; quarè Camaleonti ęquiparetur,
Herring. ibid num. 7. ponit verba *Theo-
dorici Ostrogothi*, qui comparationis au-
thor fuit ex *Marq. Fregbere de fama pu-
blica lib.2. c.13. n.15.*

223 Deplorandam etenim ætatem nostram
reddiderunt tot præuentionibus homi-
nes, quot rectè quispiam vsurpabit, quod

cecinit

cecinit *Pindarus*, perfidis nihil eſt fidum,
fallere nàmq; ita conſueuimus, vt pro tē-
poribus iſtis videatur ſcripſiſſe *Menander*,
ætate noſtra fides confunditur, meliori
nàmq. fato Nos, quàm *Eurycratidas* apud
Plutarchum in laconic. apopb. percontari
224 poſſumus, cur *Ephori* per ſingulos dies
de conuentis, & contractibus ius dicerēt,
cuncti enim præueniunt, quia præuentio-
nes alijs profuiſſe norunt, nectemerè prę-
ueniſſe quiſpiam ducit ad infamiam, vt
ad tempora nos redijſſe videamur, quibus
dicebat *C. Velleius Paterculus lib.* 2.
225 *biſt. Roman.* nec quiſquam ſibi putat
turpe, quod alij fuit fructuoſum.

226 Sed an ex hoc recipiendum ſit, quod
aliqui conſulunt, tollendam nimirùm è
medio præuentionem, quia occaſione
fraudis ſublata iurgia ceſſent, ſolutio ſta-
tim conſequatur, atq; vt olim exceptio-
nes omnes aduersùs inſtrumenta, aut ſub-
latæ ſunt, aut ſuſpenſę, quouſq; inſtrumen-
ta exequantur, iuxtà ſtatuta, quibus abun-
dant Ciuitates, de præuentione quoquè
ſtatuatur? & puto, potiùs ſubſtineri iur-
gia debere, quàm quòd vtiliſſimo pręuen-
tionis adinuento carere Reſpublica de-
beat, quia quidam abutantur, aut pręuen-
tio iniuria temporum, hominumq; im-
proba deprauatione in abuſum quendā
deuenerit, moueor, quia ſi hominum abu-
ſus attendi deberet, pari modo omnes
etiam reliquæ artes poſſent damnari, le-
gumq; partes vituperari, quod ijs, vt plu-
rimum, homines abutantur, &, vt dicebat
Typographus ille, vel quiſquis eſt author
epiſtola nuncupatoria ad Marquardum
Epiſcopum Spirenſem in commentarijs
Innoc. IV. excuſſis Francoſurti anno
1570. iniuſtitia foret ob abuſū rei, ſubſtā-
tiam eius tollere, etiam quia mala ex
abuſu præuentionis prouenientia, autho-
ritàte Magiſtratus medicabilia, immenſis
eius vtilitatibus præponderabunt.

Maximè quia & olim multò peiora,
quàm quæ accidunt ex præuentionibus,
tentata, & acta legimus circà debiti, æriſq;
alieni negationem, hinc nàmq; quòd ſci-
licèt ſibi debitum negaretur, & Deus non
227 vlciſceretur, Deos negaſſe *Diagoram*
fama eſt apud modernum temporis no-
ſtri exaratorem operum *Plutarchi*, &
Maximi Tirij, eoq; olim deuentum eſt
228 in hac criminis ſpecie, vt *Sophiſtas* cùm
cauſa alia deficiebat negandi debitum,
non eandem perſonam eſſe, quæ nunc de-
beret, & annis elapſis mutuum accepiſſe,
vt aliquem liberarent ſolitos eſſe iactare,
notet *Plutar. in moral. opuſc. de la vendet-
ta de Dio, che vien tardi, fol. mibi* 80. *poſt
princ.* nàm nec oēs olim Phociones Athe-
nienſes extiterunt, qui exemplo docuit vi-
229 rū probū, creditori potiùs ſoluere debe-
re, quàm eleemoſynas elargiri, cū efflagi-
tatori reſpondiſſe dicitur apud *Plutarch.
in grac. apopb.* pnderet, ſi vobis adderem,
at huic (creditorem digito oſtendens)
cui debeo iure, nihil redderem, & facit,
quia patrimonij in alium tranſituri, ea
ratio eſt, inquit, *Quintil. declam.* 273. vt
primùm credito ſatisfiat, nec omnes
Chriſtiani antiquo tempore extiterunt,
de quibus *Plin. ad Traian. epiſt.* 97. *lib.*
10. inquit, Chriſtianos ſolitos ſe Sacra-
230 mento, non in ſcelus aliquod obſtrin-
gere, ſed nè furta, nè latrocinia, nè adulte-
ria committerent, nè fidem fallerent, nè
depoſitum appellati abnegarent.

231 Et quando noſtra prioribus cederent
temporibus, quod tamen omninò negari
oportet, ſi conſiderentur quæ tradidit
tractatu particulari, cuius inſcriptio *l'hog-
gi di*, doctiſſimus *Abbas D. Secundus Lan-
cellottus* inſiſtendum omnimodò erit in
ſubſtinenda præueniendi conſuetudine,
præuentio nàmq; ideò adinuenta conſi-
deranda eſt, & à Sereniſſimis Regibus ap-
probata in Regno, quia Reipublicæ non
magis intereſſe debet, debita negari, aut
232 protrahi, quia inuerecundi debitoris
eſt, vt inquit *Chryſologus ſerm.* 123. aut diſ-
ferre credita, aut promiſſa denegare
honeſti ſine mora, & mox, vltroq; diſſolue-
re, quàm, vt quorundam improbitas graſ-
ſari non debeat in poſterum, qui vi, dolo,
ac malis artibus ſiſi rigoribus inſtrumen-
torum, inſtrumenta extorquent, vel irrita
ſeruant, & caſſa, vt pauperum bonis non
ſolùm, ſed & vitæ inſidientur, & famæ po-
tiùs, quā ignem tollere velint, & aquā, vt
experimento vidit *Plutarch. in opuſc. de
tollend. vſur* & ſumma (ni fallor) iuriſpru-
dentiæ ex ratione deſcendit, quod adin-
ueniri præuentio deberet, & introduci, ni-
ſi eſſet introducta, quod creditorum acer-
bitatem ſemper iniquam cenſeri, par eſt,
& velut nimis atrocem damnari conue-
nit, cùm illi nō in bona tantū, ſed & in ipſa
debitorum corpora eò atrociùs, & impu-
dentiùs, quò iniuſtiùs ſęuire prēſumentes,
id iàm effecerunt, quo libeat vſurpare,
quod *Polyb. lib.* 3. neq; enim fugere am-
pliùs, neq; decertare certamen Romanus
poteſt.

233 Certumq. est his omnibus in terminis,
verum esse oportere de Gētibus, quod de
Dijs dixit *Euripides*, faciles mihi ad ve-
niam dandam Dij videntur, si quis iure-
iurando morté effugere cupiat, aut vincu-
la, aut malam hostium violentiam, vt hinc
non tàm scrupulosis inquisitionibus de-
adinuento præuentionis disquirendum
videatur, quod aliqui abutantur, si neces-
sitate adactus quis (nàm ex luxuria id
agere quenquam credi indignum est) ob-
ligatus cùm proponatur præueniat, & re-
laxatione à iurisiurandi vinculo impe-
trata, quo in foro Ecclesiastico nihil fa-
ciliùs hodiè, nè sit vinculum iniquitatis,
improbas spes hominum frustretur, cùm
234 & moris est præuenire, nàm & *Domi-
tium Tullum* laudibus quidam efferunt
apud *Plin. lib. 8. epist. 18.* quòd testamen-
to suo sit frustratus spes hominum, quos,
235 inquit *Plin. ibi.* sic decipere pro mori-
bus temporum prudentia est, sufficere er-
gò debet quod homines. vt *Cicer.* ait *pro
lege Manilia* opinione non minus famæ,
quàm aliqua certa ratione commoueri
solent.
236 Nec tamen, vt indè probem, quocunq.
medio præueniatur sustinendum, repeto
etenim, potius asperrimè tales puniri de-
bere, nā & scio, quòd præscriptio neq. le-
gem vincit, neq. rationem, *l. 2. C quæ sit
longa consuet.* quod fides violata cuicun-
que fuerit data, tandèm à Deo punitur, vt
Lypsius ait *in aphor. polit.* quia Dij sunt
237 periuriorum vindices, ait *Iustin Histor.
lib. 14.* & quod in re familiari amplecti
238 debeat, quod *Callicratydas* apud *Plu-
tarch. in lacon.* pecuniarum cura ità ha-
239 benda est, vt nè quid tamen committe-
retur Sparta indignum, atq vt *Chilon* di-
cebat apud *Laertium lib. 1. c. 4. & Stob.*
240 *serm. 1.* turpi lucro semper damnum est
præferendum, illud enim semper dolet,
hoc autem semel, sed ne ego quidèm me
sordidè geram (inquit *Seneca lib. 4. epist.
1*) in fœnore æris alieni, & tibi quod de-
beo impingam, vel, vt alij legunt, expun
gam, honoremquè non lucro solum,
sed & vitæ præferendum est, *text. in l. isti
quidèm, D. quod met. caus.* in quo notabile
est *Philoxeni* factum, qui, vt est apud *Pe-
trum Crinitum in præfat. librorum de
honesta disciplina ad Bernardinum Anti-
stitem Antiochensem*, reduci in carcerem
maluit, quàm parum honesto suffragio
eximi. Illa enim vera lucra iudicamus,
quæ integritate suffragante percipimus,
inquit *Theodericus Rex* apud *Cassiodor.
epist. 22. lib. 1.* vbi subdit, maiori compen-
dio nos perdere, quàm si nobis indebitè
victoria suffragetur.
241 Sed vt Mundo libertas illa reddatur,
qua accusari creditor possit ad omnem li-
bitum eius, qui extortum se sentiat, nè
semper creditor dicat crudelis

*Coniugium, pactamq; fidem, non crimi-
na posco.*

verùm agnoscat eorum in posse esse præ-
uentionibus, quóminus, vel magis indul-
geatur, si ità cum debitoribus se gerant,
nè contra illos vsurpari possit, quod ex
Legatis Priuernatibus vnus in Senatu di-
242 xit, cùm de fœdere ageretur apud *Liu.
lib. 8.* si pacem bonam dederitis, & fidam
habebitis, & perpetuam, sin malam, haud
duraturam, de omnibus etenim Iudices
verum existimare debent, quod Corcirē-
ses habent apud *Tucididem lib. 1.* contra
Chorintirios, quòd si negent, æquum esse
suos colonos recipi à vobis, discant Colo-
niam omnem, itàq. honore prosequi Me-
tropolim suam, si sibi ab ea benefiat, sin
minus ab illa secedere, maximè si de de-
bito agatur, quod contractum est sub fœ-
nore, nil enim debemus, cui mutuat sub
fœnore, vt docet *Gottifred. apud Senec. in
iuridic. tit. si cert. pet.* & probant, quę ponit
Carleual de iudic. to. 2. tit 3. disp. 28. n. 27.
243 Hæc de iustis, atq. præuentoribus in-
iustis, sed si quis dubitet de præuentionis
iudicij exitu, videamus, an debeat præue-
nire? & videtur posse, ac debere præue-
nire, ex conclusione, quam firmat *Tucidi-
244 des*, cuius verba sunt ex *lib. 2.* stultum est
mouere bellum, si florente statu liceat re-
tinere pacem, si autèm necesse est, aut ce-
dentes imperata facere, aut pericula adi-
re, libertatis retinendæ causa magis re-
prehendendus est qui fugit periculum,
quàm qui sustinet, credo tamen idq; mi-
hi animo magis est, quòd scilicet quis sol-
uat indebitum potius qui præuentionis
de fine dubitat, quàm mala hominum
mente litiget, vt indè peccatum, & scrupu-
lus deducatur, quod nè eueniat, omne
damnum est subeundum, locis vulgatis.
Quotiès enim quis de victoria dubitat in
iudicio præuentionis, & in eo vinci perti-
mescit, rectè vsurpari posse censeo, ad ex-
cludendam bonam fidem in præuentore,
& securitatem in conscientia, quod *Plin.
de amantibus* sentit *lib. 8. epist. 21.* Amat,
inquit *Plin.* qui se sic amari putat, vt tę-
dium non pertimescat, maximè cùm in

Chri-

Christianis non initia quærantur, sed finis,
vt ait *D. August.* de quo meminerũt *Her-*
ring. de fideiussor. c. 7. num. 362. & *Caroc.*
dec. 88. *n.* 2.

Vltrà quòd in pari causa damno ma-
gis, quàm lucro consulendum est, *l. vltim.*
§. licentia, C. de iure deliber. l. at si quis, §.
sed etsi. D. de religiosis, & facit, quia actum
dubium in meliorem partem esse accipiẽ-
dum, est *tex. in l. cùm creditor, D. de furt.*
245 Et hac ratione nõ admitto in his, quod
circumfertur, quòd tristis euentus consi-
derari non debeat, ex *l. inter stipulantem*
§. sacram, D. de verbor. obligat. nec omni-
246 nò consisto in consilijs, quæ præstita
vidi diebus istis, quòd scilicèt cùm tutus
est in conscientia, qui præuenturus est, po-
test falsis testibus, & malis artibus tueri
suam opinionem, & bona, expensa ad id
sententia *D. Augustini*, qui in *libris quæ-*
247 *stionum* ait, cùm iustum bellum susci-
pitur, vtrum apertè pugnet quis, an ex in-
sidijs, nihil ad iustitiã interest, Dominus
enim Iosuè mandauit, vt habitatoribus
Haì insidias poneret, datis etenim differẽ-
tijs inter lites, & bella, quibus insidiæ per-
mittuntur, non falsitates, non periuria, pu-
to deferendum *Farinac.* qui post alios di-
cit in *fragment. crim. par.* 2. *lit. D.* non li-
248 cere, interrogatum cum iuramento ne-
gare debitum, quod quis re vera soluerat,
cùm tamen solutionem testibus probare
nequiret, quod & probat latè, relatis hinc
indè Doctorum sententijs, *Gutier. lib* 1.
pract. quæst. 60. & alijs citatis *Reg. Rouit.*
in pragm. 8. *de ord. iud. nu.* 18. qui caute-
las ad hæc tradunt, & tamen rectè quis
negabit debere, quod soluit, nisi interro-
getur, an debuerit, qua cautela, æquiuoca
Iudex vitare poterit, si æquiuoca consi-
deremus in iuramentis iudicialibus, quod
negat *Gutierr. loc. cit. sub num.* 5. & facit,
quia neq; positio continens factum totum
verum, sed elidibile exceptione facti diffi-
cilis probationis potest tuta conscientia
negari, nisi sub cautela, quam tradit post
Seraphim quem citat *decis.* 1039. *in fine*
D. Reg. Rouit. loc. cit. ex formula, qua con-
tenta est *pragmatica* 8. *de ord. iudic.* non
249 credit, vt ponitur, de quo tamen dubito
vehementèr, nàm credulitas contra con-
scientiam suspecta esse debet in iurante,
quando interrogatur circa mutuum, & nõ
circa solutionem, vide tamen *Bou. decis.*
243. *n.* 10.

Quinimmò audiendos minimè censeo,
qui temerè præueniant, quod temporis
ratio eos ad id cogat, nàm si ex principio
voluntario oritur necessitas, verum est,
250 quod inquit *Senec. in prouerb.* fraus est
accipere, quod non possis reddere, & *De-*
mocritus, non ideò malum hominem ta-
251 lem præuentorem existimabit, si dixit,
malos homines esse, qui iuramenta, quæ
fecerint adacti necessitate, non seruant,
postquàm periculum euaserint.

Nam & hos, vt quędam, quæ cõtra ipsos
hic ponẽda forent, remittamus ad tracta-
tionem *de pœnis eorum, qui temerè præ-*
252 *uenerunt*, ab omni Ciuitate expellendos
esse admitto, vtpotè qui impossibile sit,
quòd honestam vitam ducant in poste-
rum, dicente *Plutarcho in opusc. rer. ciuil.*
certum esse, & indubitatum, eum non nisi
253 maculatam, & infamem vitam ducturũ,
qui semel negarit debita, atq; tales hos
reputandos esse, vt hostes Ciuitatis, quam
inhabitant, vt dicemus *ibid.* ad explicatio-
nem *Constit. Regni Regiæ Maiestatis, &*
pragm. 1. *de negantibus mutuum, deposi-*
tum, vel commodatum,

Cùmq; præuentio actio sit, & explice-
tur per vltrò ventionem, rectè cum ijs
procedetur, si vsurpabitur, quod *Cæsar* in-
quit *lib.* 4. *de bello gallico*, neq; Legati au-
254 diendi, neq; conditiones accipiendæ
sunt ab his, qui per dolum, atq. insidias pe-
tita pace, vltrò bellum inferunt, quod ego
expendebam quandòq. contrà præuen-
tores quosdam, qui ità præueniebant, vt
postmodùm cum creditoribus, remissa
debiti parte, aut prorogato solutionis ter-
mino, se concordarent.
255 Puto tamen, non minùs à Confessarijs,
& Principibus attendendum, & animad-
uertendum ad eos, qui contractus extor-
quent, vel exigunt indebitum, & præuen-
tionum iudicijs conuincuntur, nàm hos
vt fures esse puniendos, furtiq. reos esse,
qui exigunt exactum, aut quod deberi
videtur simulatis contractibus, latè pro-
bat nouissimè *Molas de induc. debit. q.* 11.
nu. 4. & *Farinac. de furtis q.* 170. *à nu.* 39.
cuius ex dictis non sufficit, pœnam pecu-
niariam à *Rita* impositam exigi solutio-
nis tantummodò pœnæ, sed corporalitèr
affligi deberent, vt hinc practicetur, quod
Callycratidam dixisse refert *Plutarchus*
256 *in laconic.* ità ab hominibus exigendam
esse pecuniam debitam, nè quid nostræ
dignitati, aut existimationi decedat, vndè
commẽdatione potiùs dignos esse, quàm
increpandos, censuit *Ang. de Perus.* qui
vrbanitate potiùs, quàm voracitate vtan-

tur erga debitores *conf.312.post num.4. verf. caue tamen*, vbi fubdit, culpofum haud exiftimandum,qui cùm potuerit,nô exegit, & *Ang. ibi* fequitur *D.Reg.Rouit. conf.53.n.8.lib.2.*

257 Quod tamen nec omninò, nec femper verum effe exiftimo, fed tunc demùm recipiendum, quod tradunt *Ang.* & *D.Reg. Rouit.locis* citatis, cùm de folo creditoris intereffe agatur,nàm fi aut de Reipublicæ debitore agatur,aut in perniciem alterius, putà fideicommiffariorum, damnandus potiùs effet,quàm vel excusâdus,vel laudandus,qui à fuo debitore tertias præfer-

258 tim non exigat, vt de fecundo eft locus notabilis *Vinc. Fufar.in tract. de fubftit. q.531.n.43.* vbi dicit fe confuluiffe, maritū non poffe petere fibi fatisfieri de vfuris dotis,& pro illis fideicommiffū euettere,

259 quas potuiffet,fi diligens fuiffet à forotio exigere,idq; dicit etiam refpectu vxoris contra maritum *quaft.532. num.30.* vbi dicit,imputandum mulieri, eamque proindè non gaudere beneficio *auth.res, qua,C.commun.de legat.*quæ cùm potuiffet exigere dotem à marito vergente ad inopiam,& rebus fuis malè vtente,ex *l.fi conftante,D.fol.matrim.*id neglexit.

260 Et de primo eft locus infignis *Caffiodori lib.12.variar.epift.10.* quam fcripfit diuerfis Cancellarijs Prouinciarum *de debitore*, quam reponendam curaffem ad hæc,& id quoq.probandum,quod dicere fum folitus,nempè nullam poffe fieri maiorem proditionem clienti, quàm fi eius Procurator, aut Aduocatus tertiarū protrahat folutiones,fed deftiti,quia liber eft,& debet effe omnium præ manibus.

SVMMARIVM.

1 *Genium cuilibet proprium,ex* Plotino *Philofopho.*

2 *Præueniri an poffit aduersùs apocas Banci,obligationes penès acta,& camerales, literas cambij, contractufq; bullares,& fcriptura tertij,et n.5.14.49.vndè affirmatiua probatur,& n.60.62.contrarijs explofis à n.93.*

3 Io.Baptifta de Thoro *laudatur.*

4 Ioannes Dominicus Taffonus *vir aquè doctus,ac probus.*

6 *Ritus, & ftatuta propriè funt intelligenda,& in cafibus,in quibus loquuntur.*

7 *Cafus omiffus à ftatuto habetur pro omiffo.*

8 *Exclufio inducta à ftatuto non vindicat fibi locum,nifi in cafu, & perfona expreffa.*

9 *Statutum includens vnam perfonam, aliā excludit.*

10 *Statutum Regni Sicilia,quo Officiales durante officio non conueniāt,neq;conueniantur,non extenditur ad illorū vxores,& filios.*

Quod de quibus Officialibus intelligi debeat.n.11.

12 *Statutum feruandum eft,prout iacet,nec attenditur ratio ftatuti,nec fit extenfio ob aqualem rationem.*

Etiam in materia fauorabili.n.13.

14 *Præuentionem fieri aduersùs inftrumēta,quibus Ritibus M.C.V.probetur.*

15 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

16 *Opponi non poteft deeo,quod cautum non reperitur.*

17 *Allegans ius,tenetur illud probare.*

18 *Præuentionis materia an cenfenda fit odiofa,& vt exorbitans à iure communi debeat reftringi,& non ampliari.*

19 *Omiffum cenferi debet quicquid non eft expreffum in difpofitione exorbitanti, nec debet extendi.*

20 *Præuentio locum an habeat in cafibus nō expreffis.*

Partita Banci habet paratam exequutionem contra Bancherios,non contra tertios in Regno Sicilia. ibid.

21 *Collatio locum non habet, nifi in cafibus à iure expreffis.*

22 *Collationis materia exorbitans eft à regulis iuris.*

Probibita eft, vbi expreſsè non reperitur permiffa. ibid.

23 *Subuentio ex* Conftit. Regni Quamplurium *non debetur à vafallis Domina fe ipfam maritanti,& quarè.*

Debetur Baroni maritanti matrem,filiam, fororem , aut neptem, & quo ordine ebaritatis.ibid.

24 Conftit.Regni Quamplurium *fupplenda, & qua ex lege.*

Habet locum in domino habente plures filias,vt pro omnibus debeatur fubuentio,

Et in fœmina maritante filiam.ibid.

25 *Subuentio ex* Conftitutione Regni *non debetur maritanti filiam fpuriam,quāuis legitimatam.*

26 *Inftrumenti appellatione an veniat apoca,& n.33.*

Præfertim ex communi vfu loquendi, ibidem,& n.30.

27 Sta-

27 Statuta, rescripta, priuilegia, ac dispositiones omnes debent intelligi secundum communem vsum loquendi.

28 Instrumenta specialiter, pro quibus scripturis accipi debeant.

29 Scriptura priuata nullatènus venit appellatione instrumenti.

31 Lex cùm meminit de instrumento, intelligit de publico.

32 Instrumentum publicum quod dicatur.

33 Publicum aliquid quot modis dicatur.

34 Pragm.63. §.2. de offic. Proc.Cæsar. explicatur quòad numerum testium, in apocha Banci requisitorum, & n.36.

35 Testes quot requirantur, & quarè, ad hoc, vt locum habeat dispositio text.in l. scripturas, C.qui pot.in pign.hab.

36 Subscriptio creditoris, ac debitoris, an in illa requiratur, & quid in apocha ex pragmatica, ibid.

37 Hypotheca testibus probari potest.

38 Text.in d.l.scripturas dispositio recensetur.

Testium qualitatem ab eo requisitam creditor probare debet.ibid.

39 Apocha Banco directa an, & apud quos contineat pactum de non opponendo, quod includit apud Siculos pactum de non præueniendo, & n.102.

40 Apoca Banci an æquiparentur obligationibus in forma Cameræ, & n.104.

41 Præuentio an impediat exequutionem obligationis in forma Cameræ.

42 Camillus Borrellus laudatur.

43 Veterum curiosa sedulitas nihil intactū, inconsideratumuè reliquit.

44 Præueniens aduersùs apocham Banci, an illam acceptare, & recognoscere videatur, & ex tali recognitione contra ipsum exequi possit vigore Regiæ pragmatica, non obstante qualificata, cùm præuenit, confessione, & n.48.

D.Io.Laganarius laudatur, ibid.

45 Confessio qualificata in causa præuentionis an, & quando possit pro vna parte acceptari, & pro alia respui, & nu. 47. & à n.106. ad nu. 126.

46 Solutionem tenetur probare qui allegat, se soluisse.

50 Io.Maria Nouarius laudatur.

51 D.Regentis Tapiæ locus recensetur, & explicatur cum decisione S.C. de præuentione aduersùs apochas Banci.

52 Præuentio aduersùs apocham Banci an fiat ex exceptione non numeratæ pecuniæ.

53 Carolus Regens Tapia laudatur.

54 Præuentio locum habet aduersùs obligationes M.C.V. penès acta captas.

55 Io.Aloysius Riccius Episcopus Vietæquensis laudatur.

56 Pragm.63. §.2.& 6.de offic.Proc Cæsar. loquitur conuento debitore vigore apoca Banci, non cùm debitor præueniat, & num.83. Et non conuenitur num.85.

Eius dispositio an odiosa censeri debeat, vel potiùs fauorabilis, ibid.num.57.& num.59.

An locum habeat respectu girantis apocham, & mandantis, quòd soluatur ad beneficium alterius, n.58.

61 Præuentionis aduersùs apochas Banci in iudicijs quomodò procedatur secundùm Lassonum, qui exploditur.

63 Præuentio datur aduersùs quamcunquè obligationem, nisi prohibita reperiatur.

64 Permissa omnia censentur, quæ non reperiuntur prohibita.

65 Præuentio est de genere absolutè permissorum.

66 Præuentionis iudicium est bonæ fidei.

67 Denegatum censetur quicquid non reperitur concessum.

68 Prohibitum præsumi non debet superstitiosis prætensionibus, quod non reperitur à lege prohibitum.

69 Præuentio datur aduersùs literas cambij, contractus bullarū, & scriptura tertij.

70 Instrumentum qualitèr probet.

Instrumenti vbi est casus non videtur dubitandum, prout de casu legis, ibid.

Instrumentum pro se tres habet præsumptiones, quæ recensentur, ibid.

71 Apocha Banci habet paratam exequutionem, cùm est recognita, aut legitimè probata, & n.79.

72 Pragm.63 de offic.Procur.Cæsar. §.2. & §.6. recensentur.

73 Apoca Banci æquiparata sunt instrumentis liquidatis, & obligationibus penès acta M.C.V.

74 Scriptura alienius in libro tertij, habet contra tertium exequutionem paratam, ex statuto Florentiæ.

75 Aequiparatorum idem est iudicium.

76 Præuentio locum habet aduersùs instrumentum depositi.

77 Depositarius si re deposita vtatur, an, & quando furti teneatur, vel solùm ad interesse, & quantitatem depositam, relatis prouisionibus, decoctis Campsori-

bus in Ciuitate Neapolis.

78 Depositum compensationem reijcit.

An tamen, & quando admittat dilationem quinquennalem, ibid.

80 Depositum non admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ, neq; patitur exceptionem familiæ ercifcundæ.

Eius instrumentum non potest allegari simulatum, maximè si sit iuratum, ibid.

Depositum priuilegia communicat oblatiuni, si cum ea fiat, & tunc quot pariat oblatio effectus, ibid.

Non subijcitur sequestro, ibid.

81 Deposita res si reperiatur aperta statur dicto deponentis cum iuramento de rebus, quæ ib. erant.

82 Depositum qua ratione tot priuilegijs gaudeat, refertur ex Menochio.

84 Fideiussio requisita ad prauentionem, exigi debet a prauenient adueriùs apocham Banco directam.

86 Apoca iudicium, quod erat ordinarium, effectum est summarium à pragmatica, & qua de causa.

87 Apocha, epistola, & omnis scriptura priuata, si fuerit acceptata, siuè recognita, probat, & habet exequutionem paratam.

88 Praxis ad recognitionem apocæ Banci, illiusq; probationem, & exequutionem refertur.

89 Dilatio, & terminus vllus datur iusso recognoscere apocham.

90 Nec appellatio admittitur à decreto, quòd recognoscat, quòad effectum suspensiuũ, & quarè.

91 Debitori citato ad recognoscendum apocham Banco directam, an, & quando competat declinatoria fori.

92 D. Scipio Regens Rouitus laudatur, & scriptorum ab eo fides recensetur.

94 Instrumentorum appellatione quæ comprehendantur, per quàm difficile est intelligere.

95 Instrumentorum appellatione contineri scripturam priuatam, & testes, qui dixerint.

96 Instrumentum dicitur, quòd mentem instruat.

97 Instrumentorum appellatione in exercendis litibus, & in negotio spectante ad instructionem causarum significatur omnis carta, quæ contineat gesta inter partes, notam illam, quæ continet, quod factum est à partibus, & omnia, quæ pertinent ad instruendam causam.

98 Chirographa quibus iuris in locis vocentur instrumenta.

99 Apocharum Banci rigor quando cœperit in Regno Neapolis, & quando in Regno Siciliæ.

100 Prauentio ad quid fuerit introducta aduersùs instrumenta.

Et quarè non in iudicijs ordinarijs, ibid.

101 Lex si introducta sit ad Rempublicam quietè conseruandam, quamuis sit pœnalis, est latè intrepretanda, ibid.

103 Doctori attestanti de consuetudine Regni, in quo viuit, credendum est.

D. Antoninus de Amato, & eius resolutiones laudantur, ibid.

105 Prauentionis iudicium, & recognitionis apocharum Banci ciuile est.

106 Confessio scinditur in ciuilibus.

107 Pragmatica dans exequutionem apocæ Banci recognitæ, debet intelligi, cũ recognoscitur simpliciter, & non sub aliqua qualitate, & quarè.

Statutum in casu simplici non habet locum in casu mixto. ibid.

108 Statutum si mandet, quòd scriptura priuata habeat exequutionem paratã, procedit cùm scriptura est liquida, & non cùm debitum est liquidum.

109 Apocha Banci, contra quam est prauentum, non est liquida.

110 Contra prauenientem an exequatur solùm, quia succubuit in iudicio prauentionis, absq; alia instantia creditoris, & prauentione facta qualiter sit proferenda sententia, aut interloquendum, finito iudicio prauentionis.

111 Praueniens, aut excipiens ex causa solutionis, an fateatur debitum.

112 Prauentus vt consequatur, quod vult, finito iudicio prauentionis, cautela.

113 Confessi habentur pro iudicatis, & ità exequi possunt, ac solent.

114 Pactum de non petendo, & exceptio solutionis, an diuersa sint, vel dependentia ab obligatione soluendi.

115 Connexum, aut diuersum, quid, & quãdo dicatur.

116 Io. Dominici Boue laudes, merita, & officia recensentur.

117 Præsumptio an aliqua oriatur ex praueniente ex causa solutionis.

118 Præsumptio iuris in ciuilibus considerari an debeat, vt cõfessio diuidi debeat, & scindi, vel secùs, & qualiter, & quãdo in eo sit procedendum.

119 Confitens delictum cum qualitate, quod non probet, an pœna ordinaria, vel ex-

traor-

traordinaria plectatur.

120 *Præueniens, & confitens cum qualitate, an affirmare videatur, vel potiùs negare videatur.*

121 *Confeſſio dubia interpretari debet regulariter pro confitente.*

122 *Diuiſio confeſſionis in criminalibus ob reſiſtentiam iuris, & præſumptionem in contrarium, an ſit abſolutè diuiſio.*

123 *Iudicis, & boni viri ad arbitratum qualitèr cognoſcere pertineat.*

QVÆSTIO V.

Præuentio an, & quomodò vires ſuas extendat ad apochas, quas dicimus, Banci, literas cambij, & obligationes penès acta, vel in forma Cameræ Apoſtolicæ, contractusq; bullares, & ſcriptura tertij apud Siculos, & Cathalanos.

1 SED dices, quiſquis es, neminem etenim audio, ſi excipio geuium, quod
mihi proprium eſt, proùt & cuilibet, teſte
Plotino philoſopho, qui librum ſcripſit
de ſuo, cuiuſq. genio, & probat *Petrus*
Crinitus de honeſta diſciplina lib. 11. *c.*8.
iàm ſatis de moribus eorum, qui præueniunt, vel iuſtè, vel iniuſtè diſſeruiſti ad
quæſtionem præcedentem, qui quidèm
pertiuent ad illius partem priorem, perge
nunc ad ſecundam, quam inuoluis de
2 potentia præuentorum, an ſcilicet illi poſſint præuenire aduersùs apochas Banci,
literas cambij, & obligationes, atq; contractus, quos præmiſiſti, de apocha Banci
enim quæſtio non ſemel extitit in S. C.
ac Magn. Cur. Vic. & indeciſa reſtat adhùc
ex præiudicio, quod oriri ex articulo videretur, vti refert *D. Reg. Carolus de Tap.*
lib. 3 *recopil. iuris Regni, in annot. ad tit.*
de apochis ſuper pragm. 63. *de offic. Procur. Cæſar. in §. item ſe ſupplica num.* 4.
verſ. tertiò dubitatur. vbi ait, ſe propoſuiſſe dubium in Sacro Conſilio, cùm
tunc eſſet Regius Conſiliarius, & repetit
3 *Io. Baptiſta Thorus,* vir in obſeruandis,
inueſtigandiſq; Regni deciſionibus, iiſq;
vt plurimùm exornandis, expoliendiſquè
diligens, & accuratus, proptereàq; laudãdus, quòd præter multa, & quidèm ingẽtia volumina, ærarium poſuit, quo quiſq;
in rebus ferè omnibus aut cenſere poſſit,
aut reſpondere, ex mente Senatus noſtri,
& placitis Patrum, atq; decretis in *Compend. deciſ. Regni, verb. præuentio tom.* 1.
4 & *Io. Dominicus Taſſon.* vir æquè doctus,
ac probus ad *pragm. de antephato, verſ.*
13. *obſeruat.* 1. *præſumpt.* 22. *fol. mihi* 514.
in fine.

Pergam igitur, rectè etenim quiſq; negabit, poſſe eum aduersùs hæc præuenire, qui aduersùs inſtrumenta ſolùm præuenit ex lege, vndè & præuentionis inſtrumentariæ titulum conſcribimus, nec moribus meis fas eſt, id veluti certum aſſumere, quod poteſt videri ducendum in controuerſiam.

5 Videtur ergò aduersùs apocham
Banci præuentionem ſuos non extendere faſtus ex infrà ſubijciendis, nonnullis
quòad cæteras obligationes expenſis, vtpotè, quæ authores habeant dilucidè tractantes de ipſis, ac nullos Momos.
6 Primò, quia cùm ritus, & ſtatuta id cõmune habeant, vt propriè intelligenda
ſint, & in caſibus, in quibus loquuntur,
7 *Surd. conſ.* 416. *nu.* 6. vndè caſus omiſſus
à ſtatuto, habetur pro omiſſo, *Natt. conſ.*
469. *num.* 9. *& ſeq. Cephalus conſ.* 26. *nu.*
16. *Magon. deciſ. Florent.* 147. *num.* 9. vbi
8 probat, excluſionem inductam à ſtatuto
non vindicare ſibi locum, niſi in caſu, &
perſona expreſſa, *Menoch conſ.* 147. *nu.* 7.
9 ſubdens, quòd ſtatutum includens vnam
perſonam, alias excludit, *Maſtrill deciſ.*
281. *nu.* 18. vbi & per totam deciſionem
10 ait, vxores, & filios Officialium nõ comprehendi ſub ſtatuto, quo Officiales in
Regno Siciliæ durante eorum officio non
poſſunt alios conuenire, & proſequi ſuas
lites, neq; conueniri, in *cap.* 136. *Caroli,* &
in *pragm.* 10. *ſub tit. de offic. Iudic. M.R.C.*
idem *Maſtrillus deciſ.* 270. in qua ait, leges prædictas ſuiſſe intellectas in Regno
11 illo de Magiſtratibus maioribus annalibus, prout ſunt Iudices Magnæ Regiæ
Curiæ, & Conſiſtorij, quod & iure cautur, & pulchrè *Lanarius conſ.* 61. *num.* 6.
12 dùm ait, quòd ſtatutum ſeruandum eſt,
prout iacet, nec attẽditur ratio ſtatuti, ſed
caſus formalitèr diſpoſitus, ità vt neq; facienda ſit extenſio ob æqualem rationẽ,
ſeù, vt aiunt, ex paritate rationis, quod
idem dicit *Ladercb. conſ.* 37. *n.* 10. *& ſeq.*
13 addens, hoc procedere etiam iu materia
fauorabili, *Cioffus conſ.* 45. *num.* 14. *lib.* 2.
Botta conſ. 75. *num.* 4. *& conſ.* 79. *num.* 5.
& 6.
14 Præuentio non niſi de inſtrumentia
fieri poſſe videtur, atq; ità, vt aduersùs
apochas permitti, aut concedi non debeat, quia ritus præuentionem, nou ad-

uersus apochas, aut alias obligationes,
sed aduersùs instrumenta probauit, vt le-
gitur in *Ritu* 168. §. *nota, quod ille Ritus,*
illis in verbis, *licèt instrumentum sit li-*
quidum, & omnia concurrant, quæ in eo
continentur, tamen si ille, qui petit ad-
uersarium suum interrogari, sit præuen-
tus per citationem à dicto aduersario suo,
vt rumpat ei instrumentum illud, super
quo petit interrogationem fieri, tunc non
potest fieri interrogatio, &c. & in *Ritu*
186. ibi *Item quòd vbi facta est præsen-*
tatio alicuius instrumenti liquidi contra
aliquè, &c. & paulò inferiùs ibi *cùi præst-*
tatione dicti instrumẽti non impediatur,
immò potest fieri dicta interrogatio dicti
instrumenti, &c. ac in *Ritu* 189. ibi *quòd*
restituatur instrumentum debiti, & ibi
restituendum dictum instrumentum,
item ibi *ad interrogationem instrumen-*
torum, &c. & in *Ritu* 190. ibi *Inprimis,*
quòd vbi aliquis habet aliquod instru-
mentum publicum contrà aliquem, &c.
15 Quod nàmq; lex non dicit, neq; nos
dicere debemus, *l. si seruum, §. non dixit,*
D. de acquir. hæred. l. illam, C. de collat.
Surd. cons. 51. *num.* 7. *& cons.* 143. *nu.* 15.
16 & opponi non posse de eo, quod iure
cautum non reperitur, est *text. in §. opti-*
mum, auth de non elig secundò nub. latè
Beccius cons. 35. *num.* 4. & qui allegat
17 ius, tenetur probare, iuxta illud *Legem*
pone mihi Domine, inquit *Bald. cons.* 340.
in fin. vol. 3. *Crau. cons.* 193. *nu.* 3.
18 Maximè cùm præuentionis materia
pro eo, quod attinet ad impediendas exe-
quutiones, odio prosequi debere videa-
tur, ex dictis *quæst. præced. num.* 161. *&*
168. & cùm à iuris communis regulis
censeri possit exorbitans, ex dictis *quæst.*
3. *num.* 101. videtur debere restringi, non
ampliari, ex dictis per *Cephal. cons.* 98.
19 quòd quicquid non est in exorbitanti
dispositione expressum, censeatur omis-
sum, nec debeat extendi, argum. *l. commo-*
dissimè, D. de lib. & posthum.
20 Vndè regula constituenda videtur in
materia præuentionis, vt ea locum non
habeat in casibus non expressis à Ritu, vt
probant, quæ scribit *Anton. de Amato re-*
solut. 57. *num.* 7. vbi ait, partitas Banci,
quæ ex *Ritu Siciliæ* 144. *Regis Alphonsi,*
de quo apud eum *ibi dict. num.* 1. para-
tam habent exequutionem aduersùs
Bancherios, quod & postmodùm contrà
debitores quoq; vigore partitarum Ban-
ci in Regno illo, extendit insignis ille
Præses *Marcus Antonius Columna* apud
eundem *Amatum loco* nunc allegato *n.* 8.
exequutionem illam non habere respe-
ctu tertij, quòd casus ille omissus fuerit
à Ritu.
Probo item argum. *l. illam, C. de collat.*
21 ex qua colligitur axioma, collationem
locum non habere, nisi in casibus à iure
expressis. quam traditionem *Rimnaldus*
exornat *ibi*, & dicit *num.* 8. quòd ex quo
22 collationis materia exorbitans est à iu-
ris regulis, quicquid non reperitur ex-
presse permissum, vt conferatur, intelli-
gitur esse prohibitum, idem *Riminaldus*
in auth. ex testamento num. 9. *& in l. illud*
num. 6. *C. eod. tit. Surd. dict. cons.* 143. *nu.*
14 & probant, quæ tradit *D. Frecc. lib.* 2.
de subfeud. q. 7 *in addit. nouo,* vbi contra
Boer. decis. 130. tenet hac ratione, solùm
quia in *Constit. Regni* nostri *Quamplu-*
23 *rium* non est expressum de subueniendo
Domina maritante se ipsam, non teneri
vasallos Dominæ se ipsam maritanti præ-
stare adiutorium, & subuentionem, quæ
de iure Regni debentur Baroni maritanti
matrem, filiam, sororem, aut neptem, ex
24 ordinata tamen charitate, in quo ex
l. præses, C. de seruit. & aqua supplenda
est *Const. Quamplurium*, quam locum
habere etiam in Domino habente plures
filias, vt pro omnibus subuentio, & adiu-
torium debeatur, bis decisum per S. C. di-
cit *Frecc. loc.* cit. *q.* 5. item & in fœmina
maritante filiam, vt in *quæst.* 1. illius *addi-*
tionis, pro vtraque parte disserit *Freccia*
sub num. 2. & multis sequentibus, &
nu. 30. quod ego probo, quamuis ipse in
fine contrarium velit, & ex rationibus per
eum adductis *obseruatione* particulari
ad illam *Constitutionem*, vbi probo cum
Frecc. quæst. 2. *eiusdem additionis*, sub-
25 uentionem istam non deberi maritanti
filiam spuriam, etiam si legitimata foret,
vt ipse quoque prosequitur *q.* 3.
26 Et quòd Ritus cùm dicit, instrumen-
tum excludat apocham; videtur primò
probari, vt & suprà tetigimus, quia vtitur
verbo *instrumenti*, & apocha instrumen-
ti appellatione non venit; siuè specialis
instrumenti acceptio consideretur, siuè
communis vsus loquendi attendatur; se-
27 cundùm quem debere intelligi statuta,
rescripta, priuilegia, ac dispositiones om-
nes, scribit *Mascardus de generali Stat. in*
terpret. conclus. 3. *à nu.* 22.
28 De speciali enim acceptione testis lo-
cuples est *Io. Calu. in lexico, verbo in-*

ſtrumenta, quo loci tradit, inſtrumenta
ſpecialitèr pro ſcripturis accipi debere,
quibus legitima ratione fides eſt adhibē-
da, veluti quę per Tabelliones, quos nunc
Notarios dicimus, ſcribi ſolent, aut etiam
ab ijs, qui publici alicuius officij autho-
ritatem habent indubitatam, de quibus
in *auth. de inſtrum. caut.* & quæ *Cic.* li-
teras publicas appellat, hoc eſt, quæ vel
à perſona publica, veluti Scriba Magi-
ſtratus, vel Tabellione ſcripta ſunt, vti
Hotbomanus obſeruat in *commentario de*
verbis iuris, verb. inſtrumenta Iuſtinia-
nus, vt nunc omittam, inſtrumenti nomi-
ne intelligi ſemper oportere monumen-
29 tum ſcripturarum, ad res geſtas perti-
nentium, quarè ſcripturam priuatam nul-
latènus appellatione inſtrumenti venire,
notant *Philippus Corn. in l. 1. C. de iur.*
iur. propter cal. Io. de Imola in clem. 1. de
procur. & alij apud *Magon. decis. Luc.* 16.
num. 4. *& Nicol. Genu.* in infrà cit. *dubit.*
1. *nu.* 12.

Et de communi vſu loquendi notanda
30 eſt doctrina *Bar.* & *Bald.* quorum primus
num. 2. & ſecundus *num.* 5. *in d. l.* 1. *C. de*
iur. iur. propter calum. dicit, non eſſe in
noſtro vſu dicere, ego habeo inſtrumen-
tum, cùm habeam apodixam, eoſq; vna-
nimi conſenſu ſequuntur *Abb. Felin. &*
Dec. in rubr. de fide inſtrum. Tiraquell.
de retract. lignag. §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 30. *Vil-*
lagut de extenſ. leg. in genere, prælud. 24.
num. 17. *Rebuff. in l. notionem.* §. *inſtru-*
mentorum in 3. *notab. D. de verbor. ſignif.*
Carol. de Graſſis de excep. in prælud. n. 80.
Thom. Triuiſ. decis. 40. *num.* 8. *Caroc de-*
cis. 49. *num.* 19. *Magon. d. decis. Lucenſ.*
16. *à num.* 6. *Ancharan. quæſt.* 56. *per totam*
part. 2. *Genua de ſcript. priuat. lib.* 1. *dub.*
1. *ex num.* 18. *& nu.* 30. *cum ſeqq.* & quòd
illud, quod in inſtrumentis obſeruari prę-
cipitur, minimè poſſit protrahi ad ſcriptu-
ras priuatas, ſecundùm communē vſum
loquendi, tradunt concordatis diſſentiē-
tium opinionibus *Crau. de antiqui. temp.*
par. 1. §. 4. *limitatur n.* 87. & alij, quos re-
fert, & ſequitur *Gabriel de Pareja* poſt
hæc ſcripta viſus in cit. *tract. de vniuerſa*
inſtrum. edit. tit. 1. *reſolut.* 3. §. 5. *num.* 90.
vbi ſubdit, ſequi nos debere in his com-
munem vſum loquendi, & non illum, qui
deſumitur ſecundùm propriam ſignifica-
tionem ex alluſione vocabuli, citans ad
id *Burſatum conſ.* 144. *num.* 37. *& Genu.*
d. dubit. 1. *n.* 30.

31 Idq; & ſecundò declaratum ſat, ſuper-
què videtur, vel quia ritus de inſtrumen-
to meminit, & quando lex facit mentio-
nem de inſtrumento, per inſtrumentum
intelligit publicum, vt obſeruat *Rebuffus*
ad Conſtit. Gall. in tract. de liter. obligat.
in præfat. nu. 3. vel quia *ritus* 190. ità ex-
preſſit, ſubijciens verbum, quod reruli-
mus, ibi *In primis, quòd vbi aliquis habet*
aliquod inſtrumentum publicum contrà
32 *aliquem*, publicum etenim inſtrumen-
tum eſt ſolemnis, & ordinata ſcriptura
per authenticę perſonæ manum, publicè,
cauſa memoriæ facta, ità etenim publicū
inſtrumentum definit *Specul. de inſtr.*
edit. §. 1. *in princ.* cuius definitionem poſt
Didac. Perez in l. 5. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin. gloſ.*
verbo cartas, y contratos, & Amator Ro-
der. de execut. cap. 1. *art.* 4. *num.* 3. refert no-
uiſſimè *Gabriel de Pareja tom.* 1. *de in-*
ſtrum. edit. tit. 1. *reſol.* 2. *num.* 8. quàmuis
ipſe, qui Hiſpanus eſt author, definitionē
iſtam improbet *num.* 9. contra peculiare
ius Hiſpanorum, & verba expreſſa *l.* 1. *tit.*
18. *p.* 3. ibi, *e ay otra eſcritura, que llaman*
inſtrumento publico, que es fecho por ma-
no de Eſcriuano publico de Conzejo.

Maximè quia ſi daremus, hanc deſcri-
ptionem inſtrumenti publici pati diffi-
cultatem aliquam, conſtat explicatio Ri-
tus in eo, quod dicit de inſtrumento pu-
blico, vt accipi, ac intelligi non poſſit de
apocha Banci, quia nulli conuenit ex ſe-
33 ptem modis, ex quibus publicū aliquid
dici, docent *Specul. & Sigiſmund. Scacc.*
apud eundem *Parejam loco* cit. *num.* 22.
quòd ſcilicèt per manum publicam, ideſt
per Notarium ſcriptum ſit, item quòd
ſit ſigillo authētico ſignatū. Tertiò, quòd
Iudicis authoritate ſit exemplatū. Quar-
tò, quòd ſcribitur apud acta publica in
iudicio. Quintò, quòd habet ſubſcriptio-
nem partium, & trium teſtium. Sextò,
quòd producitur ex publico archiuio.
Septimò ſcriptura omnis, cui de iure, vel
conſuetudine generali, ſeù ſpeciali credi-
tur; Non primū, quia apocha non publicę
perſonę manu, aut Notarij ſit, & ſi fieret,
ſemper apocæ terminis cōcluderetur, nō
ſecundum, quia nec ſigillo authentico ſi-
gnari ſolet, & cùm apponitur ſignum No-
tarij, ſignatur ad verificandum, quòd cor-
pus, vt dicunt, apocæ, vel ſubſcriptio, per-
ſonæ eſſe probetur, quæ aut ſcripſit, aut
ſubſcripſit apocham, in eaq; interuenit
vti teſtis, quod tamen apocæ naturam, &
eſſentiam non alterat, nec apocha Iudi-
cis authoritate exemplatur, vt conuenire

posse videatur in tertio modo, prout neq;
scribitur apud acta publica in iudicio,
vel producitur ex archiuio publico, vt
quintus, & sextus modus habent.

Et quando demus, in apocha subscri-
ptionem partium, ac trium testiũ, quod
nunquàm vidimus practicatum, nàm nec
qui creditor est, subscribit apochas Ban-
co directas, nisi cùm solutio mandatur
ad complementum, quod Regia Pragma-
tica mandat, nè in posterum dubitari cõ-
tingat de solutione integri debiti, nec
plures requirunt Tribunalia nostra, quàm
binos testes, ad probandum, quòd aliquis
scripserit, aut subscripserit apochã, quod
34 & mirum est, quando *pragmatica*, de qua
nunc agimus in §. 2. numerum trium te-
stium exposcat, ibi *e firmate da trè testi-
monij*, vndè videatur qui cum solis duo-
bus testibus censeat, vim facere Regiæ
huic iussioni, de cuius forma censeri nu-
35 merus hic debet, prout de alijs requisitis
eadem fortassè dispositionis ratione, qua
numerum trium Cæsares voluerunt ad
dispositionem *l. scripturas*, C. *qui potior.
in pign. hab.* ad quã ità tres testes requirũ-
tur, vt duo non sufficere, probet post *Co-
uarr.* & alios, quos allegat *Mart. vot.* 53.
num. 8. tanto magis, quòd quando
contentus extitit Legislator hic no-
ster in apocha Banci, quòd posset aliquo
carere ex requisitis apocæ, de qua in *d. l.
scripturas*, verbis expressis id dixit, de
subscriptione scilicèt quoquè creditoris,
quam & necessariam esse insimul cum
subscriptione debitoris, ad *tex. in d. l. scri-
pturas* dicunt *Bar. & Salyc. in l. admonen-
di, D. de iur. iur.* de quibus *Rip. ibid. n.* 104.
& *Marta*, qui dissidentes aliorum senten-
tias componit *dict. voto* 53. *num.* 3. illis in
pragmatica verbis. *Et aduerso le polise
de Banco, ò d'albarani firmati de mano
del debitore*, nisi dicas, verba relata peten-
36 tium esse, Vrbis nimirùm, Baronum, ac
Regni, quibus detulisse Prorex visus non
est, quando respondit in §. 6. in quo mens
Regia verbis apertioribus declaratur, cũ
se assentire declarauit in *d. §.* 2. ibi *Placet
quòad apochas Banci tantùm*, vt quòad
numerum testium remittere se voluerit
dispositioni necessariæ in legibus scriptæ,
ibi *ouero essendo legitimamente prouate*,
legibus enim non magis numerus terna-
rius requiritur, quàm binarius sufficit ad
legitimè probandum, quia in ore duorũ,
vel trium stat omne verbum, *cap. relatum*
11. *de testam.*

Non indè publicam fieri apocham Bã-
ci, quæ sua natura priuata est, dixerit quis-
quis nouit, ad publicam scripturam re-
quiri vltrà ea, quæ suprà posuimus, quòd
Notarius ad illam rogetur, item quòd
aliæ solemnitates interueniant, & animus
contrahentium, præsertim quia, qui apo-
cham publici vigoris, & vt instrumentum
affectat, cum obligatione bonorum pro-
curat in ea trium testium subscriptionem,
ad effectũ inducendi hypothecam, eiusq;
probationem, ex *tex. in d. l. scripturas* 11.
37 *C. qui potior. in pign. hab.* (probari namq;
testibus hypothecam, est *text. in l.* 1. *D. de
pignor. act.* & in *l. contrahitur. D. de
pignor.* ibi *& ideò, & sine scriptura si con-
uenit, vt hypothecata sit, & probari pote-
rit, res obligata erit, de qua conuenit, l. pa-
ctum, quod bona fide. C. de pact. l. cùm te,
C. de transact.* & not. *Fulgos. cons.* 134. *nu.*
1. *Odd. cons.* 100. *num.* 86. *Petr. Caball.
cons.* 111. *num.* 2. *Surd. decis.* 72. *num.* 4.
Gratian. decis. 94 *num.* 4. *Perez de Lara
de anniuers. & Capellan. lib.* 1. *cap.* 23.
sub n. 19.) & quòd duo testes sufficiãt, tra-
dit *Paul. Castr. cons.* 134. *nu.* 1. *volum.* 2.
& videtur voluisse *Vinc. de Franch. decis.*
95. *num.* 6. & 7. *Surd. d. decis.* 72. *num.* 5.
Lara loco cit. quod tamen viget quòad
prælationem inter concreditores, non
autem, vt quis indè deducat in apocha
publicitatem, quam ritus expressit, & per
instrumentum.
38 Descendit namq; tantummodò ex *tex.
in d. l. scripturas*, vt & id obitèr hìc subne-
ctamus, quòd habens scripturam priua-
tam, trino tamen teste, bonæ opinionis, ac
famæ, probandæ per chirographarium
creditorem, iuxtà sententiam *Præsid. de
Franch. dec.* 644. cum alijs apud *Thor. in
Compend. decis. par.* 1. *verbo creditor chi-
rographarius, Ricc. collect.* 19. & alij, de
quibus apud *Addentes ad Franch. ibi*, &
Mart. d. voto 53. *num.* 6. præferatur credi-
tori, licèt hypothecario, si tamen poste-
riori tempore contraxerit, vti rescripsit
Leo Imperator, legis illius Author, illis in
verbis, *nisi fortè probata, atq; integræ
opinionis trium, vel ampliùs virorum sub-
scriptiones eisdem idiochiris cõtineantur,
tunc enim quasi publicè confecta accipi-
tur*, & notant *Salyc. ibi num.* 2. *Afflict. de-
cis.* 181. *Franch. d. dec.* 644. & priùs *d. decis.*
95. *à num.* 6. *Barz. decis. Bonon.* 21. *num.*
11. *Magon. decis. Florent.* 122. *à num* 9.
Thom. Triuis. decis Ven. 4. *num.* 9. & *dec.*
40. *lib.* 1. *Camillus Borrellus*, qui plures

cumulat in *summa decis tom.2.tit.23.post*
princip.Couarr.pract quæst.12.à num.5.
Alex Trentacinq.var.resol.lib.2. tit.de
fide instrum.resolut. 11.per tot. num.20.
Scacc.de iudic.caus.ciuil.cap.1. ex nu 99.
Rodrig. de concurs.credit. par.2. art.1.à
num.22.Ferez de Lara de anniuers lib.4.
cap.23,num.20. Marta d.voto 53.per tot.
Grattian discept.forens 537.per tot. D.Io-
seph a Vela, qui plures refert *differt.21.*
ex num.7.Ioa.Calu. loc. s prà cit. *colum.*
mihi 1352 num.70.Nicol Genu.de script.
priuat.lib.1.quæst.8.in 3.conclus.d.l.scri-
pturas num.2. Florid.Mauson. qui alios
refert *lib.1.de caus.execut.q.5.per tot.*no-
uissimè *Hodier. ad dec.Surd.72.per tot.*&
hinc factum est vulgatum carmen illud

Cautio priuata cum trino teste notata.
Hoc ius est nacta, quod cautio publicè
facta.

39 Secundò, deregãdum esse beneficium
præuentionis aduersùs apochas Banci,
probari videtur, quia apodissæ istæ conti-
nent pactum de non opponendo, vti te-
statur *Antonin.de Amato variar.resol 57.*
num.25. & pactum de non opponendo
includere pactum de non præueniendo,
notarunt ex Siculis quamplures, quos
coaceruauimus *c.2 q.1.&cap.7.de his,qui*
præuent.in instrum.renun.

40 Tertiò, quia cùm apocæ Banci, tàm ra-
tione commercij, quàm exequutionis
assimilari videantur, & æquiparatę (vt qui-
dam alia voce dicebat semel in M.C.V.)
obligationibus cameralibus respuẽt præ-
uentionis adinuentum, sicut & obligatio-
nes respuunt, quas dicimus in forma Ca-
41 meræ, ex præuentione etenim non im-
pediri exequutionem aduersùs obliga-
tiones illas, tèr fuisse decisum in Rota Ro-
mana retulit *Cardin.Ludouisius*, postmo-
dùm *Gregorius Papa XV.in decis.98.sub*
*num.7.*in recollectis per *Prosperum Fa-*
*rinac.*ex impressione Taurinensi, vti de
42 illo meminit *Camillus Borrellus* vir, qui
tenuit inter ætatis nostræ Iurisconsultos,
pro eo, quod attinet ad Regnum, primũ
locum, propter multa, quæ edidit opera,
& ea quidèm doctissima, omniq; erudi-
tione conspicua, quousq; senio confectus
cognitus est, vocatus ex Oppido Oliueri
patria sua pro Iudice M.C.V. causarum
ciuilium *tom.2.summa decisionum Orbis*
tit.de instr.liquid sub n.92.

Quartò, & hoc maiorem præbet ansã,
videturq; ineuitabile, & inconcussum ar-
gumentum, à nemine ponderatum ad-
huc, quod mirum est, quando vt Seneca
habet *lib.13.de honesta disciplina cap.7.*
43 curiosa veterum sedulitas nihil propè in-
tactum, vel inconsideratum reliquit, quia
scilicèt qui præuenit aduersùs apocham
44 illã propter pręuentionẽ fateri videtur, &
recognoscere, & in hoc maximoperè fi-
gebat pedes, dũ ei per otiũ, & mihi liceret
communicare, quæ nunc exaramus ad-
uersus præuentionem quòad apochas
Banci *D.Io.Laganarius* vir sanè doctissi-
mus, & morum probitate insignis, quod
& luculentæ monstrabunt *Additiones*,
quas conflat *ad Commentar. super prag.*
D.Reg.Roniti.

Nec mutat hęc, ꝙ qui pręuenit aduer-
sùs apocham, alleget, verbi gratia, in ipsa
recognitione satisfactionem, aut solutio-
nem quãtitatis in apocha contentæ, nam
& cùm ità apocha recognoscitur, posse
contrà ità recognoscentem relaxari man-
datum executiuum, &, vt Pragmatici no-
stri dicunt, expediri literas exequutoria-
les realitèr, & personalitèr, non obstante
huiusmodi qualificata confessione, scri-
bit *Mauson.lib.1 de caus exequut.quæst.*
5.n.38 quia confessio qualificata, quam-
45 uis pro vna parte acceptari non possit, &
pro alia respui, vt dicit *Mauson.ibi*, & in
*ampliat.36.princip.num.41.*in hoc dispo-
sitio illa applicari non posse videtur, vt
subdit *Mauson.d.num.38.* ex quo huius
modi confessio est duplicata, vna nimi-
rùm recognitionis apocæ, & altera solu-
tionis diuersis temporibus erogatæ, quo
casu posse confessionem qualificatam ac-
ceptari pro parte, & pro alia reijci, ac re-
spui, docet *Bart.in l.Aurelius,§.idem*
quæsijt,D.de liber. legat. circà fin. vers.
sed diuersa capitula sunt,Bald.in l.vnica,
C. de confess colum.3. idem *Bald. in l.2.*
num.2.vers.ex prædictis, vbi sic distin-
guendo, rem istam absoluit, *C.de donat.*
antè nupt.& notat pro singulari *Petr.de*
Rauenn sing.92.

Quod in casu nostro, præsertim verum
censeri debet, quia præsumptio est contra
præuenientem. & soluisse allegantem, lex
etenim præsumit, solutionem non inter-
uenisse, eo solùm, quòd onus solutionem
probandi in allegantem transfundit, ei
46 namq; incumbere probationem solutio-
nis, qui illam allegat, est *tex.in l.quin-*
quaginta D.de probat & notant *Menoch.*
lib.3.præsumpt.135.in princip. Mascard.
de probat conclus.78.n.18.Surd.dec.105.
n.9 & dec 258.

47 Et quod contento posita diuidi, quan-
do præsumptio extat contra qualitatem
expressam, tradunt citati per *Graß.except.*
14. *nu.*94. esseq; magis communem no-
strorum sententiam, restatur *Alex.consil.*
*2.in fin.lib.4.& cons.39.in fin,lib.*7.quem
refert, & sequitur *Manson.ibi*, qui subdit
in vers. vndè non docto, quòd non docto
48 de solutione ad primam termino impar-
tito, quod ex vrbanitate fieri consueuisse
dicit, relaxatur mādatum exequutiuum,
& quòd sic in praxi obtinuit ipse, & ob-
seruauit.

49 Ex his putabit fortasse quispiam, teme-
rè à Nobis propositam fuisse hęsitationē
ex dictis initio huius questionis respectu
præuenientium aduersùs apochas Banco
directas, at ità non esse, posseq; propterea
præueniri aduersùs apocham Banci, pro-
ut potest aduersùs instrumenta, probatur
authoritate, rationibus, & exemplo.

Authoritate, quia ità censuit *Petr. Re-*
buffus in comment.ad Constit.Gall in
tract.de chyrographis,& cadul. recognit.
*art.2.nu.*50.*Auendan.de exequend man-*
*dat.cap.*16.*num.* 11.*par.*1.*Io.Maria No-*
50 *uarius* olim amicus noster, & qui foret
adhùc, nisi lachesis impia, & fortuna in-
constans ab Vrbe primùm, postmodùm
ab Orbe abire iussissent, nouarum rerum
in iure nostro, eumquè fœlicissimum col-
lectorem, is etenim (qui de his nouissimè
meminit *lib.*2. *quæst forens.*19. *num.*2.
quàmuis corruptè circà numerum in
Rebuffo, & loco vtatur *Auendani* nō satis
aperto) ità se censuisse refert, cùm Prætor
esset in Curia Plagiani, in causa Petri Ia-
cobi Mellusij cum hęredibus quond. An-
tonelli Rispoli.

Idemq; sensisse *Carolum Regentem de*
Tapia, Thorum, atq; Tassonum locis rela-
tis sub *num.2.& seqq.* quinimmò & in
causa illa Sacrum Consilium, & scripta,
& res ipsa demonstrant, si taceam, & ità
censeri in dies, admissis passim præuen-
tionibus, tàm in Magna Curia Viçariæ,
quàm in Sacro Consilio, atq; in omnibus
Regni Tribunalibus aduersùs apochas
Banci, sed verba *D.Tapiæ* subijcienda
sunt, quò faciliùs cognosci veritas, ac iu-
dicari sinceriùs possit, vt aliud agens di-
cebat *Petrus Crinitus de honesta discipli-*
*na lib.*19.*c.*11. cùm rem istam agere est
animo, vt exindè Sophistis adimatur oc-
casio lites fouēdi ex scriptis istorū, & sūt.
Tertiò dubitatur, an hęc pragmatica (ser-
mo est de *pragm.*63. *in §.item se suppli-*
51 *ca, de offic. Proc Cæsar.*) *procedat, quando*
à scribente fuit facta pręuentio, & con-
uentus ille, in cuius beneficium erat apo-
cha scripta ad illam cassandum, exceptio-
ne non numeratæ pecuniæ opposita, vt
hinc videas, principale dubium non fuis-
se circà præueniendi potentiam aduersùs
apocham Bāco directam, sed potius illud
fuisse habitum pro absoluto, difficultatēq;
propterea fuisse circà exceptionem pro-
positam non numeratæ pecuniæ, quam
nos resoluemus *cap*,5. cùm agemus *de*
52 *causis, ex quibus præuentio fiat*, in parti-
culari quæstione de præuentione an fiat
ex exceptione non numeratæ pecuniæ, &
hunc fuisse sensum *D.Tapiæ*, confirmant
verba, quæ subdidit. *Et pro creditore ad-*
ducebatur hæc pragmatica, quæ omnem
exceptionem, (ità enim legendum puto,
non subscriptionem, prout scriptum est
in Codicibus, hùcusq; impressis) *exclu-*
dit, nisi in vinculis, vel facto deposito,
quàmuis etenim modum proponendi
fuisse quoq; deductum in controuersiam
verba insinuent, id tamen respectu exce-
ptionis propositæ accidit, quæ non nisi in
vinculis, vel facto deposito ex pragmati-
ca illa poterat proponi, & constat, nàm si
verba illa ad præueniendi potentiam re-
53 tuleris, accusabis inscitiæ *D.Tapiam* vi-
rum ætate nostra doctissimum, & in sub-
sellijs, ac munere iudicandi consumma-
tissimum insimul, & solertissimum, quod
pręuentionem exceptionis verbo deho-
nestaret, quod omninò deuiat à vero, vt
vidimus *q.*2. *à n.*38.

Maximè quia secundum, quod pro-
ponebatur obiectum de apocha, quòd
æquiparetur obligationibus penès
acta, & instrumentis liquidis, non impe-
diebat, quin posset præueniri, nàm de vl-
timo, quò scilicèt ad instrumenta, vanum
fuisset dubitari, & de obligationibus pe-
54 nès acta, quod præuentionis beneficium
admittant, tradunt, præter stilum in Tri-
bunalibus istis, *Vrsill.ad Afflict.dec* 387.
num.2.& Oraçulum Ciuitatis nostrę, ac
55 alter Mitridates Neapolitanus, is etenim
memoria omnes superauit, & librorum
cognitione, ad quem non clientes tan-
tummodò, sed & Aduocati, atq; Togati
simul pro consilio adibant, & Purpurati
ex vltimis Hispanię oris, *D. Aloysius Ricc.*
patritius Neapolitanus, Episcopus Vici-
ęquensis, amicus mihi olim, & Mœcenas
*in 1.par.prax.resol.*293.*in fin.*
56 Et demùm quia pragmatica illa non

loqui-

loquitur, nisi quando Scribens esset con-
uentus, vt hinc cessare rigores, ac priuile-
gia apocharum crederes, quotiès Scribēs
non conueniebatur, sed præueniens chy-
rographariū vocabat in ius, quo casu cū
pragmatica illa statutum sit, strictè debe-
bat intelligi, in casu scilicèt tantum-
modò, in quo scripta est, quia odiosa, vt
57 dicit *D.Reg ibidem*, referens præuento-
ris argumenta, cui addendum est pro tali,
pragmaticam illam passim iudicari, &
hinc illam officium suum perdere, etiam
respectu girantis, vt dicimus, apocham in
58 casu scilicet, quo chyrographarius credi-
tor summam man et alteri solui, quę ad
sui beneficium scripta erat in apocha, vt
pluries vidi iudicatum per Magnam Cu-
riam Vicariæ, & per Sacrum Consilium,
& me patrocinante fuit iudicatum, re ple-
nissimè discussa in Magna Curia Vicariæ,
ad relationem Io Aloysij Corcioni tunc
Iudicis Magn. Cur. in causa Domini D.
Hieronymi Valcarcel, cuius partes ego
tuebar, cōtra Michaelem Angelum Hyc-
chum, Actuario nunc Vincentio Salerno.
59 Quàmuis negare non possim, me cen-
suisse, semper pragmaticam istam in om-
nibus, quæ continet capitibus, cēsendam
esse fauorabilem, & non odiosam, vti or-
tam ad preces Procerum, atq; Baronum
in comitijs generalibus, quod constat ex
lectura pragmaticę.
Nec obstat, quòd articulus non fuisset
decisus apud *Dom. de Tap.* sufficit etenim
60 re ipsa fuisse præuentionem admissam,
dato termino in causa, quod ex præuen-
tione expetitur, quàmuis plura perscru-
tatus dubium, qua ratione exortum, qua-
què ex causa articulus non fuisset deci-
sus, & in quo consistat pręiudicium, quod
iactatur in articulo, adhùc non capiam,
ex tempore, quo in locum *D.Tapiæ* inci-
di, & miratus sum semper de reseruata
prouisione facienda quòad petita in qua-
cunque parte iudicij, quasi quòd vellet
Sacrū Consil non obstante præuentione
procedi facere ad recognitionem apo-
cæ, eiusq; exequutionem, vt diuinauit
Tassonus mox explodendus, quotiès pē-
dente iudicio de præuentoris iniustitia
constaret contra ritus, & expressam san-
ctionem Ferdinandi Regis Aragonei, de
quibus *cap. seq q* 1. *n.* 56. *&* *à n.* 81.
61 Quarè cauendum erit à *Tassono*, cùm
in cit. *verſ.* 13. *obſeruat.* 1. *præſumpt.* 22.
in fin. censuit in materia apocharum Bā-
ci, quòd si debitor præuenerit super an-
nullatione apocę Banci, est dandus ter-
minus in causa, salua prouisione facienda
per Sacrum Consilium quoad rigorem
Regię pragmaticę, disponentis, quòd nul-
la exceptio admittatur, relato ad id *D.*
Tapia, quasi quòd adamussim id diceret,
quando & doctrinæ obstant, quas posui-
mus quòad *D.Regentem*, & tot errata
contineat, quot continet verba, traditio
Tassoni de materia apocharum, fortassis
quòd illa considerari debeat, vt differens
ab alijs obligationum specicbus, quę pa-
ratam habēt exequutiunē, de prouisione
reseruanda, quod nullo iure cauetur, im-
mò prohibetur expressè pendente iudi-
cio præuentionis, vt deducemus *loco*
nuper relato, ac de exceptione non ad-
mittenda, quasi quòd præuentio sit ex-
ceptio, quod satis apertè erroneum esse
diximus *dict. nu.* 53. & deducemus alibi
latissimè.
Licèt parcendum pntē D.*Tassono*, qui
retulit, quod vidit fuisse seruatum in S.C.
nisi damnetur, quod de suo addiderit, cē-
sens ea formula decernendum, quotiès
pręueniretur aduersùs apochas Banci,
quam tamen neq; seruauit vnquàm ipse,
neq; vidit fuisse ab aliquo decretam, ma-
ximè cùm videre potuisset motam quę-
stionem contra D.*Reg. Carolum de Tap.*
per *Nouar. d q.* 119. *sub n.* 2.
Satagerem benè verum, quis fuerit
præuentoris in causa illa patronus, quā-
uis ex personis litigantibus expressis per
D.*Tap.* qualis ille fuerit facilè possit di-
gnosci, si adfuit, & quidem talis, vt de
ipso vsurpari possit, quod de Aduocato
non incelebri dixisse doctum illum Pre-
torem, monumentum extat penès *Gell.*
lib. 1. *noct. cap.* 12. quo loci adnotat verbi
superesse proprietatem, cùm etenim sic
postularet Aduocatus, vt quam causam
diceret, remq; quę ageretur, non attinge-
ret, tunc Pretor ei, cuia res erat dixit,
Aduocatum eum non habere, cùmq; cō-
clamasset, qui verba faciebat, ego illi, vir
clarissime, supersum, Pretor festiuitèr re-
spondit, Tu planè superes, non ades, vi-
deo etenim argumenta, ac considerata
per D.*Tapiam* satis friuola, ac potiùs
rem, de qua agebatur, non attingere.
62 His ita discussis deuenio ad rationes,
& exempla, quibus mihi suadeo, pręue-
niri posse aduersùs apochas Banci, &
sunt.
Primò, quia nulla lege, ritu, aut statuto
prohibitum est, aduersùs apochas istas

prǽueniri, manereque propterea debet,
quod stare nnn prohibetur, vt reperamus
hoc loco, quod diximus *quæst. præced.*
sub num. 189. quinimmò cum in ritibus,
ac legibus suprà citatis *n.* 14, & referen-
dis *c.* 2. *&* 8. expresse, & generalitèr per-
missum retulimus præueniri, præuenire
quisq; poterit, nec solū aduersus apochas
Bāci, sed, vt videbimus *c.* 2. *q.* 1. *n.* 67. aduer-
sus quálibet, quocūq; priuilegio munitā,
63 quis dicat, obligationē, ꝙ pro regula pu-
to statuēdum, etiā in dubio, eo ex princi-
pio, quod certum est in iure, & apud no-
stros, quod nimirum omnia sūt de gene-
64 re permissorum, nisi expresse reperiātur
prohibita, vt in *cap. inter corporalia, de*
translat. prælat. cum *ibi not.* Vndè permis-
sa esse censenda omnia, quæ non sunt
prohibita, notant *Oldrad. consil.* 218, *in*
princip. Ancharan. consil. 243 *sub num.* 2.
Alexan. consil. 57. *nu.* 2. *lib.* 1. *Bellon. con-*
sil. 53. *num.* 1. & quod in absolutè permis-
65 sorijs, quorum ex genere præuentionem
esse nemo inficias iure ibit, censetur per-
missum, quod non reperitur à iure pro-
hibitum, *cap.* 2. *de transact. Calder. consil.*
52. incip. *an si dati sunt, in princip.* quod
aliàs est *6. de elect.* generaliter namquè
verum est circa prædicta, quod scribit
Petrus Gudelinus in comment. de iure
nouissimo lib. 1. *c.* 5. *sub num.* 12. lex de
connubio adscriptitiæ cum libero non
loquitur, quod idcircò permittendum
66 est, maximè quia iudicium præuentio-
nis bonę fidei censeri debet, & in iudicijs
bonæ fidei omnia censentur permissa,
quæ non apparēt prohibita, vt inquit *Pe-*
trus de Ancharan consil. 48. *num.* 3. apud
67 quem pro contraria regula est, ꝙ quic-
quid non reperitur côncessum, censetur
denegatum *consil.* 207. *num* 3. estq; ad
hæc notabilis traditio *Surd. consil.* 173.
num. 72. *& consil.* 221. *numer.* 5. vbi post
68 multa, quæ adducit, ait, quòd illud, quod
non reperitur prohibitum à lege, non
debet superstitiosis prætensionibus præ-
sumi prohibitū, ꝙ & notat *Crauet. cons.*
353. *in prin.* & ꝓbat Adagiū in iure vulga-
tū ex §. *consideramus, auth. de trien. &*
semiss.

Erubescimus cùm sine lege loquimur.

Secundò, quia, vt ex rationibus ad exē-
69 pla transitum faciamus, si prǽuentio ad-
mittitur, vt dictum est *num.* 54. aduersus
obligationes penès acta, item aduersus
literas cambij, côtractus oullares, & scri-
pturæ tertij, vti deducemus *cap.* 2. *q.* 1. nè
longi nimis hic simus; quinimmò & ad-
uersus instrumenta, eademq; publica, ni-
hil est, quod impediat, quin admitti quo-
què debeat, & quidem à fortiori aduer-
sus apochas Banco directas.

Nemo enim est qui nesciat, quàm ma-
gna differentia sit inter instrumentum,
& apochā, præsertim circa probationum
fidem, & authotitatem, vt alias differen-
tias consultò omissas hic faciam, quādo-
70 quidèm instrumētum appellatur proba-
tio probata *in clement. sępè de verb. sign.*
& in l. cum precibus C. de probation. not.
Postius, qui citat quamplures *Rotæ* deci-
siones *in tract. de manuten. obser.* 21. *n.* 6. &
Nos diximus *quæstion. præced. n.* 155. ꝓ-
batio euidens *in cap. cùm dilecti, extra*
de donat. in cap. cùm inter, extr. de re iud.
& in cap. cùm contingat, de rescript. pro-
batio parata in continenti dicitur *in cap.*
literas de restitut. spoliat. vbi præceteris
Augustin. Barbo. in collect. num. 7. & eui-
uidentissima probatio dicitur instrumē-
tum *in cap. licèt causam, extr. de probat.*
eamq; manifestam dicit *glos. in l. vltim.*
verb. manifestum, C. de rebus cred. & pro-
bat *text. in dict. cap. cùm contingat, de*
rescrip. & in cap. accedens, lo primo, extrà
vt lite non contest. Postius vbi supr. nu. 7.
manifestissimamq; dicit *Franc. Aret. in*
l. si duo, D. de acquir. hær. & probat *tex. in l.*
si plurib. 33. *D. de leg.* 1. liquidā dicit *Alex.*
cons. 137. *lib.* 6. & patentem *Abbas in cap.*
cùm olim per illum *tex. in vlt. not. de cen-*
sib. certamq, dicit *Bart. in l.* 1. *ff de oper.*
nou. nunc. & alij apud *Tiraq. de retract.*
lign. §. 2. *glos.* 1. *nu.* 22. qui & subdit, pro-
bationem ex instrumento indubitatam
esse, & notoriam, instrumentūq; habere
vim diffinitionis, & de eo posse dici, noli
me tangere, & quòd vbi casus est instru-
menti, non videtur dubitandum, sicur
nec de casu legis, cùm antea dixisset *n.* 20,
probationem promptam esse, paratam,
expeditam, præsentem, in numerato, &
realem, quæ ex instrumento haberetur,
quod & *Hippolyt. Riminald.* obseruat
cons. 816. *à num.* 12. *vsq; ad* 21. *lib.* 7. &
Pareja loco nuper citando *numer.* 5. qui
relato *Riminald.* scribit, probationem in-
strumentalem adeò notoriam esse, vt neq;
disceptatione fori indigeat, quin habeat
vim decisionis causæ, & ex eo fun-
detur intentio, & quòd qui habet pro se
instrumentum, dicatur habere casum

legis, *d. gl. in l. ancilla C. de furt. & Thomat. decis.* 29. *n.* 7. qui *n. seq.* ait, quòd quæ
in instrumento contractus continentur,
habentur pro textu, cui magis creditur,
quàm glosæ, vt subdit *Pareya de instr. edit. tit.* 1. *resol.* 2. *sub n.* 4 quod mirum
videri non debet, dùm instrumentum
pro se tres præsumptiones habet, quòd
sit scilicèt verum, quòd sit solemne, &
quòd quæ scripta continet, adhibita sint
de voluntate partium, vt inquit *Pareya ibid. nu.* 8. post *Bal. Becc.* & multos, quos
allegat.

71 Cùm tamen de apocha non solùm hæc
nô dicantur, sed ne dici quidèm possint,
nisi postquàm recognita est, aut legitimè
probata, vt pragmatica ipsa probat, qua
superbit apocha Banco directa illis in
verbis quòad preces Ciuitatis, Baronû,
& Regni in §. 2. *Item se supplica V. E. re-*
72 *sti seruita comandare, che aduerso del-*
l'instromento liquido, ancorche non se
proceda via Ritus, & aduerso le polise di
Banco, ò di albarani firmati di mano del
debitore, riconosciute, e firmate da trè te-
stimonij non si possi allegare per il debito-
re eccettione alcuna, nisi priùs facto depo-
sito, ò vero constituto il debitore in carce-
re, conforme à quello che si osserua, quan-
do vi è obliganza penès acta, ò si procede
alla liquidatione dell'instromento serua-
ta forma Ritus, perche di questo modo si
toglieranno molte liti, che per dilationi
delli debitori hoggi sono immortali, &
quòad prouisionem, quæ est in §. 6. v 3.
Item volemo, & comandamo, che quelli,
li quali saranno conuenuti in vigore di
polise dirette al Banco, fatta la recognitio
ne di esse, ouero essendo legitimamente
prouate, non siano intesi, eccetto fatto il
deposito in publico Banco, ouero consti-
tuto il debitore in carcere, si come fusse in-
stromento liquidato via Ritus della gran
Corte della Vicaria, ouero se fusse obli-
ganza penès acta di quella stipulata.

Quibus ex verbis duo elijciuntur ad
73 rem nostram, quæ pro parte considera-
uimus suprà, nimirum & primò petentiû,
& concedentis ex mente, & verbis fuisse
æquiparare apochas istas instrumentis, &
obligationibus penès acta, qua ex æqui-
paratione præuentio non solùm prohi-
beri non debet, sed admitti, prout ad-
mittitur aduersus instrumenta, & obliga-
tiones penès acta, ad tradita per *Soc. cõs.*
240. *circa præsentem in princ. lib.* 2. in sta-
74 tuto Florentiæ inducente, quòd scriptu-
ra alicuius in libro tertij habeat exequu-
tionem paratam, tanquàm si esset publi-
cum instrumentum.

75 Et vltrà regulas generales, quòd. s.
æquiparatorum idem sit iudicium, de
quo plura *Tusc. lit. E. concl.* 308. stringit
in re præsenti, quòd præuentio quoq; fiat
ex *Ritu* 190. etiam aduersus instrumen-
76 tum depositi, ibi *instrumentum publicũ*
contra aliquem mutui, depositi, &c. ne
quis putet, priuilegio aliquo donandam
apocham Bãci, quia æquiparatio facta, &
petita fuerit ad tollendas lites, atq; dila-
tiones, propter verba illa in petitione,
perche di questo modo si toglieranno mol-
te liti, che per dilationi delli debitori hog-
gi sono immortali, hæc. n. non efficient, vt
maiori priuilegio superbire posse videa-
tur apocha, quàm instrumẽtum depositi,
si depositi causam non alitèr iuris anti-
qui, & hodierni Interpretes agũt, quàm
77 rei sacræ, qua ratione si depositarius re
deposita vtatur, furti reus efficitur, si ta-
men pecunia non numerata sit, sed in
sacculo obsignata, *Peguera in suis quæst. crim. cap.* 38. vide *l.* 34. *D. locati, Capellam Tholos. decis.* 168. quia si numerata pecu-
nia deposita proponatur, non tenebitur
depositarius, nisi ad interesse post morã,
Rota Ianuens. decis. 34. & vidimus, ac le-
gimus decisum centiès in defectionibus
Bancorũ huius fidelissimæ Ciuitatis, pro
pecunijs etenim, quæ in Bancis deposi-
tæ suetant (quod scriptum semper præ-
sumi à Bancherio in libro Banci, ex cau-
sa. s. depositi, nisi aliàs de alia causa appa-
reat, dicit post multos, quos refert, & se-
quitur *Anton. de Amato resol.* 57. *nu.* 3.)
solùm reddita est quantitas in Banco de-
posita, & quod magis est cum retentione
tertij ad beneficium Banci, si æroſę pecu-
niæ dicerentur depositæ, suntq; alia de-
78 positi priuilegia, quibus indignam vidi-
mus apocham, vt. s. compẽsationem reij-
ciat, *Rota Ianuens. d. decis.* 34. nec admit-
tat dilationem quinquennalem, *Boer. decis.* 151. *Vinc. de Franch. decis.* 151. qui
declarat, hoc procedere, etiam quòd de-
positum sit in pecunia numerata, quæ nô
haberetur loco speciei, ex dictis per *Salyc. in l. si quis, vel pecunias C. de pos. in* 2. *col. vers. item nota ex eo*, & tamen aduer-
79 sus apocham Banco directam cõcedi di-
lationem quindenariam, probat ex praxi
Regni Siciliæ *Anton. de Amato resol.* 57.
n. 14. quãuis ex pragmatica negatum scri-
psisset *nu.* 10. & *seqq.* quæ, vt mox subij-

ciemus,nõ habet paratam exequutioné,
prout depositum habet,antequam reco-
gnoscatur, *Beer.decis.295.nu.7. & cons.*
25.Borgn.Caualc.decis.27.nu 91. par.2.
80 respuitq; depositum,nõ autem apocha,
vt dicemus loco alias relato, exceptioné
non numeratæ pecuniæ, *Rolan.cons.17.*
vol.1.n.7. & probat *tex.in l.in contracti-*
bus §.1 *C.de non numer pec.* neq; patitur
exceptionem familiæ erciscundæ, si de-
functo fuerit factum,& heredes velint di-
nid. re,*l 45.vbi glo.D.famil.ercisc.* suũq;
instrumentum allegare non potest simu-
latum,maxime si iuratum sit,*Rolan.cons.*
47.vol 4. Comitibus quoque priuilegia
communicat, vt si oblatio fiat cum de-
positione.tunc.n,ob ationem duodecim
parere effectus,notat *Guido Papa*, qui
eos recenset *decis.570.* nec sequestro su-
bijcitur,*Roland.cons.4. nu.5.lib.4.* & res
81 deposita si reperiatur aperta,statur dicto
deponentis cum iuramento de rebus,
quæ ibi erant,*Abb.cons.100.lib.2.* & facit
82 *tex.in l.10. de rebus cred.* eiusquè causa,
quarè tanta deposito tribuantur apud
Menoch.lib.2.de arbitr.casu 208.nosquè
omittimus, quia alibi dicimus, contenti
dictis solummodò, vt videat,qui Iudex
est, quo pacto denegetur aduersus apo-
chas Bãci præuentio,quæ admittitur ad-
uersus depositi publicum instrumẽtum.
83 Secũdum,quod elijcio ex verbis prag-
maticæ,est, quòd cùm de præuentione
agimus,sumus extra casum pragmaticæ,
quæ,vt diximus cum *Carolo Regente de*
Tapia n.56. loquitur in casu,quo debitor
conuentus est ex apocha,& nos cùm da-
mus præuentionem, consideramus, aut
agi antè tempus solutioni præfixum,
(præfigi etenim tempus solet in ijs apo-
cis,quę fiunt pro vero mutuo, aliouè de-
bito persoluendo) aut antequam quis
conueniatur, ita .n. propriè præuenie-
tur, & hoc in casu nemo est, qui non
nouit,passim debitores admitti, vt petãt
apochas exhiberi,& aduersus illas oppo-
nant, quæ velint, ità quòd dùm pendet
oppositio aduersus apochã, illius impe-
ditur recognitio, & exequutio, vt hinc
obseruandum sit,quæstionem illam non
aliud respicere in negante præuẽtionem,
quàm, vt necessaria ad præuentionem
84 exigantur,quorũ numero fideiussio est,
quam tamẽ me patrocinante semel præ-
stari mãdauit M.C.V. referente *Domino*
Capiblanco ex generalitate *pragm. Ma-*
litijs,de preuent moder. quæ in omni prę-
uentionum casu loquitur *illis in verbis*,
vt nullus,&c. quicquid diceretur contra
pragmaticam, quòd .s. ea odiosa censeri
deberet, & non extendi præter præuen-
tiones aduersus instrumenta, de quibus
cùm ederetur pragmatica,loqui poterat.
85 Quòd autem apocha Banci nõ loqua-
tur, aut disponat priusquam quis illius
vigore cõueniatur, aut apocha recogno-
scatur, vel verificetur,verba pragmaticæ
probant expresè ibi,*volemo, & coman-*
damo, che quelli,li quali saranno conue-
nuti in vigore di polise dirette al Banco,
fatta la recognitione di esse, ouero essendo
legitimamente prouate, non siano intesi,
&c.
86 Et in hoc aduerto,pragmaticam non
aliud effecisse,quàm quòd iudicium apo-
carum Banco directarum ex ordinario
efficeretur summarium,propter fidem,
qua quis negotia gerit, credens non de-
cipi, sed re vera scribentem pecuniam in
Banco habere, vel ac si re vera illam ha-
beret in Banco, aliàs non contracturus,
vt considerat, & benè *Amatus resol.* 57.
sub n.23. nec alio opus esse, nisi,vt is,cu-
ius in beneficium scribitur apocha, Ban-
cum, & publicos Campsores adi ens,pe-
cuniam(vt loquitur *Amatus loco cit.sub*
n.15. pro alijs toridem à creditore rece-
ptis de contanti) recipiat, receptamq;
negare non possit, quòd soluta non sit,
in his etenim cessare exceptionem non
numeratæ pecuniæ, tradit *Nouar. d.*
quæst.19. quod verum an sit, & quando,
87 Nos latiùs explicabimus *c.5.* in reliquis
etenim,quia etiam non data pragmatica
ista,apocha,& quęlibet alia scriptura pri-
uata, si fuerit acceptata, siue recognita,
probat, & exequutionem paratã habet,
vt *Domini de Rota* censuerunt in *decis di-*
uers decis.318.n.8.par.4 Surd.decis.265.
nu.27. Marescott.var resol.lib.2.cap.79.
n.2. idq; epistolæ quoq; communicandũ
duxerunt *Cornazz.decis.Luc.93. num.1.*
Vin.decis.467.Genua de script.priu. lib.3.
tit.de epist.à n.38. idq; esse etiam de iure
communi, notat post *Cassan. & Afflict.*
quos citat *Auend.de exequend. mandat.*
par.2.c.30.sub n. 14.vers.cessante, nullam
inuenio traditam à pragmatica præro-
88 gatiuam apocæ, quæ probata legitimè
sit,ad sensum pragmaticæ,& recognita,
quod idem dicit, & inuoluit, recognitio
namq; dicit probationem, sed quæ absq;
termino aliquo eruitur ex confessione
debitoris,qui dicit,illam scripsisse,aut ex

depositione testium in apocha descriptorum, qui summarissime examinati, debitorem scribentem vidisse testantur apocham, de qua agitur, prout requirit post
alios *Tusc. lit. R. concl.* 50 *nu.* 2. *&* 3. *cum seq.* citato tamen debitore, cui iniũgitur,
quòd recognoscat apocham, cum ex cõfessione exequutio desideratur, vel ad videndũm iuramenta testium, qui, vt omninò lites tollantur, & dilationes, nec citantur, sed mandatur per iudicem, quod
habeantur pro citatis, nec pro illis examinandis sit electio, nisi eodem in decreto eius, qui depositiones testium recipere habeat, ita quòd vnico decreto solum
omnia illa expediantur, ex quibus iudi-
89 cium confiari solet, ac debet, & cum his
facta facultate, vt dicimus, & ad dicẽdum
mandatur exequutio in bonis, & in personam; negatur namq; dilatio, ac terminus omnis (qua differre s. recognitionem
velit, aut possit) debitori, qui recognoscere iubetur cum iuramento, vt multis firmat *Franciscus Marcus decis.* 904. *lib.* 2.
nec à decreto, quòd recognoscat appel-
90 lare permittitur quòad effectum suspensiuum, quia in hoc non dicitur grauari, vt
post *Bal. Rebuff. Marantam, & Rotam Lucens.* scribit *Mauson. lib.* 1. *de caus. exequut. n.* 43. qui *n.* 44. dicit, quòd debi-
91 tori citato ad recognoscẽdam apocham
non competit fori declinatoria, sed quòd
hæc recognitio fieri debet in foro actoris, non obstante huiusmodi exceptione,
ex multis, quos citat, etiam de praxi testantes, quod verissimum est, nam vidimus, remitti solùm cùm recognouissent,
tàm subditi Baronum, quàm priuilegio
Curialium muniti, extatq; huius rei celebre Senatus Cõsultum die 28. Septembris latum anno 1616. congregatis omnibus Classibus, seù, vt dicimus, Aulis
S.C. quod reposuit ad *pragm. istam* 63.
in §. 6. *nu.* 51. *de offic. Procur. Cæsar.* iuris
92 ciuilis consultissimus ille, eximiusquè, ac
maximus veritatis indagator, decus togæ, & gloria iuris, de praxi, atq; theorica
simul, quod vix in alio reperitur, optimè
meritus Dominus *Scipio Rouitus* dignissimus ex patria mea Regens Regiam
Cancellariam, & supremus à latere Consiliarius, virtutum omnium genere ornatissimus, qui meliori fato, quàm *Varro Terentius* togatorum sui temporis omnium doctissimus habitus est, & vir optimus ab Vrbe, & Orbe toto, non ab vniuerso Senatu solùm, vt olim *Publius Scipio* Romę est appellatus, cuius scriptis ad *Critholai* libram expensis, adq; *Cleantis* lucernam euigilatis publicè fides habita videri potest, quandoquidèm (quod alijs negatum est dùm viuerent) *commentaria*, quæ doctissima, prout cetera omnia scripsit super *Pragmaticis Regni*, publicè habebantur in Tribunalibus, & in Aula eadem, in qua ipse cum Consenatoribus residebat, legentibus his publicè commentaria illa, vt doctiores fierent ad causas quas Aduocati disertissimi dicebant, decidendas.

93 Nec obstant, vt tandèm concludamus,
quæ diximus in contrarium pro negantibus communicare præuentionis adinuentum aduersus apocham Banci.

Primum namq; de Ritu, quòd loquatur de instrumento, eoq; publico diluitur primò, si consideres, non sic de facili
posse quenquam asserere, apocham non
94 comprehendi appellatione instrumen-
torum in Ritu, quando instrumentorum
appellatione, quæ comprehendantur intelligere, per quàm difficile esse censuerit
I.C. in l. notionem 99. §. *instrumentorum, D. de verb. signific.*

95 Diluitur secundò, nam non desunt, & quidèm viri grauissimi, qui attenta etiam proprietate verborum, appellatione instrumentorum scripturam priuatam cõtineri scripserint, quorum numero sunt *Bal. in l.* 2. *n.* 6. *C. de iureiur. Tiraq. de retract. lignag.* §. 2. *gl.* 1. *n.* 26. *Alber. Gentil. in d.* §. *instrumentorum*, qui & testes appellatione instrumẽtorum venire voluit, quod & multi contendunt, sentiuntq; cũ *Bal.* & alijs citatis *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 41. *n.* 8. *Io. Baptista Asinius in tract. de exequut. c.* 23. *à n.* 2. *Tusc. lit. I. concl.* 233. *Genua de script. priu. lib.* 1 *q.* 4. *dubit.* 1. *à n.* 1. *Matth. Coler. de process. exequut. par.* 3. *c.* 1. *à n.* 63. quos cum alijs citat *Pareya* in sepiùs cit. *tract. de instr. edit. tit.* 1. *resol.* 2. *n.* 16. vbi & ad hoc probandum leges dicit expressas.

96 Diluitur tertiò ex ethymologia vocabuli, ex qua efficax sumi argumentum probauimus hoc *cap. quæst.* 2. nam si dicitur instrumentum, eo, quòd mentem instruat, & quæ gesta sunt inter contrahentes contineat, vt innuit *text. in l.* 1. *D. de fide instr.* notatq; *Iacobus Cuiac. in paratitl. ad tit. D. & C. de fide instr. Donell. lib.* 25. *comment. c.* 7. *Gentil. loco* cit. *in princ.* pessimè agetur cum Ritu, si apochã ab instrumenti appellatione separemus.

97 Præſertim, quia verſamur in exercen-
dis litibus, in quibus, & in omni negotio
ad inſtructionem cauſarum ſpectante,
aut in memoria alicuius facti conſeruan-
da, inſtrumenti appellatione omnis carta
ſignificatur, quæ geſta contineat inter
partes, vti ſcriptum reliquit Bart. in l. ſi
quis legatum n.2. verſ. aduerto, D. ad leg.
Corn. de falſ Abb. Panorm. conſ. 64. nu. 7.
lib. 1. Alex. conſ. 122. nu. 3. lib. 2. qui dicit,
appellari inſtrumentum etiam notam il-
lam, quæ continet id, quod factum eſt à
partibus, & Auguſt. Barboſa de appellat.
verborum, appell. 119. n. 5. & Io. Calu. qui
in ver. inſtrumenta ſcribit, quòd inſtru-
menta in re iudiciaria ea omnia accipiũ-
tur, quæ ad inſtruendam cauſam perti-
nent, & ideò tam teſtimonia, quàm per-
ſonas inſtrumentorum loco haberi ex
d. l. 1. de fide inſtrum. quod & Barnabas
Briſſonius putat lib. 9. de verb. ſignif. in
ver. inſtrumentorum nomine f. mihi 304.
98 Quartò, quia iura ipſa chirographum
vocant inſtrumentum, vt conſtat ex l. cō-
parationes, C. de fide inſtr. ibi ex Chiro-
graphis fieri, & alijs inſtrumentis, & in l.
17. C. ſi cert. pet. ibi ſuper Chirographarijs
inſtrumentis.
Quintò, quia quando in dubia appel-
latione inſtrumēti ſi venit inſtrumentum
priuatum, nec ne dubium eſſe poſſet, ta-
men data pro vera ſententia, quam exa-
minabimus à n. 105. quòd ex præuentio-
ne præuētor apocham recognoſcat, id ſal-
tem efficiet, vt appellatione inſtrumenti
comprehēdatur apocha, quãtumuis pri-
uata, aduerſus quam præuentio intenda-
tur, ex dictis per Auend. de exeq. mand.
par. 2. c. 30. in fine, vbi dicit, quòd ita ipſe
intelligit c. vltimum in Curijs Madrid.
Et hoc ego cenſeo amplectendum
quoq; quia de apocis Banci non potuit
mentio fieri in Ritibus, qui multis annis
ſcripti fuerant, antequàm apocæ Banci
99 rigore hoc donarentur, quod in Regno
fuit in anno 1588. vt conſtat ex tenore
petitionis, ac prouiſione facta in cit. prag.
63. in §. 2 & 6. & in Regno alterius Sici-
liæ multò temporis poſt; in anno ſ. 1618.
vt videre eſt apud Amatum d. reſolut. 57.
nu 9 & 11. & de apocis in genere memi-
niſſe non oportebat quòad præuentio-
100 nem, quæ introducta eſt ad temperādos
rigores paratæ exequutionis, quibus ſola
inſtrumenta ex ſtatutis particularibus ſu-
perbiunt, cùm in cauſis ordinarijs po-
tuiſſent litigantes in termino, qui ſem-
per ijs eſt communis, quæ neceſſaria, &
incumbentia cenſerentur, ad actionem,
petitionemq; elidendam afferre, ad text.
in l. ſiquidem, C. de except.
Maximè, quia præuentio introducta
101 eſt, & ſubſtineri debet ad Rēpublicam
quietè conſeruandam, vt diximus quæ-
ſtione præced. & hoc caſu lex, etiam ſi pę-
nalis ſit, debet latè interpretari, vt Bart.
cēſuit in l. quemadmodùm n. 4. C. de agric.
& cenſ. lib. 11. Dec. conſ. 10. poſt n. 2. conſ.
65. n. 3. & alibi apud Carol. Reg. de Tapia
ad ius Regni lib. 4. in Conſt. Sancimus, de
iur. protbom. n. 111.
102 Primo igitur contrario exploſo tran-
ſeamus ad alia, ſed & ſecundum non ob-
ſtat, quia moribus noſtris id abeſt, & om-
nium ferè Prouinciarum, ac Regnorum
inſtitutis, quòad quæ, & quòad nos nihil
refert de moribus Siculorum, quorum
reſpectu, gratis quoq; loqui mihi videtur
Amatus, cùm nihil ad id alleget, niſi ta-
men apud Siculos ità notum illud ſit, vt
allegatione nec indigeat, & tu, (prout
ego) interim credendum putes Domino
Antonino, tanquàm teſtanti de conſue-
103 tudine Regni, in quo viuit, ad tradita
per Parid. de Puteo poſt antiquiores in
tract. de ſindic. in verbo Doctor, cap. 2. in-
cip. an Doctor, Ant. Gabriel. in ſuis comm.
concluſ. tit. de conſuet. concl. 4. nu. 3. Ma-
ſcard. de probat. concl. 528 nu. 6 Farinac.
in tract. crim par. 1. q. 14. n. 32. D. Thom.
de Carleual, qui alios refert de iudic. tit.
1. diſp. 2. n. 62. antè fin. & quia, vti diſertiſ-
ſimus cauſarum patronus, hæc præ ma-
nibus habere poteſt, quem & morum
Regni illius callere credi par eſt, ſi ex al-
legationibus Doctorum, curioſè nimis
omnia perquiſiuiſſe, argumento ſunt do-
ctiſſimæ, quas edidit, Orbiquè toto acce-
ptiſſimæ reſolutiones.
104 Eademq; facilitate, qua ſecundum ca-
dit, & tertium obiectum, nullo etenim
iuris loco, aut authoritate Doctoris pro-
batur æquiparatio, quam dicat ille Ad-
uocatus volebat de apocha Bāci, & obli-
gatione Camerali, cuius reſpectu, an pro-
cedant, quæ Cardinalis Ludouiſius retu-
lit, & ex eo Borrellus, videbimus cap. ſeq.
105 Sed & cum his nequè quartum obſtat
de præiudicio confeſſionis, ſeù accepta-
tionis, quod paratur ex recognitione,
quàm inuoluere videtur præuentio. Pri-
mò, quia præuentionis iudicium omni-
nò ciuile eſt, vt dicemus infra c. 9 in iudi-
cio præuētionis qualitèr procedatur, pro-

vt eſt etiam iudicium recognitionis apo-
chatum Banco directarum.

Vndè cadit illud in primis, qnod de
non ſcindēda confeſſione opponit *Mau-*
106 *ſonius*, nam ſcindi in ciuilibus cōfeſſio-
nem notat per infra ibi citata *Anton. Fa-
ber defin. vnica C. de confeſſ. Verallus de-
ciſ.* 186. *n.* 2. *ver. & in ciuilibus*, vbi dicit,
ſic in ciuilibus ſeruari in Rota Roma-
na, cuius obſeruantiæ eſt quoquè teſtis
locupletiſſimus *Stephanus Gratian. di-
ſcept. forenſ.* 339. *nu.* 1. vbi alios cumulat,
idem *Mauſon.* cit. *tract. de cauſ. exequut.
lib.* 1. *ampl.* 36. *ſub nu.* 24. & notaur *Bar. &
Bald.* apud *Tiber. Decianum tract. crim.
lib.* 3. *c.* 19. *num.* 14.

107 Item quia pragmatica dat exequutio-
nem apocæ recognitæ, aut legitimè pro-
batæ contra ſcribentem, vt dictum eſt ſu-
pra ſępiùs, & hinc pragmatica, vel debet
intelligi, cùm ſimpliciter, non autē quādo
aliqua cū qualitate apocha recognita eſt,
ex regula, ꝙ ſtatutum in caſu ſimplici nō
habet locū in caſu mixto apud *Maſtrill.
dec.* 270. *nu.* 35. vel debet intelligi, vt pro-
cedat, quādo apocha eſt liquida, ſtatutū
namq; ſi mandet, ſcripturam priuatam
habere exequutionem contra ſcribentē,
quod fieri poſſe, & verificari in Italia, ſcri-
bit præ cæteris *Auendanus d. part.* 2. *c.* 30.
108 *circa ſi.* procedit, quando apocha eſt li-
quida, vt ſcribit *Tuſcus lit. S. concluſ.* 531.
nu. 8. & ideò non procedere, quando de-
bitum non eſt liquidum, ait *Cumanus
conſ.* 137. *numer.* 3. *verſ. nunquàm enim*,
quem refert, & ſequitur idem *Tuſc. ibid.
n.* 10. at cùm dicimus, præuentum aduer-
109 ſus apocham, illam non eſſe liquidam,
probant, quę de inſtrumento, cōtra quod
eſt præuētum, ponemus *cap. ſeq. quæſt.* 1.

110 Vndè deſcendit, perperàm cenſuiſſe
Mauſon. vel quiſquis obſeruauerit, expe-
dire literas exequutoriales, & mandatum
exequutiuum, vt ipſe dicit *loco* relato
n. 48. contra eum, qui non docuiſſet, quod
allegabat circa qualitatem, nihilo etenim
petito per conuentum in iudicio præuē-
tionis, non poteſt ſequi ſentētia condem-
natoria contra præuentorem, ſed benè
præuētus abſolui debet ab impetitis per
actorem, etiam quia hoc expectat tantū-
modò, qui conuentus contrarium non
petit eius, quod opponitur, condemnari
nimirum illum, qui præuenit ad quanti-
tatem in inſtrumento, aut apocha cōten-
tam, non obſtante iudicio præuentionis,
vti dicebam in facti contingentia, quam-
uis præuentio facta fuiſſet per quendam,
quem iuſtis de cauſis innominatum vo-
lo, ex cauſa, quòd ſoluiſſet, applicando
111 terminos rei excipientis de ſolutione,
quòd non fateatur debitum ex verbo,
quod ponit *Bocr. deciſ.* 339. antè deciſio-
nis finem, ibi, *ſicut de opponente exceptio-
nem, ex reg. exceptionē, de reg. iur. in* 6. *&
Decian lib.* 3. *crim. c.* 19. *n.* 14. & multi ſen-
tiebant aliàs mecum in quodam Colle-
gio ità cenſendum, quamuis alij dicerēt,
qnòd ſolutio inducat neceſſariò, qnòd
debitum præcedat, quia dicebam, non
indè oriri poſſe confeſſionem, aduerſante
intentione excipientis, & ex regula, quòd
actus agentium non debet operari præ-
ter voluntatem agentis, ad iura vulg. &
illa in cauſa allegaui *conſ. Crauett.* 772. *à
nu.* 5. vbi latè, & *Io. de Amicis conſ.* 99. qui
de communi teſtatur, prout & teſtatur
etiam *Iaſ. in l. Iulianus, nu.* 13. *D de cond.
indeb.* & nunc addo, quia ex quo poteſt
ſolui etiam indebitum, ſi ſolutio nō pro-
bat debitum, præuentio ex cauſa ſolutio-
nis non inducet confeſſionem debiti, &
talem, vt indè poſſit quis condemnari ad
quantitatem, quam quis allegauit ſoluiſ-
ſe, ſi non probauit, quod allegauit, & hoc
probat mihi *Bar. in d. l. Iulianus*, qui di-
cit, hanc eſſe communem, *Ang. in princ.
Inſt. de exceptionibus*, vbi ſimilitèr teſta-
tur de communi Canoniſtarum, & Legi-
ſtarum, & *Alex.* qui plenè, & dicit qnoq;
communem in *conſ.* 183. *in fine à nu.* 18.
vbi multos allegat, ſubdens, quòd opinio
Dyni, qui voluit contrarium, quòd .ſ. di-
eatur talis fateri in *c. nullus pluribus, de
reg. iur. in* 6. communitèr reprobatur,
opponens .n. exceptionem ſolutionis nō
dicitur fateri debitum, vt poſt *gl.* & alios
tradit *Camill. Borrellus in summ. deciſ.
tomo* 3. *c.* 14. *de ſolut. n.* 68.

112 Et ex his ſemper conſului, quòd factis
præuentionibus creditor petat, quod in-
tendit contrà præuentorem, vt iudicia
non multiplicet, poſſitq; oriri decretum,
aut ſententia, qua ſuum conſequi poſſit,
detecto, præuentionem non militare, &
tu nota, quia ſœpè vidi reſponſum qui-
buſdam volentibus, quòd Iudices proui-
derent, *procedatur ad interrogationem*,
tu non petijſti, & aliàs, vbi petitio de hoc,
quod alibi examino latiùs, conſiderando
varios caſus, ac modos, quibus iudicia
præuentionum inſtituantur, vt indè poſ-
ſit locus eſſe, vel ſecus poſitis per *Mau-
ſonium* cùm *gl. in l. ſi quidē, C. de except.*

& alijs, de quibus *Boer. decis.* 243. *& d.*
decis. 339. ac *Surd. decis.* 258. *à n.* 4. *Suar.*
recept. sent. ver. confessio, nu. 243. omitto
etenim hic, ne in tractatum excrescat
quæstio hæc, quam ideò examino, velu-
ti per summas, &, vt dicitur, per capita.
Nec dicat quispiam, duplicem ex præ-
uentione aduersus apocham oriri confes-
sionem, recognitionem .s. apocæ, & solu-
tionis, confessioni etenim in genere re-
pugnant, quæ ex solida praxi retulimus,
nam si confessio debiti indè oriretur, ori-
ri quoquè condemnatio posset simul, &
deberet, cùm, vt probat, & benè *Iacobus*
Cuiac. relatis ad hæc legibus ad *lib.* 5.
sentent. Iulij Pauli, tit. 5. *de effectu sen-*
113 *tentiarum*, confessi debitores pro iudi-
catis habentur, ex *l. vlt. D. de confess.* &
eorum, qui debita confessi sunt, pignora
capi, & distrahi possunt, vt iudicati enim,
ita & in iudicio confessi bona capi, ac di-
strahi solent, *l. debitoribus D. de re iudic.*
l. vlt. C. de except. rei iudic.
114 Et quando admitteremus duplicem
hunc iuris effectum, nec diuisio illa ob-
tinet, quam credidit, etsi post multos
Mauson. quandoquidèm pactum de non
petendo, & solutio, quæ in præuen-
115 tione allegatur, potiùs est de depen-
dentijs, quàm vt contraria, aut diuersa
quis fateatur, cùm solutionem allegat, ex
positis per *Boer. d. decis.* 243. *sub n.* 5. post
Signor. de Homod. & Fulgos. in cõs. quod
dicit imprimi curauisse *ad finem libri Cõ-*
suetud. Biturigum cum aliquibus eius
additionibus, Ego legi *consilium* hoc in-
ter *cons. Boer.* 7. in ordine, cùm diù per-
quisiuissem *Boerij* ad Consuetudines Bi-
turigenses commentaria, quæ haberent
consilium istud, & frustrà, quod magnum
cẽseri debet in Ciuitate ista Neap. in qua
& optima musœa sũt, eaq; opima, aut p-
pria sint, aut venalia, & Bibliopolæ ditissi-
116 mi, quorum primo loco est *Io. Domini-*
cus Bone multis nominibus mihi charus,
de doctis omnibus, ac de populo suo
Neapolitano optimè meritus, cuius & in-
figniora munera gessit, & gestutum, quæ
in populum prima sunt sperari potest,
tanta, totq; sunt, quæ meruit ex vitæ in-
tegritate, suauitate morum, ac literarum
non mediocri cognitione, vtpotè qui iu-
ri nostro vacauit per aliquot annos, &
studium auxit assidua librorum corre-
ctione, in qua præsertim, & linguæ latinæ
eruditione insignis omninò est.
117 Estquè omninò falsum iactatum de
præsumptione iuris contra allegantem
solutionem, & ex ea præuenientem, vt in-
dè diuisio oriri possit, & condemnatio,
quam *Mauson.* & pauci ab eo relati po-
suere, somnia sibi fingentes, ni fallor.
118 Præsumptio enim iuris contra aliquẽ,
quáuis & in ciuilibus, an adsit, spectari de-
beat, vt tũc acceptari possit factum, qua-
litate reiecta, ex *c. cùm venissent, de instit.*
notat *Alex. cons.* 99. *n.* 2. *vol.* 7. *DD. in c.* 1.
de confess. lib. 6. *Crau cons.* 150. *nu.* 5. *Pur-*
pur. cons. 242. *nu.* 6. *Bursatus cons.* 53. *nu.*
19. *Matthes. notab.* 37. *num.* 8. *Andr. Gayl*
lib. 2. *obseru.* 106. *n.* 7. *Rota decis.* 802. *n.* 2.
in 1. *par. in nouissimis.*
Non gratis, & de facili, quod adsit, asse-
ri debet, prout agit *Mauson.* hic, sed cùm
qualitati ius aliquod aliqua ex ratione
resistit, explicant Doctores hoc, cùm in
qualitate adest delictum, quod in quæ-
stionibus criminalibus considerat *Fari-*
nac. in pract. crim. de reo confesso, quæst.
81. *c.* 4. *n.* 112. post *Bar. in d. § idem quæ-*
sijt, de eo, qui dixit, occidisse, sed ad suam
defensionem.
119 Et tamen hoc quoquè in casu aliquod
est, quod deferat confessio cum qualita-
te, cui & repugnet præsumptio iuris, nam
& confessionem illam non sufficere ad
pęnam ordinariam infligẽdam, debereq;
qui talitèr confitetur extrà ordinem pu-
niri, pena nimirum extraordinaria, voluit
Bar. loco cit. cuius doctrinam dicit mira-
bilem *Abb. in c. auditis, n.* 22. *de præscript.*
esseq; hoc in solemni cultu apud Practi-
cos dicit *Felin. in d. c. auditis nu.* 30. fecis-
seq; hoc sibi magnum honorem, scribit
Ias. in l. vt vim, col. 4. *D. de iust. & iure*,
& tradunt *Capyc. decis.* 155. *n.* 11. *Osasch.*
decis. 60. *nu.* 9. *Thes. decis.* 13. *num.* 7. esseq;
communem traditionem istam, testatur
Gayl in tract. de pace publica lib. 2. *c.* 17.
n. 6.
120 Quibus ex omnibus credo, satisfactum
esse obiecto, recognoscens .n. apocham
sed cum qualitate, prout fieri supponen-
dum est, ex indicio præuentionis potiùs,
negat, quàm affirmat, qua ratione confes-
sionem cum qualitate diuidi non posse,
docuit *Bart. in l. cùm de indebito, D. de*
probat. & in l. nec codicillis n. 2. *C. de co-*
dicill. Salyc. in d. l. si quidèm C. de except.
Gayl d. c. 17. *nu.* 2. *Riminaldus cons.* 127.
nu. 11. *Farin. loco* nupèr cit. vbi quòd per
adiectionem qualitatis quis non dicitur
propriè fateri, & tamen proprietas in
pragmatica desiderari debet, vt locum


habeat,

habeat, cùm apocam recognoscète a vult exequi exequutione parata.

Præsertim, quia confessio ex tali recognitione dubia euadit, dùm interim nihil
121 probat, qui prǽuētus est, & dubia confessio etiā in criminalibus regulariter interpretatur in fauorem cōfitentis, vt post *Bar. in l. is, qui reus, in pen. col. D. de publ. iudic. Soc. Alexand.* & alios notat *Farin. in tract. de indic. & tort. quæst.* 50. *n.* 20.
122 Et si cùm qualitas adiecta est in criminalibus, pœna minuitur, quàmuis diuidatur ob resistētiam, & iuris præsumptionem, quòd diuisio illa absoluta non sit, vt conijcit *Surd. d. decis.* 258. *n.* 7. *in fine*, non video, qua ratione, facta præuentione deferri nō debeat præuentioni, vt apocæ exequutio impediatur, quousq; iudicium præuentionis finiatur, iuxtà ritus M. C. V. quos retulimus.
123 Maximè cùm ad viri boni arbitratū pertinere debeat, vt visis, cognitisq; omnibus de iure respondeat, ad tradita per *Boer.* cum alijs, quos laudat *d. decis.* 339. *paulò antè fin* & probat *text. in l. inciuile, de legibus, cum simil.*

SVMMARIVM.

1 *Agens omnis, agit propter finem.*
2 *Præuentionis effectus considerandi, & quarè.*
3 *De ijs quarè agat* Authot *initio operis.*
4 *Finis est primus in intentione, licèt vltimus in exequutione.*
5 *Finis dicitur causa causarum omnium.*
6 *Finis cuiusq; rei, ad quem negotium tendit, potissimùm est attendendus.*
7 *Cùm quid est propter aliud, cōsideratur id, propter quod est.*
8 *Actus omnis indicatur à fine.*
9 *Media sequuntur naturam sui finis, & ab eo regulantur.*
10 *Finis est dignior, & nobilior his, quæ sunt ad finem.*
11 *Scientia esse non potest de effectibus, ac indiuiduis, & quarè.*



CAPVT SECVNDVM.

De Effectibus præuentionis instrumentaria.

1 Quia omnis agens agit propter finem, vt ait *Philosophus*, & refert ex nostris *Barbatia in cap. at si clerici, num.* 3. *de iudic. Alex. Raudens. in tract. de analogis, cap.* 20. *n.* 2. pulchrè *Fabius de Anna consil.* 79. *à nu.* 5. *Hering. de fideiussor. c.* 16. *num.* 2. & probat *text. in l.* 1. *sol. matrim. & in l. eam, quam, vbi Bald. in princ. C. de*
2 *fideicom.* nihilq; prǽuentio prodesse videtur, nisi effectus ex ea resultantes cōsideremus, & præ manibus habeamus, vt inquit *Alph. Azeuedus in l.* 10. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopil. num* 8. de effectibus præuentio-
3 nis agendum est, sed hoc loco, tùm quod pertinet ad explicationem euidētialium,
4 materieq; ad principia, tùm quòd finis est primus in intētione, licèt vltimus in exequutione, *l.* 1. *C. de exequut. rei iudic.* & notat *Hering. loco cit.* post *Bald.* quem pessimè allegar in *l.* 1. §. *huius studij, col.* 2. *D. de iustit. & iure, & Neuizan. consil.* 5.
5 *num.* 11. ità enim finis causa causarum dicitur omnium apud *Neuizan. consl.* 20.
6 *num.* 22. & finis cuiusq; rei, ad quem negotium tendit, potissimùm est attendendus, *l. cùm aurum* 19. §. *perueniamus, ver. semper illud spectamus, D. de auro, & arg. legat. Crauetta consil.* 173. *num.* 14. *vol.* 1. *Gayll lib.* 2. *de pace publ. cap.* 16. *num.* 23.
7 quia cùm quid est propter aliud, considerarur id, propter quod est, *l. si vt habiliter, & l. si quando, D. de auro, & argent. leg.*
8 omnisq; actua indicatur à fine, *l. verum, D. de furt.* media enim sequuntur naturā
9 sui finis. & ab eo regulantur, *l. oratio, D. de sponsal.* vt nunc omittam, quòd finis
10 est dignior, & nobilior his, quæ sunt ad finem, secundùm *Aristot.* 2. *Physic.*

Cùm verò tot ij sint, tantaq; in eorum tractatione expendi poscant, vt longiora sint, quàm quæ solo capite possint explicari, particularibus quæstionibus singulos, sed precipuos agitandos esse decreui, summisq; rerum separatis, vt omnia perfectè hic inserta sint, quod voluit in opere suo *Azeuedus loco* cit. vbi protestatur, se paucis relaturū effectua præuentionis, quā agit iurisdictionalis, quòd & ego præ
11 stabo, si de effectibus præuentionis instrumentariæ dici potest, quod de effectibus in genere, seù indiuiduis, ait *Aristot.*

7. *Metaphys.* quòd nimirum scientia esse non possit, quia, vt *Plato* vidit, sint propè infinita, & tanta, vt nulla arte recipi queat, nullaq; disciplina comprehendi, quod notat quoq; *Porphyr. in lib. prædicam. cap. de spec & indiuid.* & refert ex nostris *Matthæus Gribaldus I.C. Cherianus*, vir sanè doctus *de Methodo, ac ratione studendi lib. 1. cap. 3. fol. mihi* 18.

S V M M A R I V M.

1 *Prauentionis qui sit finis.*

2 *Finis maiores vires habet, & potiores effectus, quàm media, per quæ ad illum deuenimus.*

Finis est dignior, & nobilior his, quæ sunt ad finem, ibid.

3 *Prauenisse ad calumniam, & dolum an quis censeri debeat, & nu. 22.*

4 *Prçuentio non impedit exequutionē instrumēti, permittiq; nec debet, vt illam impediat, & n. 21. 26. 27. & 30. Contrarium à num. 32. Tàm attento iure Regni, quàm Romanorum, & num. 39. 56. 73. & 118 relatis Regnicolis, nu. 58. Siculis, num. 59. Gallis, num. 63. & 65. Et qui loquuntur de iure communi, n. 66. Contrarijs explosis à nu. 116.*

5 *Prauentio an exceptio dicatur litis pendentia, & nu. 117. & 129.*

6 *Exceptio litis pendentiæ non obstat, vbi agitur exequutiuè.*

Quod quando verum non sit, nu. 7.

8 *Lis super retractatione instrumenti guarentigiati, si pendeat, non impeditur exequutio.*

9 *Instrumenta guarentigiata, & ad formam ritus M.C.V. habent exequutionem, & pro ijs potest exequutiuè procedi.*

10 *Instrumenta an statutis solùm, vel etiā iure communi paratam habeant exequutionem.*

11 *Instrumentum guarentigiatum, & liquidum exequatur sententia transacta in rem iudicatam, quod quomodò, & an procedat explicatur nu. 131.*

An, & vbi exequantur absq; citatione partis, & quomodò in ijs procedatur in Italia, & Hispania, n. 12. & n. 14.

13 *Mercatorum fauore in Tuscia debitores, etiam vigore simplicis apocæ carcerantur de facto ad petitionem creditoris, absq; præcepto Iudicis, statim ac cedit dies solutionis.*

15 *Instrumenta non exequuntur absq; citatione partis in Ciuitate Neapolis, & in Patria Pedemontana.*

16 *Pacti exequutiui exequutio absq; citatione non datur, quamuis contrarium paciscii solitum sit.*

17 *Exequatorum idem ius esse debet.*

18 *Sententiæ exequutionem an, & vbi impediat exceptio litis motæ super illius nullitate, & n. 21.*

19 *Nullitas principalitèr proposita nunquā impedit exequutionem sententiæ, vel instrumenti, secundùm* Beroum.

20 *Instrumentum exequutioni mandari an debeat, non obstante iudicio rescissorio aduersus illud, etiam ad instantiam creditoris.*

21 *Prauentio constituit iudicium ordinarium, & inuoluit nullitatem instrumenti.*

22 *Nullitas proposita contra instrumentū tam perfectum, atq; iuratum, quam præsumptionem inducat contra proponentem.*

23 *Lis instituta calumniosè, & dolosè non causatur attentata.*

24 *Inimicitia affectata non prodest ad suspitionem Officialium in Regno.*

25 *Debitoris in potestate nō debet esse fraudare creditores, illisq; auferre viam exequutiuam.*

26 *Iniquum qui dixerint, si prauentione impediatur exequutio, nullitate proposita solùm, & nō probata, qui exploduntur n. 44. & n. 47.*

27 *Prauentio quòd non impediat exequutionem, qui teneant.*

28 *Iudex secularis & creditor quòd possint, vel secus inhiberi, quousq; sententia feratur, nè procedant ad exequutionem instrumenti, cuius rescissio petita sit, vt vsurarij, aut quòd iuramentum metu præstitum sit, qui teneant.*

29 *Iudex an possit ex officio, etiam quòd non petatur exequutio instrumenti, repellere volentem præuenire.*

Reus non debet proponere, neq; probare exceptionem, antequàm actor fundauerit suam intentionem, ibid.

30 *Præueniens qua ratione excipere dicatur, & propterea repelli debeat vigore statuti prohibentis, excipi aduersus instrumenta.*

31 *Prauentio quòd resoluatur in vim exceptionis, & defensionis, si prauentus proponat actionem, ac petat exequutionem instrumenti, qui scribant.*

Et an tunc procedi possit in iudicio præuentionis, ibid.

32 Præuentionis principia, ac materiam pauci, vel medioeritèr intellexerunt.

33 Qui prior appellat, prior agat.

Text. in l. qui prior, D. de iudic. emendatur contra glos. ibid.

Peragere verbum, & peragere litem, quid sit, ibid.

Lex debet esse de re dubitabili, ibid.

Iudicia omnia extraordinaria fuerunt tempore Triboniani, & lites quo ordine tunc peragerentur, recensetur ibid.

Iacob. Cuiac. iudicium de vltimis verbis l. si quis rem 30. D. de recepr. arbitr. exploditur, addita verborum interpretatione, ibid.

Causa priùs conclusæ, priùs debent expediri ex legibus Regni Neapolitani, ibid.

Leges quas habemus, an eo ordine conscripta, digestaq; fuerint à I.C. prout nunc leguntur, ibid.

34 Præuentio inuoluit causam nullitatis ex qua præuenitur, & ità impedit exequutionem.

Causa nullitatis dicitur habere effectũ suspensiuum, ibid.

35 Effectus suspensiuus vbi datur, ibi dantur etiam attentata.

Dare attentata quid sit, ibid.

Impedire, ne quid fiat minus est, quàm quòd gesta, factaq; reuocentur, ibid.

36 Nullitate proposita pendente, quæ gesta sunt an, & quando renocari debeant ex priuilegio attentatorum, quod an procedat respectu exequutionis sententiæ, ibid.

Et quid in Regno, n. 37.

37 Pragm. 5. nu. 2. de offic. Sac. Cons. explicatur contra Carleual.

38 Reclamationis in causa an, & quando procedatur in S.C. sententia non exequuta.

40 Sententia, quæ lata dicitur ex falsis allegationibus, exequi non debet.

41 Libertatem qui sperat, est in quasi possessione libertatis.

42 Incertum, & dubium cùm est, an quis debeat, iniquum est cogere aliquem ad soluendum.

43 Filius, qui relictus est matre prægnante, quam portionem petat, quousq; mater pariat.

Pauli traditio in l. sed & si restituatur 28. §. si paterfamilias, ff. de iudic. examinatur, & exploditur, ibid.

45 Præueniens non aliàs debet, quàm qui sub conditione, id est si succubuerit.

Iudicij, & litis finis semper dubius est, ibid.

Fata causarum dubia, & incerta, ibid.

46 Obligatio cùm speratur nouari, aut tolli in euentum conditionis, non potest ex ea quis interim conueniri, & quarè.

47 Iniquum esse non potest, quod leges mandant, quamuis possit legitimũ non esse.

48 Liberi loco haberi debet qui ordinata causa liberali de statu suo litigat.

Præueniẽs causam liberalẽ ordinat, ibid.

Debitor seruus est creditoris, ibid.

Text. in l. ordinata 24. D. de liber. causa explicatur ibid.

49 Præiudicialis actionis naturà notatur.

50 Præuentio cùm introducta fuit, naturã induit actionum præiudicialium.

Præiudiciales causæ quædam sunt, & quæ, ibid.

Præuentionis causa pertinebãt ad Prætorem liberalem, & quarè, ibid.

Prætor liberalis cognoscebat de libertatibus, ibid.

Romanorum iure viuunt ferè omnes, qui olim Romano imperio paruerunt, ibid.

Præiudicialia in Regno an, & quæ sublata sint, ibid.

51 Actio antequàm detur de obligatione, priùs constare debet.

Actio, & obligatio quomodò se habeant, ibid.

52 Text. in l. si vsumfructum 23. D. de liber. causa an pertineat ad præuentionem iudicandam, expensa glos. illius legis de matre, si pronuncietur serua, an & filius seruus indè debeat iudicari.

53 Tertius an, & quando admittatur ad impediendam exequutionem in bonis communis debitoris.

54 Debitoris interest non soluere, vt deindè repetat.

Cautionis periculum, fragileq; præsidiũ notatur, ibid.

55 Præuentione pendente periculosum est exequi contractus, prætextu fideiussionis de restituendo.

57 D. Io. Franciscus Marcianus Reg. Consil. laudatur.

60 Præuentio admittitur etiam apud Siculos in contractu bullari.

61 Giurba decis. 44. & 100. declaratur.

Instrumenta iurata, vallataq; pacto de nõ opponendo, exequuntur apud Siculos, non obstante præuentione, nec aduersus ea debitor auditur, nisi soluerit.

62 *Pactum de non opponendo apud Siculos continet pactum de non praeueniendo.*

63 *Instrumenti guarentigia, seù styli Curiæ compulsariarum exequutio impeditur pendente iudicio nullitatis, seù rescissionis in Senatu Delphinatus.*

64 *Praeuentum cùm est aduersus instrumentum, vel apocam, eorum exhibitio peti potest, vel quòd non reassumatur instrumentum in publicam formam.*

65 *Instrumenti obligatorij, & in quo anulus authenticus impressus est, exequutio impeditur pendente iudicio rescissorio apud Andegauenses.*

66 *Praeuentio impedit exequutionem instrumenti de iure communi, nisi cõtraria lex adsit, statutum, aut cõsuetudo.*

67 *Praeuentio impedit exequutionem cuiuscunq; obligationis, quantumuis priuilegiata.*

68 *Praeuentione nullitatis facta Iudex non debet esse velox ad exequendum, & quarè.*

69 *Liquidatio necessaria est, & debet praecedere in omni obligatione, etiã Camerali, vbicunq; aliquid est liquidandũ, nec anteà potest vigore pacti exequutio fieri.*

70 *Pactum exequutiuũ debet intelligi, quãdo debitori nulla exceptio competit, aut competere potest, aliàs locum non habet.*

71 *Sententia exequi non debent, nisi facta liquidatione, si ea indigeant.*

72 *Instrumentum quantumcunq; publicũ dùm de eius viribus disputatur, nullam fidem facit.*

Praesumptio pro instrumento, quòd verũ sit, quando procedat, ibid.

Instrumentum suspectum de falso an, & quando habeatur pro falso, ibid.

74 *Creditori exactio permittenda non est, dùm lis pendet, an sibi debeatur.*

Exequutionem ad remorandam, nihil interest, quòd certum sit, non deberi, vel incertum deberi, ibid.

Et an tunc condictio competat, ibid.

Conueniri non potest is, cui liberatio est in pendenti, ibid.

Debitor priùs conuinci debet, quàm ad solutionem vrgeri, ibid.

Ciuis an quis sit, vel Comitatensis, dùm pendet quaestio interim ad officia adstringi non debet, ibid.

75 *Ritus M.C.V. in eo, quod prohibent exequi instrumenta pendente iudicio praeuentionis, in quo fundentur.*

Instrumentum cùm dicitur posse praestari, aut exequi, de quo intelligi, et quale esse debeat, ibid.

Instrumentum aduersus quod est praeuentum, non publicum est, neq; liquidum, & quarè, ibid.

Legis dispositio vt conueniat, eius verba debent ad hoc adaptari, ibid.

76 *Sequestrum admitti an, & quando debeat pendente iudicio praeuentionis cõtra praeuenientem, & nu. 80.*

Creditor, contra quem est praeuentum, an creditoris appellatione contineatur, ibid.

Cautio est medicina sequestri, quamuis ordinati, ibid.

77 *Praeueniens dubiae libertatis censetur, et quarè*

78 *Cautum fuisse semel sufficit, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

79 *Officialis finito officio non est carcerandus pro sindicatu, si ab initio cauit de parendo sindicatui.*

81 *Praeuentionis de iniustitia quãuis appareat, fieri exequutio non debet in Regno, praeuentione non obstante.*

Quod si fiat, Iudex tenebitur in sindicatu, nu. 82. Et nullitèr aget, nu. 83.

84 *Nullitas admittitur in Regno aduersus sententias, & decreta, si contra casum legis lata sint, & contra scripturam publicam.*

85 *Decisio in causa Federici Canalis examinatur & n. 87. & 89.*

D. Alexander Rouitus *Iudex M. C. V. laudatur, ibid.*

86 Pragm. 8. de instrum. liquidat. *à quo, & qua occasione excogitata fuerit.*

Quomodoq; de illa censuerit Sacrum, & Collaterale Consilium, *ibid.*

D. Ferdinand. Rouit. *Dux Castri Saracenorum, & à Regni Secretis laudatur, ibid.*

87 *Iudex, cui est inhibitum, non potest cognoscere, an inhibitio iusta fuerit, vel iniusta, & quarè.*

90 *Tempus publicationis, de quo in* pragm. malitiis, de praeuent. moder. *de quo debeat intelligi.*

91 *Praeuentio in Regno semper iudicari iusta debet in dubio & quarè.*

92 *Praeuentio an impediat exequutionem, si pendente illius iudicio cedat dies solutionis.*

Horatius Viscontus *exploditur ibid.*

93 *Praeuentio impedit exequutionem literarum cambij.*

Literae cambij vim habent publici in-

strumenti, & publicorum documentorum, ibid.

Iis qualitèr exequutio detur ex statuto apud Dusium Biturgiensem, quod explicatur, ibid. & n. 95.

94 Datio in solutũ modificat exequutionẽ.

96 Præuẽtio sublata nunquàm intelligi debet, nisi ex consuetudine, & moribus, aut statuto sublata probetur.

Et tunc qualitèr de tali consuetudine, aut statuto censeri debeat, eaquè an valeant, ibid.

97 Defensio differri potest, non tolli ex statuto.

98 Negat, qui differt, relato exemplo P. Sempronij Blesi Tribuni Plebis, cũ P. Cornelio Nasica Consule.

99 Præuentio ex statuto Romæ non impedit exequutionem, nisi factis, probationibus, ijsq; releuantibus, quod explicatur num. 104.

Quid sit ibi agendum, si præueniens offerat probare causam præuentionis incontinenti, ibid.

100 Restitutio in integrum an, & quando impediat exequutionem sententiæ, data ad id cautela.

101 Præuentio an, & quando impediat exequutionem obligationis Cameralis, explosa Borrelli traditione, & n. 104.

Nullitas vt impediat exequutionem obligationis Cameralis, qualis esse debeat, ibid.

Rotæ Rom. decis. 98. in recoll. per Farin. ex impress. Taurin. explicatur. ibid.

Restitutio in integrum an, & quando impediat exequutionẽ obligationis Cameralis, ibid.

102 Obligatio Cameralis an, & quas admittat exceptiones.

Eius proprium est, habere paratam exequutionem, ibid.

Eam non habet, cùm vulnerata est, ibid.

Ad eam existentia crediti requiritur, ibid.

Obstat ei exceptio adimplementi non sequuti, ibid.

Eius exequutio impeditur per causam, ob quam reus soluere non tenetur, ibid.

103 Præuentio modus est, per quem causa nullitatis contractus proponitur, aliàs exequibilis, & ideò quis ex eo non teneri contendat.

105 Obligationis Cameralis exequutio non impeditur per exceptionem requirentẽ altiorem indaginem.

Ea an impediatur, quando tertius se opponit, prætendens fuisse exequutum in bonis alienis, ibid.

106 Pœna allegantium, exequutionem fuisse factam in bonis alienis, quæ sit, & an exigatur in Regno.

107 Præuentor ne probet an, & quãdo possit impediri.

108 Præuentio impedit pro parte exequutionem, si pro parte facta proponitur.

Idem ius est de toto quòad totum, ac de parte quòad partem, ibid.

Præueniri aduersus instrumenta an possit pro parte contractus tantummodò, ibid.

D. Aloysius Gamboa Reg. Consiliar. laudatur, ibid.

109 Præuentor an, & quando durante iudicio præuentionis exequi possit vigore pacti exequutiui, in instrumento adiecti.

110 Præuentio an impediat liquidationem in causa appellationis à sententia, in qua præueniens succubuit.

111 Debitor in exequutionem instrumenti liquidati carceratur, tàm in Regno, quàm Florentiæ.

Carceratio dicit exequutionem irretractabilem, ibid.

Carcer dicitur ignominia facti grauans cum irretractabili præiudicio, ibid.

112 Exequutio cùm est irretractabilis non fit pendente lite super rescissione contractus, sub prætextu fideiussionis, & quarè.

Hinc facta exequutione supersedetur in venditione, si de nullitate exequutionis obijciatur, n. 114.

113 Clericus si dubitatur, an debeat admitti ad beneficium cap. Odoardus, pendente discussione non debet carcerari.

115 Exequutio contra particulares obligatos nomine Vniuersitatis, non proprio, est iniusta, sed an sit nulla?

Nullitates in Regno non admittuntur ex capite notoriæ iniustitiæ, ibid.

D. Io. Bapt. Musceptula Iudex M. C. V laudatur, ibid.

117 Litis simplex pendentia non impedit exequutionem, & liquidationẽ instrumenti.

119 Ritus 168. in §. nota explicatur.

120 Dictio, tamen, est aduersatiua.

Ponitur, ac applicatur dispositioni aduersatiuæ, ibid.

Restringit ex sui natura omnia præcedentia, ibid.

121 Dictio, tunc, adiecta dispositioni condi-

tionali denotat extremitatem temporis, & ordinem inter conditionem, & effectum dispositionis.

123 *Dictio,* nisi, *conditionem importat.*
Et ablatiuus absolutus, ibid.

124 *Dictio,* interim, *dicit pendentiam.*

125 *Dictio,* donec, *an, & quando importet conditionem, vel terminum temporis.*

126 *Creditor præuentus si procedi faciat ad liquidationem, qua pœna puniatur in Regno, eaq; cui applicetur.*

127 *Actio denegatur credi ori præuento, facta præuentione.*

128 *Præuentione pendente an debitor, qui præuenit, citari possit super tenore instrumenti, vel ad recognoscendum apocham.*

119 *Præuentio dicit iudicium, antequàm debitor molestetur, non post.*

130 *Præuentio an, & quæ exceptio sit, saltē cùm de ipsa opponitur ad impediendā citationem super tenore instrumenti.*

132 *Sententia præsumptionem semper habet, quòa iusta sit.*
Appellans prior agit. & quarè loquetur priùs, ibid.
Instrumentum an, & qua de causa præsumptionem habeat pro se.

133 *Restitutio datur aduersus rem iudicatā ex instrumentis nouiter repertis.*
Et ei, qui ignorauit solutionem factam, vel instrumentum solutionis, aut cùm illud impeditus non habuit, vel nō produxit, ibid.

134 *Guarentigia quid sit.*

135 *Restitutio in integrum datur aduersus sententiam propter dolum petentis, etiā si ex statuto, prout est Parmæ, aduersus sententiam nulla possit opponi exceptio, nisi solutionis.*

136 *Instrumentum pendente iudicio nullitatis per viam principalis petitionis an habeat præsumptionem pro se, & exequi possit, præsertim coràm alio Iudice, quàm nullitatis.*

137 Innoc. *doctrina* in cap. cùm in iure, de offic. deleg. *examinatur.*
Notatur, quòd sit inconstans, & quarè, ibid.

138 Text. in l. vlt. C de ordin. cognit. in vlt. responso *explicatur, & n.* 140.
An pertineat ad præuentionis materiam, ibid.

139 *Præueniens in dubio iustam causam habet contradicendi.*

141 Bald. consil. 261 nu. 1. lib. 1. *explicatur.*
Doctores loquentes de consuetudine, stylo, aut ex lege aliqua reprobari non possunt, ibid.

142 *Præuentio remedium est, & adinuentum, vt suppleat in eo, quod exceptio deficit.*

143 *Præuentio non denegatur, denegatis à statuto exceptionibus.*

144 Rebuffi *traditio explicatur*
Decreta per viam prouisionis fundātur in æquitate, ibid.

145 *Præuentor an prohiberi possit præuenire, antequàm conueniatur.*

QVÆSTIO PRIMA.

Præuentio an, quando, & vbi impediat præsentationem instrumenti, eiusq; super tenore interrogationem, & liquidationem.

1 PRincipem locum in materia præuentionis, & eius effectibus cùm habeat impedimentum liquidationis, hoc est, nè præsentatio instrumenti fiat contra eum, qui debere prætendirur, nam & finis præuētionis est impedire, ne ex instumento quis conueniri possit, & contra eum exequi, vti probant pro parte quæ posuimus *cap. 1. in præfat. num. 7. & quæst. 1. num. 52. in fin. vers. dixi ad liquidationē impediendam,* et tradunt *Marin. Freccia de præsent. instr. par. 9 sub num. 1. & Io. Paulus Galter. in praxi instrum. ver. fuerit ab eo præuētus, sub n. 3.* finisq; vt *Aristoteles* ait, maiores
2 vires habet, & potiores effectus, quàm media, per quæ ad illum deuenimus, & vt explicant alij, finis est dignior, & nobilior his, quæ sunt ad finem.

Principio videndum est, si præuentio impediat, nec ne liquidationem instrumenti, dùm pendet iudicium præuentionis contra instrumentum, quæstionem etenim hanc omninò vtilem esse, & attingendam ex frequentia cōtrahentium, scribit *Frecc. d. par. 9 quæst. 7. in fin. sub nu. 46. vers. sed quia,* suntq; multi, grauisquè nominis Iureconsulti, qui, præuentionem non impedire liquidationem, non solùm dubitār, sed probant enixè, & si præuentor ex iudicio isto impedimentum hoc non consequitur, vanum prorsus euadit præuentionis adinuentum, quod, vt rectè doctus ab experientia scribit *Cancer. variar. resolut. part. 2.*
3 *cap. 3. de instrum. guarent.* practicatur, & præuenisse quis censeri debet ad impe-

dien-

diendam executionem instrumenti gua-
rentigij, licèt non id semper admittam,
quod quasi ordinarium putat ipse referé-
dum ad calumniam, atq; dolum, vt con-
stabit ex infrà dicendis.
4 Videtur verò, quòd præuétio exequu-
tionem instrumenti non impediat, qui-
nimmò quòd nec illam impedire sit per-
mittendum.
5 Primò, quia præuentio exceptio dici-
tur litis pendentiæ, *Frecc. d.part.9.q.1.*
nu.9. & videtur dixisse *Monachus*, cum
in *repert. decis. Florent.* tractans de præ-
uentione *in verbo prauentio*, lectorem
remittit ad verbum, *litis pendentia*, &
6 litis pendentiæ exceptio non obstat, vbi
agitur exequutiuè, *Geminian. in rubr. de*
eo, qui mittitur in poss. causa rei seruan-
da, in 6. Caualcanus decis.1.num.15.p.1.
Capyc.decis.33.nu.3. Carthar.decis.2.n.9.
& 14. Gargiar. patrocin.100. num.14.
Gabriel.tit.de Iudic.concl.1.n.31. Giurb.
decis.55. num.18. & decis. 100.num.16.
Gratian. discept.118.num.4. Lancell. de
attent.par.2.cap.4.limit.2.num.84. vers.
quinto similiter, Bec.consi.17.n.3. Cancer.
var resolut.part.2.cap.3. num.26. Berous
consil.85.vol.1. Mauson. de caus.execut.
lib.1.ampl.19.sub nu.6. qui à *nu.7.* decla-
7 rat, quando hoc verum non sit, *Surd.*
cons.542.num.11. vbi *num.14.* dicit post
Imol. & alios, quos refert in puncto cum
Beroo cons.85.nu.2.vol.3. quòd licèt su-
8 per retractatione instruméti lis pendeat,
non impeditur exequutio instrumenti
9 guarentigiati, ex quo instrumenta gua-
rentigiata, &, vt nos dicimus in Regno,
ad formam ritus M.C.V. habent exequu-
tionem, & pro ijs potest exequutiuè pro-
cedi, quod & *Menoch.* scribit *de arbitr.*
Iudic. casu 17. nu.4. Vincent.de Franch.
decis.341.nu.1. Carau.in ritu 166. n.10.
Thes decis.26.num.12. Cancer. d.cap.3. à
num.1. qui cum multis, ac propè in-
10 numeris tractant, an statutis tantummo-
dò, an verò, & iure quoq; communi para-
ta exequutio insit instrumentis.
11 Secundò, quia instrumentum guaren-
tigiatum, & liquidum sententiæ transactę
in rem iudicatam exequatur, *Roder.Sua-*
rez in l.post rem iudicatam, §.circa Iudi-
cem, num.15. D. de re iudic. not. *Felic.de*
Solis lib.3. de censib.cap.2.nu.9. Mandos.
de inbibit.quæst.40.in princip. Bald.in l.
vlt.C.de bon.auth Iud. possid.col.2. Rom.
cons.76.col.2. Maranta inter cons.ciuilia
Gramm.consil.85.num.1. D.Reg.Sanfelic.
decis.312.num.10. & antè istos, & multos
alios *Bart.in l.cùm vnus, in princ.nu.11.*
de bon.author.Iudic. possid. qui ait, quòd
hodiè hæc instrumenta, (quod & Nos
tradidimus *cap.1.q.5.* & alibi sæpè) ha-
12 bent vim sententiæ diffinitiuæ, qua ra-
tione exequi huiusmodi instrumenta,
absq; partis citatione in Italia, prout &
instrumenta Cameralia, conceditq; exe-
quutionem realem, præsentato solùm in-
strumento Iudici, & datis fidei ussoribus,
notant *Castr. Alex. & Ias.* apud *Thes. lo-*
co cit. sub num.12. qui de obseruantia te-
13 statur per totam Italiam, & præsertim in
Tuscia, vbi refert, audiuisse fauore merca-
torum seruari, vt super simplici etiam
apoca debitoris de facto ad petitionem
creditoris sine præcepto Iudicis in car-
cerem detrudi possint, statim atq; cedat
14 dies solutionis; addés testari de stylo Flo-
rentino circa instrumentum guarentigiā
habens, *Mandos.de inbibit. q.71. nu.10.*
idq; seruare totam Hispaniam, ex testi-
monio *Ant.de Padill.in l.1. nu.20. & seq.*
C.de iur.& fact. ignor. & scribunt alij de
15 alijs Mundi partibus, sed omittimus, quia
moribus nostris abest, absq; citatione
enim in Curijs istis instrumenta non li-
quidātur, vt & obseruat *Vinc.de Franch.*
d.decis.341. Carau. d. ritu 166. num.10.
prout & in patria sua seruari dicit *Thes.*
d.decis.26.sub d.num. 12. vers. in hac pa-
tria verò, Pisanell.ad decis.Affl.35. quod
16 & viget in exequutionibus pacti exequu-
tiui, in quo non proceditur absq; citatio-
ne, vt pręceteris obseruat pro parte *Dom.*
Reg.Sanfelic. decis.312.num.1. quamuis
paciscì consueuerit inter cōtrahentes pa-
cto particulari in pacto exequutiuo, *quòd*
possit exequi absq; partis citatione, & iu-
ris forma non seruata.
17 Et hinc, quia exequatorum idem ius
statui debet, non aliàs dicunt, præuentio-
nem non posse, aut non debere impedire
18 liquidationem instrumenti, quàm & ex-
ceptio litis motæ super nullitate senten-
tiæ non impedit illius exequutionem,
relato ad id *Innoc. in cap.cùm in iure pe-*
ritus, num.3. de offic.deleg. cuius opinio-
nem iuribus, authoritate, & rationibus
probat latissimè *Lancell.de attent. par.2.*
cap.17. de attent. nullit. pend. à num.17.
dicens *num.27.* eius authoritate factam
fuisse decisionem *Rota 3. aliàs 280. de ex-*
cept.in nou. quæ ex *Vantio*, quem laudat,
est clauis totius materiæ, quinimmò il-
liusmet authoritate fundatum esse stylum

Parla-

Parlamenti Curię Delphinalis,quod pen-
dente nullitate nõ retardetur exequutio,
ex testimonio *Guido.Pap.decis.*50.qui ta-
men id probat solum ex dicto *Innoc.* vt
constat ex illius verbis,ibi *sub nu.2.lit.D.*
Et corroboratur hic stylus per dictum
Innoc.& citatis sequacibus subdit *nu.*28.
opinionem istam procedere,tàm de iure
ciuili , quàm de iure canonico , sequutus
fidem *Salyc. in l.1.nu.5.C.ne liceat tertio*
*prouoc.*ac aliorũ nõnullorũ,quos nume-
ro,& authoritate dicit grauiores,& sanio-
res *nu.*31. *& nu.*32. scribit,debere nos
Innoc. sententiam proculdubio sequi , &
amplecti,tanquam validioribus suffultã ,
(vt loquitur ipse)rationibus, & grauiori-
bus fulcitã authoritatibus, vt veriorem,
reiecta contraria,vt quæ ex ore *Innoc.*de
quo *ibid num.* 18.legem non habeat,in
qua fundetur,quod & repetit *Ang.in l.4.*
§.condemnatum,col.fin.vers.vltimò scias,
*D.de re iudic.sub num.*3.vbi ità habet,*Et*
Innoc.dicit , quòd qui contrarium dicit,
alleget legem,quia non inueniet eam, im-
mò est casus directò in contrarium in l.
fin.vlt.responso,de ord. cognit. vnde dixit
August.Berous,quem *Lancell. sub n.*30.
citat *in consil.*119.incip *in causa monia-*
*lium,sub num.*1.*vers.secundò nunquàm,*
*lib.*3 quòd nunquàm nullitas,seù restitu-
tio in integrum principalitèr petita impe-
19 dit exequutionem sententiæ,vel instru-
menti, & quòd ità communitèr tenetur,
post *glo.in d §.condemnatum* , vt prose-
quitur *nu.*31.ex quibus, & alijs ità arguit
ad rem nostram *Cancer.d.cap.*3.*nu.*32.
20 Tertiò mouentur ex insigni,& celebri
decisione Præsidis nostri *de Franchis* 373.
vbi refert , fuisse decisum per S.C. pos-
se,ac debere exequutioni demandari in-
strumentum,non obstante iudicio resci-
sorio contra instrumentum moto,quam-
uis ad instantiam creditoris, ad hoc ete-
nim decisionem illam expẽdunt *Cancer.*
loco cit. *num.*23. *Acac. Ripoll. var. resol.*
*cap.*14.*nu.*431.*Anton.de Amato resol.*36.
*num.*25 *Fontan.de pact.nuptial. tom.*1.
*claus.*4.*glos.*15 *sub nu.*83.*circa fin.vers.*
& quòd per præuentionem,D.Reg.Capyc.
*Latro decis.*43.*nu.*17.*& D.Reg Sanfelic.*
*decis.*312.*nu* 5 qui tamen duo postremò
loco laudati de præuentione minimè tra-
ctant,prout nec *Aloys.de Leo* , qui eam
quoquè refert *in l.1. C vt lite pend. sub*
num 33. prout & *Giurba decis.* 100. *sub*
*nu.*11.
21 Quartò,quia cùm præuentio cõstituat
iudicium ordinarium,inuoluatq; princi-
paliter nullitatem instrumenti, & iudicia
isthæc indigeant compilatione processus
via ordinaria , & quòd sententia,aut de-
cretum interponatur,quibus instrumen-
tum viribus euacuetur,& declaretur nul-
lum, nõ antè impedire debet exequutio-
nem instrumenti,quàm præuentio finem
habeat ex iudicis declaratione,si etenim
per simplicem propositionem nullitatis
exequutio instrumenti impediretur,esset
dare effectum , & exequutionem senten-
tiæ,antequàm proferatur,contra regulam
text.in l.1.C.de exequut.rei iudic.l.si cùm
nulla 58.*D.de re iudic.cum simil.* qua ex
regula , & ratione nullitatem in iudicio
ordinario propositã principalitèr non im-
pedire exequutionem sententiæ, dixerũt
Vantius in tract. de nullit. tit.quot, &
*quib mod nullit nu.*29. *Lancell.d.cap.*17.
*num.*19. & respectu exequutionis instru-
menti notat præcæteris *Mascard. de pro-*
*bat.conclus.*686.*nu.*11 *Julius Cæsar Ru-*
*ginell pract.quæst.cap.*19.*num.*1.*Carle-*
nal de iudic.tom 2.*tit.*3.*disput.*16.*n.*21.
22 Hocq; videtur tenendum , quia nul-
litas proposita contra instrumentum iam
perfectum,atq, iuratum inducit presum-
ptionem contra proponẽtem,quòd cau-
sa morandæ solutionis id faciat, quod ex
Iacob.Butrig.& Vitalino obseruat *Lan-*
cell.loco cit. sub num 25.& latiùs *Iacobus*
*Cancer. d cap.*3.*sub num* 23. vbi apertè
scribit,præuentionem censeri dolosè fa-
ctam,& calumniosè, ex experientia, quã
dicit magistram ad impediẽdam exequu-
23 tionem instrumenti guarentigij, vsus ad
hoc axiomate , quòd lis instituta calum-
niose,& dolosè non causatur attentata,
nec producere effectus litis pendentiæ,
ex *Boer.dec.*161.*n.*4 *& Lancell.de attent.*
lite pend.cap 4.*par.*2.*lim.*4.*& cap.*20.*de*
*attent. post inhibit.limit.*7.*Vincent.de*
Franch. decis. quã nuper citauimus 373.
& alijs,quos addit *ibid.nu.*29. & facit in
24 Regno,quia inimicitia affectata non pro-
dest ad suspitionem Officialium, *prag.*15.
*de suspit.official.nu.*14.
25 Et demùm,quia non debet esse in po-
testate debitoris,prẹsertim contra fidem,
& iusiurandum fraudare creditores , au-
ferreq; illis viam exequutiuam,ex cõtra-
ctu quæsitam,vt probat *Paulus in l.ne in*
potestate 21.ibi,*ne in potestate sit fideius-*
sorum postea se nõ obligantium,vt pœna
committatur,& *in l.si quis rem* 35.ibi,*sed*
si hoc obtinuerit,futurum est, vt in pote-

ſtate eius, quem pœnitet compromiſiſſe, ſit
compromiſſum eludere, D. de recept. arbitr.
eſſeq; id iniquum notat *Cuiacius lib.* 13.
Pauli ad edictum, ad d.l. ne in poteſtate, &
26 obſeruat in propria materia præuentio-
nis *Ludouicus Sanctius à Melo*, qui poſt
hæc ſcripta peruenit ad manus noſtras *in*
tract. de indue. debitor. quæſt. 26. & ſi non
ità clarè *num.* 8. latiſſimè *D. Thomas de*
Carleual, qui loco *cit. num.* 22. iniquum
eſſe, ait (forſan ex *Cuiacio*, de quo tamen
non meminit) ſi debitor timens, ne con-
ueniatur à creditore preueniendo ipſum,
ſolùm propoſita nullitate, & nõdùm pro-
bata, fraudaret creditorem, illumq; il-
ludens ſe liberaret à celeri, & breui debi-
ti exactione, ad quam ſe obligauerat.
27 Et ex his, licèt non ità clarè, aut diſtin-
ctè propoſitia, quòd præuentio non im-
pediat exequutionem inſtrumẽti, tenue-
runt *Ant. à Canario in tract. de exequut.*
inſtrum. quæſt. 51. *Io. Gutier. de iuram.*
confirm. par. 1. *cap.* 2. *nu.* 29 *Alph. Azeued.*
in l. · *nu.* 147. *tit.* 21 *lib.* 4. *recopil. Rebuff.*
in Conſt. Galliæ, tit. de ſent. prouiſ. in præ-
fat. num. 132. vbi dicit, fuiſſe iudicatum
de anno 1523. contra petentem reſcindi
contractum, ad illum obſeruandum, &
quotidiè ſic fieri, & ità bis fuiſſe iudicatũ
refert *to.* 2 *tit de reſciß. contract. art. unic.*
glo. 4. *nu.* 7. *Sigiſmund. Scaccia de appellat.*
quæſt. 19. *remed.* 1. *concluſ.* 4. *num.* 7. *Bald.*
conſ. 261. *nu.* 1. *lib.* 1. *Parlador. rer. quotid.*
lib. 2. *cap. vlt. part.* 5. §. 11. *num.* 22. *Iulius*
Cæſar Ruginellus pract. quæſt. cap. 19. *per*
tot. præſertim *nu.* 7. *Gratian diſcept.* 118.
num. 43. & *diſcept.* 679. *nu.* 3. & 4. *Tuſc.*
lit. E. concl. 374 *nu.* 16. & *lit. S. concl.* 525.
nu. 1. *Io. Petrus Fontan. de pact. nuptial.*
tom. 1. *clauſ.* 4 *gloſ.* 5. *num.* 82. & *ſeq.* (vbi
ſub *num.* 83. vocat timidum, qui non au-
deat interim cùm pendet lis ſuper inſtru-
menti validitate, iuſtitia, ſeù iniuſtitia,
exequutionem petere inſtrumenti, ſed
malit ſententiam expectare *in verſic. etſi*
tàm timidus) eandemq; ſententiam tenet
in *tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *part* 5. *num.* 29.
Michael Ferrer. par. 3. *obſeru* 107. *Giurb.*
deciſ. 44. præſertim *à num.* 8. & *deciſ.* 100.
à num. 3. qui *num.* 7. relatis Doctoribus,
28 qui putant, Iudicem, coram quo pendet
reſciſſio contractus, prætextu, quòd vſu-
ratius ſit, vel iuramẽtum metu preſtitum
alleget, non poſſe priuſquàm de hoc ſen-
tẽtiam ferat, inhibere Iudicem ſæcularẽ,
coram quo exequutionis cauſa pendet,
nec creditorem ipſum exequutionem
petentem, dicit ſe mirari, quòd contrariũ
placuerit *Villalob. in ærar. com. verb. con-*
demnatus, Franc. Marc. dec. 44. & *Galle-*
ſio de oblig Camer. par. 3. *quæſt.* 2. *tit. de vi*
inſtrum. Cameral. num. 1. & quòd ideò
meritò illos increpet *Parlador.* & *Cartar.*
locis *ibi* citatis tàm vehementèr huic ſẽ-
tentię adhæret, quam mordicùs defendit,
attento iure communi *D. Thom. de Car-*
leual. in tract. de iudicijs, tom. 2. *tit.* 3. *diſp.*
14. *num.* 7. & *diſp.* 16. *nu.* 21. & *ſeq.*
29 Et probatur illorum ſententia, quia
poteſt Iudex ex officio, etiam quòd non
petatur à parte exequutio inſtrumẽti, re-
pellere agentem, ſi præuenire velit, vt ex
Cardin. in clem 1. *num.* 16. *quæſt.* 9. *de*
ſent. & re iudic. Milanenſ. deciſ. 7. *nu.* 26.
lib. 2. etiam, quia reus non debet propo-
nere, neq; probare exceptionem ſuam,
antequàm actor fundauerit ſuam inten-
tionem, vt proſequitur *Tuſc. lit. B. con-*
cluſ. 373.
30 Facitq; quia qui præuenit, & in ſta præ-
uentione inſtat, quòd non detur exequu-
tio, quam ex inſtrumento creditor petit,
excipit de præuentione, ac de nullitate
propoſita, & hac ratione repelli debet ex
diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, ac ritus,
& ſtatutorum, ex quibus prohibetur, qui
debitor eſt excipere aduerſus inſtrumen-
tum, aut obligationem pœnẽa acta, ità
Milan. dict. deciſ. 7. *num.* 36. vbi ſcribit,
31 quòd ſi quis præuenit, vt declarari faciat,
ſibi competere exceptionem, & creditori
imponi perpetuum ſilentium, & præuen-
tus compareat proponendo actionem, &
petendo exequutionem, facit ceſſare
primum illud iudicium, illudq; remanet
in vim exceptionis, & defenſionis, vt eo
ipſo, quòd petita eſt exequutio, incipiat
obſtare pragmatica, quòd in illo iudicio,
quod ſtat in vim exceptionis, & defenſio-
nis non debet procedi, & ſic non debet
audiri, laudatiſq; *Decio, Socin.* & *D. de*
Franch. deciſ. 385. ſubdit, *ergo ſumus in*
terminis Pragmatica, per quam tolluntur
exceptiones, & per conſequens hoc iudi-
cium, quod cœpit eſſe iudicium exceptio-
nis per propoſitionem actionis, & ità refert
fuiſſe deciſum per M. R. C. *ſub num.* 37.
verſ. quibus omnibus conſideratis, eumq;
refert, & ſequitur *Ant. de Amato reſol.* 36.
num. 16. poſt alios, quos citat, quaſi quòd
iudicium præuẽtionis ad inſtar ſit reme-
dij *l. diffamari, C. de ingen. manum.* quod
refellimus pro parte *cap.* 1. *num.* 40. aut
quòd expectet, quòd actio aliqua propo-

natur,eaq; proposita formā diuersam accipiat, quo nihil à veritate magis extraneum,vt hinc deducam,perniciosissimos
32 tradi in scriptoribus, quos retulimus errores in principijs præuentionum, nam & re vera pauci eorum sunt, qui materiā istam vel mediocriter intellexerint.

33 Censeo igitur verius,eos existimare, qui habent,quòd præuentio impediat liquidationem, & exequutionem instrumenti,tám attento iure Romanorum,iure scilicèt communi, quám Regni nostri municipale,quicquid inferant,quę adducta sunt in contrarium,aut afferri possunt in posterum.

34 Probant sententiam istam(vt argumēta initium habeant à iure communi) *Paul,Castr.in auth.quæ supplicatio,C.de precib,Imper. offerend. Bartholom. Soc. cons.78.sub num,4.lib.3.vers. ex hoc sequitur,*& alij multi ex regula *l.qui prior, D.de iudic.*deducunt etenim ex *text.* illo, qui dictat ex *Pauli lib,8. ad Plautium*, qui prior appellat,prior agat,quòd cùm proponens nullitatem præueniat eū, qui deindè pretendit exequutionē faciendā, tanquā prior in tempore debet impedire exequutionem, audiriq; priùs debet in quærela, quā de exequutione instrumēti ageretur, aduersus quod est præuentum,

Videbitur fortasse futile esse argumentum hoc, prout visum est, & mihi quandoquè verum id nunc ego puto, maximi esse momenti,si vera litera restituatur in *text,* illo, & pro eo, quod reperitur in vulgata *prior agat* reponatur, *peragat*, hoc est prior vsq;ad finem perducat, peragere enim litem est ad exitum reducere,*l.57.D.de procurat.*& in vniuersum peragere est perficere, absoluere, consummare,vt ex multis *Brixen.de ver. signific.* obseruat *lib.14. in ver. perfici*, quicquid *glos.* in contrarium putet *in d. l.qui prior, vers.item nō dicas prior agas, idest peragas*, puto etenim, lectionem quam adstruo, substinendam,tùm quia sic de re dubitabili *Paulum* differentem audiemus ex præcepto,ꝙ lex esse debeat de re dubitabili, *l.Domitius,de testament. l.quod Labeo,de Carbon.edicto,l.Ancilla, C.de furt,l.1. D.ad municip.* & à derisio ne *text.* illum vindicabimus, quam in leges quasdam *Platonis Plutarchus* effinxit,quis enim dubirauit vnquàm, aut putauit,posse deduci in controuersiā, quòd qui prior appellat,prior aget,aut agere debeat, si & eo ipso, quòd prior appellat, prior agit,vt & inde implicare verba legis, eundemq; sensum habere videatur priùs appellare,& priùs agere, quando & appellationem agi,dicit *text.in l.13.C.de procurat.*tùm quia consonat prędictis institutum, quod ad tempora *Triboniani* refert *Iac.Cuiac.in lib.13.Pauli ad edictū ad l.si quis rem 30. D.de recept.arbitr.* cū scribit,ætate *Triboniani* omnia iudicia extraordinaria fuisse, litesq; apud Magistratus peragi solitas,seruato ordine temporis, quo singulæ venissent in iudicium, inde putans,verba illa postrema, quæ leguntur *in d.l. si quis rem, lite apud Iudicē suo ordine peragenda*, adscribenda esse *Triboniano*, eumq; ideò addidisse verba illa, vt temporis sui morem describeret, quo nihil insultiùs (vt & hoc non omittam) ad interpretationem legis illius, ni fallor,licèt sanctio retinери debeat, quam & leges Regni nostri approbarunt, quæ mandant, etsi non semper benè seruentur à Iudicibus nostris,vt causæ priùs cōclusæ, priùs expediantur *in Pragmat.10. num.5.& in Pragmat.71.in princip.de offic.S.C.* Nam,vt ad *Cuiac.* redeamus, quamuis negari non possit,leges, quas habemus non fuisse conscriptas,eoq; ordine, atq; integritate ab ipsis primùm I.C.Authoribus digestas quòad nos peruenerunt,sed,vt obseruat *Matthæus Gribaldus lib.1.de rat. studendi cap.15.* Illustres viros illos, quibus à *Iustiniano*, ius omne reformandi potestas facta est *in §.1.in 1.Constit.Codicis*,ex varijs Prudentum responsis,varijsq; responsorum fragmentis, leges, quales habemus, composuisse,in ordinemq; redegisse, non tamen id in causa esse potuit, vt *Tribonianus* in lege illa verba relata addere potuisset, quæ necessaria omninò erant in prima legis, ac eius sententiæ structura, qua si iubebatur,pœnam exigi ab eo, quem cū compromisisset, pœniteret, non ideò lis perfici non debebat,si pars instaret apud Iudicem, cùm aliàs futurum esset, vt in potestate eius, quem pœniteret compromisisse, sit compromissum eludere, sed & pœna pœnitentiæ esset, & causa perageretur suo ordine, hoc est, non impedito cursu causæ, sed in ea procedere debebat Iudex, vt dicimus, suo marte,tanquā si pęna,aut adiecta,aut exacta non esset, ne quia pœnā persolueret, posset quis à perfidia cōmodū retrahere,quoties crederet,quod sibi cōduceret pœnam soluere, & causā intercidere,

34 Secundò, hanc eandem sententiam probant alij, quia præuētio inuoluit causam nullitatis instrumenti, aut illius rescissionis, propter quam fieri contingat, & quòd hac ratione impediri debeat exequutio propter præuentionem, dicūt ipsi, quia causa nullitatis dicitur habere effectum suspensiuum, vt declarat *Vestr. in pract. Cur. Rom. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 11. *vers. introducta autem causa nullitatis*,

35 & si certa est propositio, prout de illa neminem vidi dubitantem, quòd vbi datur effectus suspensiuus, ibi etiam dantur attentata, vt inquit *Franchus in cap. bonæ nu.* 36. *de appell.* necessariò sequitur, præuentionē debere impedire exequutionē instrumenti, dare namq; attentata est inducere reuocationem gestorum, & minus est impedire, ne quid fiat, quàm quòd gesta, factaq; reuocentur, non minus est etenim, quàm quærere, parta tueri, vt inquiebat *Ouidius*, & vt inquiebat ille, turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hospes.

36 Quòd autem gesta pendente nullitate proposita principalitèr, & per modum actionis reuocanda sint in primis, & antè omnia ex priuilegio attentatorum, fuit decisum per S.C. apud *Affl. decis.* 131. vbi fuit resolutum, apprehensionem possessionis factam pendente causa nullitatis esse reuocandam, vti attentatam, quod & respectu actus exequutionis sententiæ, scribit *Couarr pract. quæst.* 14. *nu.* 6. post *Bart. in l.* 1. *nu.* 18. *C. quando prouoc. non est necess. & in d. auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* pulchrè *Ias. in l.* 1. *C. de bon poss. secund. tabul.* esseq; sententiam istam communem, testatur *Viuius lib.* 2. *commun. opin. cap.* 197. *vers. secundus effectus.* quamuis multi sint, qui contrarium probauerint respectu exequutionis sententiæ, quæ prætenditur nulla, prætextu, quòd sententia impatiens moræ non priùs attentata reuocari permittat, quàm sententia feratur, quo nihil inutilius, si tunc patefacta iam iniustitia primæ sententiæ, illa ità viribus euacuatur, vt pro non lata haberi debeat, maneatq; secunda, aut vlterior, non tàm potior, quã sola, & indiscriminata.

37 Primamq; *Affl.* & aliorum sententiam probarunt in Regno maiores nostri ex *pragm.* 5. *nu.* 2. *de offic. Sac. Conf.* vt & obseruat *Carleual de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *disp.* 16. *num.* 25. quamuis putet, pragmaticam prædictam, quæ per hæc verba loquitur, *Quando allegantur nullitates ex eisdem actis, tunc prout iuris ratio expostulat, & vsu receptum est, quousq; discutiantur, in exequutione supersedendum*, accipiendã esse generalitèr, quia nō distinguat, & malè (parcat vir ille alioquin doctissimus, & de iure nostro optimè meritus, vtinam ità de praxi) tàm attenta praxi, qua vtimur, quàm attenta dispositione Pragmaticæ, quæ ideò scripta est per illa verba, *tunc prout iuris ratio expostulat, & vsu receptum est*, vt nimirùm nolit aliàs su persedendum pendente discussione nullitatum, quàm si ratio iuris expostulet, atq; praxis admiserit, & stylus Tribunalium, secundum quem discussio nullitatū si per viam actionis proponantur, vtpotè quæ extrinseca indigent probatione, & non possunt nec solent decidi ex eisdem actis, non impeditur exequutio, quod mandat *Pragm* 5. *nu.* 2. *&* 3. *de offic. Sac. Reg. Conf* quinimmò nec ità proponuntur, nisi exequuta sententia, & hoc in casu datur terminus super discussione nullitatum, & non aliàs proceditur in causa prædicta, vt obseruauimus non semel, & pręsertim in causa Tarquiniæ Constantinæ cum Antonia de Ioanne Camillo in Banca Martini, quàm in cęteris omnibus, siuè primæ instantiæ sint, siuè secundæ, & vlterioris in causa reclamationis, quæ supponunt possessionem in posse rei conuenti, in prima instantia, & in posse eius, qui sē-
tentiam reportauit, in causa reclamatio-
nis, in qua ex suprema S.C. authoritate
non proceditur, nisi sententiæ victus pa-
ruerit, ex rationibus, quibus & id practi-
cari in Senatu Gratianopolitano, ac Par-
38 lamento Delphinali scribit *Guido Papa*
dec. 50. quod & eadem *Pragmatica* statui-
tur *in* 1. *cap.* & alijs multis, & vtrumq; cō-
plexus est pluribus citatis, additisq; de-
clarationibus *D. Reg. Rouit. ad Pragm. il-*
lam num. 1. *&* 23. & pro parte *Nouar. ad*
eandem Pragm. collect. 5. *nu.* 24. & latiùs
Io. Bernardinus Muscatell. in praxi S.C.
in glo. informa. à num 69.

39 Tertiò, quia qui præuenit, aut se dece-
ptum allegat ex instrumento, aut sperat
non debere, aut incertum est, & dubium,
an debeat, & his omnibus in casibus, aut
æquum est, eum non compelli ad soluen-
dum, vt probat *tex in l. si prætor.* §. *Mar-*
40 *cellus, ff. de iudic.* vbi non datur exequu-
tio sententiæ, quæ lata proponitur ex fal-
sis allegationibus, aut iniquum est non

supersedere, donec agnoscatur, an habeat, qui præuenit, iustam causam sperādæ à debito libertatis, & retardandæ solutionis, vt probat *text. in l. cùm verò in*
41 *fin. ff. de fideic. libert.* vbi ille, qui sperat libertatē, est in quasi possessione libertatis, & obseruat ad rem hanc *Marinus Frecc. de præsent. instrum. par. 9. quæst. 7. nu. 5.*
42 & de altero casu, cùm scilicet incertum est, & dubium, an quis debeat, est *text.* ferè ad literam in *l. sed etsi restituatur* 28. *§. si paterfamilias, in fine, D. de iudic.* vbi
43 *Paulus* ità scribit, *Si paterfamilias mortuus esset relicto vno filio, & vxore prægnante, non rectè filius à debitoribus partem dimidiam crediti petere potest, quamuis postea vnus filius natus sit, quia poterant plures nasci, cùm per rerum naturā certum fuerat, vnum nasci, sed & Sabinus, & Cassius dicunt, partem quartam peti debuisse, quia incertum esset, an tres nascerentur, nec rerum naturam intuendam, in qua omnia certa essent, cùm futura vtiq; fierent, sed nostram inscientiam,* (vel vt alij legunt *nostram inscitiam*) *aspici debere*, vt hinc cognoscere possit, quisquis est, qui censeat, errare nos, quoties id, quod futurum est, iudicandum putemus, cùm potiùs, quod magis fauet debitoribus censendum statuat *Paulus* I.C. in quo tamen non possum non mirari, quòd credat, certum esse, quòd nasci aliquis debeat, muliere prægnante, & talis, quòd possit succedere patri, aut pro portione, quam edixit *Paulus* hoc loco, vt explico *alibi*, explicatis *Paulo* hic, *Iuliano in l. si pater* 36. *D. de solut. Gaio in l. vtrū, ff. de reb. dub, Vulpian. in l. 1 § fin. D. si pars hared. petatur, & in l. intestato, §. est autem tractatum, D. de suis, & legit. hæred.* cum *Fabr. & Gothofredo*, quorum meminit post scripta nostra visus *Alphonsus Azaranza de partu, cap.* 18. vbi *Paulum* insectatur, & benè, præsertim à *n.* 12.
44 Retenta tamen *Pauli* sententia pro nunc cauendum erit à traditis per *Carleualio*, cùm *d. num.* 22. iniquum esse putabat, si supersederetur in exequutione instrumenti, quia solùm contra illud præuentum fuisset, quando & prædicta probant, summam æquitatem id suadere, etiam ex ore *Antonij Canarij*, quo præceteris vtitur *Carleualius* ad suam in quæstione principali firmandam opinionem de præuentione, quòd non impediat, nam & *Canar.* relata *quæst.* 5 1. *n.* 90. supponens, quòd cùm præuenit reus, implorat Iudicis o[illegible]ium, ad finem, vt decidat, an retardetur exequutio, ità scribit. *Respondeo Iudicis officium nititur æquitate respectu vtriusq; partis, videlicèt, ne creditor eum aliena iactura lucretur, & debitor damnum patiatur*, quibus ex verbis, tantùm abest, vt iniquum sit, si supersedeatur eo solùm, quod est præuentum, quod potiùs erit iniquum, si procedatur ad exequutionem instrumenti, præuentione non obstante.
45 Idq; probabit quisquis considerat, non magis debere, qui præuenit ex instrumēto, aduersus quod præuentum est, quàm qui sub conditione aliqua debeat, pendet etenim debitum facta præuentione ex euentu iudicij, & litis, qui semper dubius est, *l. quod debetur, D. de pecul.* notat *Giurba decis.* 100. *sub num.* 33. vndè & incerta, & dubia esse fata causarum,
46 vulgus quoq; decantat, & tamen cùm obligatio speratur nouari, & tolli in euentum conditionis, interim, & ante euentum conditionis quis conueniri nō potest, vt ex *Iaboleno in l. pecuniam* 36. *D. de reb. credit.* notat *D. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 1. sub nu.* 42. cùm possit existere conditio (inquit ipse, & summa cum ratione) sub qua alij promissum est, quo casu nouata obligatione retrò apparet agenti nihil deberi, *l. quoties* 14. *l. nouare* 20 *D. de nouat.*
47 Vt nunc omittam, indignam esse vocē hanc, *iniqui* in I.C. quoties supersedimētum tot legibus mandatur, præsertim in Regno, in quo Cōsiliarij Regij munus implens, eas obseruare adstringebatur *D. Carleual.* præstito ad id iure iurando in ingressu officij, vt aliud agens, sed in proposito huius quæstionis dixit ex *Antonio* patre *Marinus Frecc. d. quæst. 7. sub n.* 17. potest namq; legitimum non esse, iustaq; non fieri omnia, quæ legibus continētur, vt obseruat *Plutarchus de fato*. verùm, & id iniquum esse, quod legitimum est, quodq, fit secundùm leges nemo dixerit vnquàm, ex dictis præsertim *cap.* 1. *à num.* 172.
48 Quartò, probat mihi sententiam istam *Paulus in l. ordinata* 24. *D. de liber. causa*, cùm censuit, ordinata liberali causa liberi loco haberi debere eum, qui de statu suo litigat, liberalem etenim causam ordinat, qui præuenit, namq; & seruum creditoris existimari eum, qui debet, est locus expressus, idemq; repetitus multotiès apud *Plutarch.* qui *in commentar. de*

vitan-

vitando are alieno, habet, libertatem nostram non tueri nos, cùm fœnori accipimus in primis, & postmodùm subdit per hæc verba, *contractibusq; subeundis in seruitutem nosmet damus*, & inferiùs, *fuge hostem, & tiramnum feneratorem, qui non terram, & aquam Xerxis more poscit, sed libertatem inuertit tuam.* Item, *nàm quid profuit Atheniensibus Solon lege lata, nè corpora debitorum obligarentur? Quasi verò non seruiant feneratoribus qui debent? Immò ne ipsis quidèm seruiunt, quid enim mali esset? Sed seruis eorum, &c.* qua libertatis, ac seruitutis voce aliàs vsus, & id asserit, debitorem facere sibi creditorem dominum, iuxtà leges, *non domum vendit suam, sed creditoris, quem sibi Dominum, iuxtà leges ipse fecit*, seruumq; fieri, qui debet ex *prouer.* 22. testatur *Author Polianthea nouiss. in ver. fœnus.* quisquis is fuerit ex tot, qui illam cõflasse dicuntur à *Iosepho Langio*, cùm scribit *ibi* legi, qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis, vndè sicut, si quas actiones inferat Dominus ei, qui se vindicat in libertatem, suscipere illum iudiciũ debere compelli putat *Paulus*, si in personam Dominus agat ad litis contestationem, sed substinendum (hoc est differendum) iudicium, donec de libertate iudicetur, ne videatur præiudicium libertati fieri, aut voluntate Domini in libertate eum morari, sed interim pro libero habendum, ità, qui præuenit, donec finiatur iudicium præuentionis liber haberi debet à molestia creditoris, ne præiudicium fiat causæ, ex qua præuenit, differriq; debet exequutio, quousq; videatur, an locus sit cassationi, quam petit instrumenti, vel potiùs, vt soluere cogatur, quod *Paulus* confirmare videtur in vltimis legis illius verbis, specie illa interposita, *si interim contra eũ, qui liberalem causã ordinauit, furti actum sit, substinendum iudicium, vt si liber iudicatus sit, in ipsum transferatur iudiciũ, & si damnatio facta sit, iudicati actionem potiùs in eum dandã.*

49 Nec obijcias, particularẽ iuris rationẽ, dispositionem illius legis souere, quod nimirùm præiudicialis actio sit, quã intentat, qui liberũ se cẽseri petit, & natura actionis præiudicialis est, vt priùs cognosci debeat, & expediri, vt probat vtrumq; *Iustinian. in § praiudiciales, Instit. de action.*

Quia respondetur, quòd sicut causa præiudicialis intentata facit quiescere omne iudicium, *Marant. par. 4. dist. 20. num. 7. per text. in l. de hareditate, l. cùm hic status, & l. si hares. C. de ord. cognit.* cum similibus, *Franc. Marc. decis. 44. p. 1. Valasc. consult. 90. Io. Gutierr. de iuram. confirm. par. 1. cap. 2. num. 14. Reg Rouit. cons. 83. vol. 2.* quia per id, quod iudicabitur in præiudiciali, constabit quid faciendum sit in causa successionis, quæ ab ea pendet, inquit, post iura vulgaria, *in cap. tuam, de ord. cognit. Io. Gutierr. de iuram. confirm. d. par. 1. cap. 2. num. 13.* ità & præuentio exequutionem instrumenti impedit, donec iudicium præuentionis finiatur ex *ritu* 189. quia illa finita, inquit *ritus* 168. *in § nota, quòd ille ritus.* iudicabitur quid sit faciendum in causa instrumenti, illis in verbis, *nisi sit finita dicta causa ruptionis dicti instrumenti, qua finita videbitur, si est locus interrogationi, vel non.*

50 Quibus ex verbis credo, posse fundari, præuentionem, cùm introducta fuisset naturam induisse præiudicialium actionum, quàmuis etenim quædã actiones, & causæ essent, quæ præiudicialium numero comprehensæ sunt à *Iustiniano in d. § praiudiciales*, ibi, *quales sunt per quas quęritur, an aliquis liber, an libertus sit, vel de partu agnoscendo* nemo tñ negabit, quod cũ libertatis causam præuentio contineat ex dictis *num.* 48. præuentionẽ aut non pertinuisse ad Prætorem liberalem, si agitari Romæ præuentio cœpit temporibus, quibus Prætores ibi ius dicere soliti erant, liberalis etenim Prætor de libertatibus cognoscebat, vt est apud *Cuiac. ad tit. C. de tut. vel curat. lit. B.* aut præuentionem inter præiudiciales actiones nõ esse numerandam, illarumq; hanc solam legitimam esse, ac de antiquioribus ex verbis, quæ statim subdit *Iustinianus ibid. ex quibus ferè vna illa legitimam causam habet* (hoc est ex lege 12. tabularum, vt notat *Cuiac. in notis ad locum illum, num. 29. in margine, & ad tit. lib. 4. Instit. de act. fol. mihi 231. versic. ex quibus ferè vna illa*, vbi & hanc ciuilem propterea dicit) *per quam quęritur an aliquis liber sit, cæterę ex ipsius Pretoris iurisdictione substantiam capiunt.*

Et si replices, id posse verum esse attento ritu M.C.V. Regni huius, at secus esse attẽto iure communi Romanorum, quo scilicèt ferè viuunt omnes, qui Romano olim Imperio paruerunt, posseq; propterea ab ijs, qui extrà Regnum degunt, hæc, aut negari, aut deduci in controuersiam,

quinimmò etiam in Regno isto, in quo præiudicialia sunt sublata per *Constit. Si ciuiliter agens*.

Aduerto, non sic indistinctè accipiendum, quod iactatur de præiudicialibus sublatis in Regno, sed loqui, ac intelligi debere Cõstitutionem illam de præiudicialibus, quæ ad ordinem spectant, non ad iustitiam, & actionis carẽtiam (qualia esse, de quibus Nos hic, notabimus *infrà n. 127. & quæst. seq.*) vt loquitur *Affl. in d. Constit. nu. 7 & sub nu. 9.* & ex eo *D. Marcell. Marcian. cons. 4 sub nu. 10. lib. 1.*

Item quoad reliqua in promptu est resolutio, quandoquidèm apud omnes verum est, præuentorem ex præuentione non nisi liberationem cõsequuturum, nec aliud posse sperare, vt inquit *Freccia par. 9. quæst. 7. num. 40. vers. secundò*, & verbo isto *præiudicij* vsum fuisse constat ad rem hanc *Eruditissimum Rhenatum Koppinum de iurisd. Andeg. lib. 1. cap. 4. quæst. 9 num. 14.* ibi, *Tamen obligatorij instrumenti exequutio, non quasi præiudicium obstare debet illius rescissionem persequenti*, aptasseq; dispositionem præiudicialium nullitatis cõtractus quæstioni *Franc. Marc. dec. 44. sub nu. 3.*

51 Et à Romanorum legibus non abhorret, quòd priùs constet (vt dicta, & quæ dicemus inferiùs hic non repetamus) de obligatione, quam vt actio detur, ac permittatur ei, qui velit exigere debitum, cui ex præuentione lis mota est, & controuersia, nàm & *Diuus Augustus* dixit, inquit *Paulus in l. si vsumfructum 23. D. de liber. causa*, antè de matre constare oportere, sic deindè de filio cognosci, actionem etenim, & obligationem habere se vt matrem, & filiam, notanimus *cap. 1. sub nu. 50.* & sunt loca ad id aperta.

52 Censeoq; admittendam comparationem istam, aptandamq; legis huius dispositionem præuentioni, quamuis *glossa* id negare videatur *ibid. in ver. cognosci*, ex discrimine, quod posset cõsiderari, nã, vt dicit *glos.* si mater pronuncietur serua, nõ per hoc videtur filius seruus pronunciari, quod dicit probari per illam legem, & tamen actio creditoris extinguitur, aut denegatur, rescisso instrumento, aut nullo declarato, si præuentor ex iudicio præuentionis victoriam reportet, puto etenim, falsam esse *glos.* traditionem pro eo, quod pertinet ad Cæsaris, Diuiq; Augusti sententiam, prout refertur à *Paulo loco cit.* in verbis illis *ante de matre constare oportere, sic deindè de filio cognosci*, dictio enim illa, *sic*, demonstrat, in sententia Cæsaris non posse alitèr de filio censeri, quam iudicatum fuisset de matre, pendereq; filij, aut libertatem, aut seruitutem ex statu, qui iudicaretur in matre, vt sit sensus, quòd filius iudicetur, qualis & mater, aliàs etenim falsò rescripsissent *Seuerus, & Antoninus*, cùm in *l. si is, qui te heredem, C. ne de statu defuncti*, dixerunt, quòd quæri de statu filij non potest, nisi de conditione matris tractetur, vide tu tamen *tex. in l. ad probationem, C. de probat.* non etenim omnium exactam explicationem præuentio admittit, quæ de ea non sint expressa.

53 Quintò, facit pro sententia, quam defendimus, quia si cùm debitor communis molestatur, admittitur tertius ad impediendam exequutionem pro suo interesse, quàmuis in casu, quo debitor idoneus pro omnibus non sit, quia illius bona non sufficiunt pro omnibus creditoribus, vt consului diebus istis in causa Sanctissimæ Annunciatæ Terræ Iuliani subintrantis in processu Venerabilis Collegij Romani Reuerẽdorum Patrum Iesuitarum, contra Io: Marinum Tagialatela, in Banca Magnifici Francisci Tipaldi Actuarij assumpti in causis delegationis dictorum, & omnium aliorum Sanctissimæ huius cohortis, & Societ. Iesu Reuerẽdorum Patrum, & probat *D. Carleual tom. 2 de iudic. lib. 1. tit. 3. disput. 12. sub nu. 4. vers. si verò debitor*, vbi dicit, oppositionem istam admittendã, censendamq; iustam, quoniam vtriusq; creditoris interest, ne alteri soluatur, nam quod vni soluitur, alteri aufertur, & quod vnus lucratur, alter amittit, monens, non esse recedendum à conclusione ista, quam verissimam dicit *num. 13.* vndè contraria resoluit, quo pacto admittemus senten-
54 tiam illorum, qui tenent, præuentionem non impedire exequutionem instrumẽtarij & debitoris interest. vt probat *text. in l. si cùm legatur. § si Titio, D. de leg. 1. l. si debitor, in fine, D. de liberat. leg. l. si stipulatus esses, D. de fideiussor. l. postulante, in princ. D. ad Trebell.* non soluere, vt deindè repetat, nec sine maximis expensis, quod non sine grandi iactura solutum est, si tamen repetitioni locum faciat inopia, aut casus, qui præuẽto superuenerit, & magis si eo quoq; tẽpore adfuerit, quo exequutio concessa est ob debitum, quod forsan sine causa esset, & cõdictioni, ac repetitio-

nſ obnoxinm ex *l. Fullo, D. de condit. ſine
cauſa*.

Nec præiudicat his, quòd cautio offe-
ratur, qua Hiſpani Doctores, & Galli
periculo huic mederi putant, de quibus
infrà,& refert pro parte *Giurba dec.* 100.
num. 21. preſtat etenim,non cogi preuen-
torem ad ſolutionem,quàm illum ſubij-
cere periculo incertæ cautionis de reſti-
tuendo,iuxtà *l. pupilli* 6. *D. quod falsò tut.*
auth. l. cogi 16. *§. idem quærit,& ibi glo.*
ver. cautionis, l. qui ità 66. *§. etiam, D. ad*
Trebell. quibus ex medijs monitos velim
amicos,qui iudicant,ne fidant cautioni-
bus iſtis , caueantq; cùm res patitur à li-
berationibus pecuniarum,cùm caſus du-
bius eſt prætextu fideiuſſionum, poteſt
namq; creditor,qui dimittitur, aut fide-
iuſſor & decoquere, & decedere, & pro-
pter interuallum temporis non eandem
fidem habere, iuxtà *text in l. Carbonia-*
num. 3. *§. cauſa cognitio, verſ. finge eſſe*
teſtes, D. de Carbon. edicto, preſertim cùm
pecunia maxima cum facilitate expen-
datur,& non ſine maxima cum difficulta-
te recuperetur, vt obſeruat, & benè *Dom.*
Carleual loco cit. *ſub num.* 9. & pleniùs
Giurba omninò videndus ad rem hanc
totam *deciſ.* 55. *in fin. verſ. quia creditor*,
à quo petenda quædam relinquimus, &
notum eſt à noſtris fragile dici cautionis
præſidium, atq; cautelam apud *Vincent.*
de Franch. deciſ. 42. *num.* 4. *& deciſ.* 127.
num. 7. *&* 10. *Pancirol. conſ.* 82. *num.* 6. *&*
conſ. 86. *num.* 6. *Giurba dec.* 100. *ſub n.* 30.
55 Et ex his vti periculoſum cenſeo,ſi in-
troducatur, quod de contractu ſcripturæ
tertij, & eorum guarentigia ſcribunt Ca-
thalani Interpretes, referentes id ad ſtylũ
Senatus Principatus illius , quòd præ-
uentio non impediat exequutionem
illorum, contenti fideiuſſione ibi præ-
ſtanda, quorum numero ſunt *Michael*
Ferrer. primus ſtyli huius, & praxis obſer-
uator *part.* 3. *obſeru.* 107. *& obſeru.* 162.
ante fin. qui nulla tamen id lege confir-
mat, ſed teſtatur, hoc vidiſſe notatum in
margine cuiuſdam Conſtitutionis, *Iacob.*
Cancer. var. par. 1. *cap.* 17. *de appellat. ſub*
num. 29. *& par.* 2. *cap.* 3. *de inſtrum. gua-*
rentig. n. 19. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*
4. *glo.* 15. *n.* 82. & nouiſſimè *Acac. Ripoll.*
var. cap. 14. *n.* 502. *& nu.* 431. *de exequut.*
cenſ. qui ità iudicatum refert iunctis aulis
eo in Senatu anno 1547.

Puto tenendum , quòd preuen-
tio impediat exequutionem inſtrumenti
56 quàmuis guarentigiati, aut alterius be-
neficio, ac priuilegio vallati, & hæc opi-
nio canonizata eſt in Regno ex *ritu* 168.
in §. nota, illis in verbis, *tamen ſi ille , qui*
petit aduerſarium ſuum interrogari ſit
præuentus per citationem à dicto aduerſa-
rio ſuo, vt rumpat ei inſtrumentum illud,
ſuper quo petitur interrogatio fieri, tunc
non poteſt fieri interrogatio, niſi ſit finita
dicta cauſa ruptionis dicti inſtrumenti,
qua finita videbitur , ſi eſt locus interro-
gationi, vel non, & in *ritu* 189. ibi, *interim*
verò donec cauſa præuentionis pendet , nõ
procedatur ad interrogationem inſtrumẽ-
ti contra debitorem ipſum, quibus expreſ-
sè cauetur, vt pendente iudicio præuen-
tionis ſuperſedeatur in exequutione in-
ſtrumenti, fuitq; ità ſemper ſeruatum , &
menſibus elapſis fuit ità practicatum in
cauſa præuentionis mora ad inſtantiam
Vniuerſitatis Miani, contra D. Alexandrũ
Brancatium eius vtilem Dominum, con-
ductis etenim introitibus à Barone , ne
adueniente tempore moleſtarentur pro
affictu, in quo læſos ſe dicebant homines
Caſalis prædicti, inſtaretquè Baro nihi-
lominùs pro exequutione inſtrumenti,
Magna Curia decreuit, quòd expectare-
tur exitus cauſæ præuentionis, & decretũ
fuit confirmatum per Sacr. Conſil. vbi
57 cauſa nunc agitur coràm *D. Ioan. Fran-*
ciſco Marciano Regio Conſiliario digniſ-
ſimo, virtutum omnium numero, probi-
tate præſertim, & motum ſuauitate, ac li-
teris abſolutiſſimo, olim Aduocato cele-
berrimo, & qui poteſt *D. Marcellum* pa-
trem Regium quoq; Conſiliarium meri-
tiſſimum, & doctiſſimum referre, & ſupe-
rare meritis.
58 Et quòd præuentio apud nos impe-
diat, ſuperſederiq; faciat in liquidatione,
& vt patria vox eſt, in interrogatione ſu-
per tenore inſtrumenti, notant *Bernardi-*
nus Pandus de præſent. inſtrum part. 4.
declar. 19. *num.* 110. *Marinus Frecc. in*
eod. tract. p. 9. *n.* 1. *&* 2. ad quem ſe quoq;
remittit, ſed in *quæſt.* 2. huius 9. *part.* for-
ſan ex errore, & ad *Franc. Marc. deciſ.* 44.
& 45. *Aloyſ. de Leo in l.* 1. *nu.* 21. *& nu.* 33.
C. vt lit. pend. verſ. alij verò indiſtinctè,
ſed ipſe loquitur confuſiſſimè, *Annibal*
Troyſius in rit. 189. & ibi *Proſper Carau.*
num. 3. *& Conſil. Iacobus Anell. de Bott*
in 2. *addit.* incip *interim* , qui dicit, hoc
probari ex *Pragm. malitijs* apud Carolũ
Reg. de Tapia lib. 3. *iuris Regni ad ritum*
prædictum, *Idem Troyſius in Pragm. ma-*

*litiȷs,de præuent.moder.num.*1.*Io.Franc.*
Scaglionus in ritu 183. ſecundùm eius
computationem à *nu.*59. *Robertus Ma-*
*ranta in ſpec par.*6.*verſ.& producuntur*
*inſtrumenta num.*26. *Franc.Ant.de Iu-*
*dice Roberto de liquid.inſtrum. conſid.*4.
*num.*58. *D. Epiſcop. Io. Aloyſius Riccius*
*in collect.deciſ.*460.*incip.præuentio facta,*
*& in addit.ad deciſ. Afſl.*30.*in fin. Fran-*
*ciſcus Viuius deciſ.*204. *Io. Bernardinus*
*Muſcatellus in praxi S.C. lib.*2.*part.*1.
*glo.in forma, num.*94. *Horatius Viſcont.*
in ſuis concluſ ver.debitor, Ioann.Paulus
Galterius in praxi inſtrum.ver. fuerit ab
*eo præuentus, num.*2. *Floridus Mauſon.*
*lib.*1.*de exequut.quæſt.*2.*nu.*32.*D.Thom.*
*de Carleual de iudic.tom.*2.*tit.*3. *diſp.*14.
*num.*11. *& diſput.*16.*num.*24. neq; hoc
dubitationem in poſterùm recipere po-
teſt, aut deber in Regno iſto.
59 Idemq; procedere in Regno Siciliæ te-
ſtantur *Maſtrill.deciſ.*157.*à nu.*39.*Cenc.*
*de cenſib par.*2.*cap.*2.*quæſt.*5.*art.*6.*n.*31.
*in impreſſ antiqua, Ant de Amat.reſol.*36.
*num.*7.*Duard de cenſib.*§.2.*de cenſ ſolut.*
*quæſt.*24. *nu.*115.quibus iungendi ſunt
60 qui & prçuẽtionem illo in Regno admit-
ti teſtantur, etiã in debito bullari, quod
apud eos maximo eſt in honore, rigoro-
séq; ſeruatur, *Intrigl.de cenſib quæſt.*54.
num 6.*& quæſt.*65.*num.item* 6. *Milan.*
*deciſ.*7.*num.*2.*&* 3. *lib.*2. *Giurba dec.*44.
*ſub n.*3.*in fin.Carolus de Graſſ de except.*
*except.*12.*n.*2.
61 Vndè mirari oportet, quòd alitèr vi-
deatur loquutus *Mar.Giurba*,qui retulit
etiam deciſum *dec.*43.*& dec.*100.niſi di-
62 cas,inſtrumẽta illa fuiſſe iurata,vallataq;
pacto de non opponendo,quæ renuncia
tionem præuentionis continẽt,vt notant
*Maſtrill. deciſ.*14. *& deciſ.* 157.*num.*7.
*Amat. reſol.*57.*ſub num.*25. *Anton.de*
Virgil. de legitim perſon. in proœm. ſub
*num.*107.*Milanenſ. deciſ.*9.*lib.*2. *Giurb.*
*deciſ.*44.*num.*7.*Intrigl.deciſ.*2. *num.*1. &
alij, de quibus infrà *cap.*7 *de his, qui præ*
uent.in inſtrum. renunc. quod apparet
ex diſcurſu deciſionum illarum, nam ijs
in caſibus debitorem non poſſe præueni-
re,præuenientemq; non audiri,niſi ſolue-
rit, quod continetur in inſtrumento,ſcri-
bit *Graſſ. in prælud. de except. num.*246.
*Giurb.d dec.*44.*& Muta deciſ* 94.*n.*1.
63 Nám & impediri exequutionem in-
ſtrumenti guarentigiæ.ſeù ſtyli Curiæ cõ-
pulſoriarum, dicit deciſũ in Senatu Del-
phinali *Franc.Marc.deciſ.*44. qui & *dec.*
45.dicit,ex eo ſolùm, quòd pendet iudi-
cium ſuper nullitate, & reſciſſione con-
tractus debere interim inhiberi leuatio-
nem inſtrumenti, hoc eſt, vt non reaſſu-
64 matur in forma publica, & ſi fuerit groſ-
ſatum,poſſe peti, vt exhibeatur, quod &
poſſe, ac debere practicari in Regno iſto
non dubitarem,facta præuentione, ideſt
cùm aduerſus inſtrumentum prçuentum
eſt, quando & praxis obſeruat,factis præ-
uentionibus aduerſus apocas banci mã-
dari ad inſtantiam præuentorum, vt illæ
exhibeantur penès acta cauſæ præuen-
tionis, ne contingat moleſtari de facto
in aliena Banca,aut Curia illarum vigore,
qui præuenit, poſſitq; apoca præſtare
cauſam diſcordiæ,ex allegatis per *Franc.*
*Marc.d.deciſ.*45. ante *num.*1. & non pra-
cticamus hoc factis præuentionibus ad-
uerſus inſtrumenta, quòd impoſſibile ſit
ea actualitèr cancellari, dùm ſolent No-
tarij in prothocollis,iuxtà Regni Conſti-
tutiones inſtrumenta per extenſum tran-
ſcribere, tanquàm in albo, edictoq; per-
petuo,vt indè nunquàm, niſi tranſumpta
eruantur.
65 Idemq; apud Andegauenſes fuiſſe ſer-
uatum, quòd ſcilicet inſtrumenti obliga-
torij, & in quo authenticus anulus im-
preſſus erat, exequutio ſuperſederetur
pendente iudicio eius reſciſſorio placito
Curiæ 4.Kal.Ianuar. anno 1543.poſt fo-
renſem Patronorum diſceptationem, hoc
eſt partibus pleniſſimè auditis, refert
Eruditiſſ. *Renat.Kopp. lib.*1.*de iuriſdict.*
*Andeg.c.*4.*n.*14.
66 Eandemq; ſententiam (nè hic repetam,
quę de alijs Regionibus diximus expreſ-
sè *cap.*1.*in præfat. num.*15.) quòd obti-
nere debeat præuentio,& impedire exe-
quutionem,etiam attento iure commu-
ni,& apud gentium omnium nationes,ni-
ſi tamen contraria lex adſit, ſtatutum,
aut conſuetudo, probant poſt antiquio-
res *Soc.conſil.*78.*à num.*4.*verſic.ſecundò*
*principalitèr, vol,*3. *Eraſmus à Chochier*
*in tract.de iuriſd par.*2.*quæſt.*117.*nu.*10.
Coſta de remed.ſubſid.remed 126.*nu.*12.
& anteà *remed.*50.*num.*3. prout eum re-
fert *Anton.de Amato d.reſol.*36.*ſub n.*2.
vbi alios huius ſententiæ ſequaces cu-
mulat,præſertim *Paulum Caſtr.in auth.*
quæ ſupplicatio, quem adducit docẽtem
pro cauthela, quòd debitor præueniat,
verùm in libro meo *Caſtrenſ.* hoc non
dicit,ſed benè,quòd vidit ſeruatum Flo-
rentiæ, ſtatim præueniri libellis, vt exe-

quutio-

quutionem impediant sententiæ, & credo proponendo nullitates, si quas habeat aduersùs sententiam, vti deducitur ex traditis per *Carleual. d. disput. 16. sub nu. 25.*
67 Quam eandē sententiam puto ego ampliandam primò, vt procedat in omnibus, & quibuscunq; obligationibus, quacunq; superbiant exequutione parata, aut rigore, semper enim puto verum, quod *Bald.* monuit *in d. auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* quòd facta
68 nullitatis præuentione Iudex nō debeat esse velox ad exequendum, cùm dubium sit Iudici, refert, & sequitur *Amatus dicta resol. 36. nu. 2.* licèt namq; rigore donentur cuiuscunq; generis instrumenta, quia tamen vnica ratio illa, dote hac, donat, vt fraus absit, maneatq; commercium, cessare rigor ille debet, cùm vel instrumentum liquidum nō est, ad *tex. in l. si residuum 5. in fine, C. de distract. pignor. in l. pecuniā, quam 3 r. D. si cert. petat. & in l. si seruus 14. §. boue subrepto, D. de condict. furtiua*, aut exequi, fides publica non patitur, aliàs etenim priuilegia ad iniquitatem reducerentur, & traherentur ad iniuriam, quod iura negant expressè *in l. creditor, §. Lucius, D. mand. Roman. cons. 90.* incip. *viso themate*, vbi plenè.
69 Et quòd in qualibet obligatione, etiā Camerali, quę paratam habet exequutionem, si quid est liquidandum, necessaria sit liquidatio, nec antè vigore pacti posse agi, & sic accipi possessionem, fuit resolutum in Rota Romana coràm Pamphilio, in Monte Falisci bonorum die 25. Maij 1589, refert *Farin. in decis. nouiter nouiss. 785. cent. 8 nu. 4.* vbi subdit, pactum exe-
70 quutiuum debere intelligi, quando possessori, & debitori nulla omninò competerit defensio, secùs si competat, vel etiam si dubitari potest, an aliqua defensio possit competere, quia tunc debet possessor citari, vt doceat de iure suo, & per consequens debet impediri parata exequutio.
71 Qua ratione & sententias ipsas nō esse exequutioni demandandas, nisi facta liquidatione, docuit *Bart. in l. proindè, §. notandum, in fin. D. ad l. Aquil.* cum alijs apud *Gall. cons. 37. num. 5.* & fuit decisum me patrocinante pro possessoribus connentis ad instantiam Petri, & fratrum de Coppula, cùm etenim mandasset domi, me inaudito, D. Consiliar. D. Didacus de Mendiera, quòd conuenti soluerent ducatos 4500. iuxtà calculum q[illegible]endam vigore sententiæ, cuius exequutio præscripta erat, & desiderabatur ordo, quòd illa exequeretur, me tamen repugnante, dixi, non esse concedendam exequutionē sententiæ, de cuius viribus adhuc non constabat, & ità demùm censuit Sacrum Consilium; processus est in Banca Solatij, penes Andream Vitalem Scribam Sacri Consilij.
72 Probatq; prædicta ratio generalis, nàm cùm instrumentum, quantuncunquè publicum, dùm de eius viribus disputatur, nullam fidem facit, *Imol in l. 1. col. 1.* vbi etiam *Iasn. n. 10. Ruin. n. 43. & Hormanot. c. 38. de nou. oper. nunciat. Socin. cons. 166. num. 4. lib. 2. Ruin. consil. 128. num. 13. & cons. 37. lib. 4. num. 10. Osasch. dec. 129. num 7. Borgn. Caualc. decis. 46. num. 195. par. 1.* vbi subdit, præsumptionem pro instrumento, quòd verum sit, procedere, quando ei nihil potest opponi, aut nullas patitur, aut pati potest exceptiones, aliàs secùs, quod notabo inferiùs, & *Surdus* quoq; scribit *cons. 6 1. num. 1 44. & seq. Pareja* in infrà citando *§. 2 num. 17.* qui *num. 18.* addit, quòd si aduersùs instrumentum, quantumcunq; authenticum, aliqua opponatur exceptio, probatio ex illo resultans efficitur turbida, ex *Bart. in l si causa cognita num 4. & Alexand. num. 9. C. de transact.* ac alijs, quibus addendi sunt *Ruginell. de appell. §. 2 cap. 3. nu. 138.* quibus in locis *Rugin. & Surd.* etiam docent, quòd ex eo probatio per instrumentum non sit liquida, & clara, quia impugnatur, & exceptiones patitur, etiàm quòd exceptiones coloratæ sint tantummodò, & instrumētum offuscent, iuxtà not. per *Io. Andr. ad Specul. in tit. de excep. §. dicto, vers. sed an reus, Natta consil. 388. n. 4. Afin. de exequut §. 1. c 60. num. 6. Surd. consil. 141. num. 16.* vbi ait, quòd instrumentum suspectum de falso habetur pro falso, nisi eius fides alitèr cōprobetur, latè *Pareja de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. §. 2. num. 26.* vbi post *Capyc. decis 30.* & alios, quos citat, inquit, quòd in ciuilibus, & vt instrumento quantùuis authentico fides non adhibeatur, & probatio ab ipso deducta, nullum operetur effectum, sola suspitio falsitatis sufficit, & pro falsitate habetur.

Quotiès proponitur preuentū aduersùs instrumentū, & instrumēti quæstio pēdet, meritò exequutionē habere non debet,
73 quàmuis guarentigiatū, vt de instrumento, de cuius nullitate agitur, dixit, relata ad id decisione Rotæ Romanæ *Lancellott. de*

*attent.d.cap.17.par.2. num.*48. nàm si instrumento objiciatur, & in cõtrouersiam vocetur, res clara esse definit, inquit *Becc. conf.*52.*num.*92.& dùm lis est, vtrùm ego debeam tibi quicquam, hoc incerto cre-
74 ditori permittendum non est, vt à me exigat, quia nihil refert ad remorandam exequutionem, an certum fit non deberi, an incertum deberi, vt suprà dictum est, & pbat *tex.in l.qui promisit* 48.*& in l.sufficit* 56.*D.de condict.indeb.* vbi scriptum est, ex huiusmodi incertitudine non solùm impediri exactionem, sed & indici conditionem, vti aduertit *Ant.Fab.definit.*10. *tit.*10.*lib.*4. *Codic.nu.*8.*in allegat.* reassumens, quòd is, cui liberatio est in pendenti, conueniri interim non potest, dictantibus iuribus, oportere debitorem priùs conuinci, quàm ad solutionem vrgeri, in *l.vnica.C.de probib sequestr. pec.in l.negantes,C.de act. & oblig.* monetq; *Rota* apud *Farin.decis.nouitèr nouiss.*785.*n.*6. *cent.*8.suntq; similia de quęstione pendéte, ciuis an quis sit, vel comitatensis, vt interim ad officia adstringi non debeat, inquit *Bald.in l.*3.*n.*2. *C.quando prouoc. non est necesse.*

75 Et in hoc, puto ego, fundasse Rituum dispositiones, qui praxim M.C.V. à dmiserunt ab initio, vndè & ritus formati fuerunt, de quibus *num.*56. dùm facta pręuentione prohibitum legimus, exequi in, strumenta, quousq; præuentionis causa decideretur, quod & sentire videtur *Freccia d.quæst.*7.*num.*6.ex irrefragabili doctrina *Alex.* qui *cons.*53.*col.*3. *in* 4.*vol.* scribit, quòd cùm instrumentum dicitur posse præsentari, intelligitur, vbi ab initio constat, esse publicum, & liquidum, quod quidèm verificari non potest, quotiès per principalem petitionem nullitatis, instrumentum patitur quęstionem sui ipsius, nàm & illud neq. publicum censeri potest, neq; liquidum, dùm pars contra instrumentum tergiuersatur, vt ex *l.Marcellus,D.de offic.Præsid.* aduertit, & cum iudicio *Marinus loco* cit. qui addit, porrecto libello super nullitate principalitèr, actori esse fauendum, de quo tamen Ego dubito, etiam facta præuentione in forma pręscripta à Ritibus, & Reg.Pragmatica, ex dictis *cap.*1.*quæst.*1.*num.*42. maximè si *Marini* dictum ità absolutè accipiendum erit, prout ipse putauit.

Arridet etenim magis ad ritus mentē, & verba, quod repetit *sub num.*21. quòd scilicèt instrumentum cùm exequi pręcipitur, debet esse instrumentum, ità vt de hac qualitate debeat constare ab initio, sed quando instrumentum est nullum, non dicitur instrumentum, vt dicit *Ias.in d.l.*4.*§.condemnatum,D.de re iud. in princ.* nàm ad hoc vt conueniat legis dispositio, eius verba debent ad hoc adaptari, *l.*1.*§.*1. *D.de magistr.conuen.*

76 Vndè cauendum erit ab ijs, qui tradūt, posse contra eum, qui præuenit fieri sequestrum, vt creditum ponatur in tuto, cum decisa causa præuentionis constet de non iure præuentoris.

Rectiùs etenim putant, qui credunt, præuentorem, quousq; conuincatur temerè præuenisse, & pendente iudicio pręuentionis, pro debitore haberi non posse, ex dictis præsertim *nu.*45. & consequentèr creditorem, contra quem præuentio facta proponitur, non contineri appellatione creditoris, quod latiùs probabimus intra isto *capite q.*6. nàm nec debitum dici potest, aduersus quod est præuētum, idq; oritur ex fideiussione præstita probat *tex.in l.*5.*in princ.D.de solut*, ex quo scribit post *Bor. hob. in tract. de oblig.cap.*3. *num.*3. *Heringius de fideiuss.c.*15.*n.*109. obligationem sub satisdatione contractam non ampliùs puram esse.

Nec obstat, quod est obiectum de cautela creditoris, tùm quia cautione concēta est *Pragmatica Malitijs* de soluendo debitum, & pœnam in casu succumbentiæ, tùm quia solet cautio esse medicina sequestri, quamuis ordinari ex decreto Iudicis, vt est iuris vulgati apud *Hering. de fideiusson.cap.*15.*nu.*21.*Ludouic.decis. Lucens.* 51. *Mausen. de exequut. lib.*1. *ampl.*37. *num.*35. estq; in praxi certissimum.

77 Vt hinc cessare debeat argumentum, quod peti potest ex prouisione *Pauli in d.l.ordinata* 24.*D.de liber.causa,in §.fiis, qui,& in §.sed si quis*, quàmuis namq uè dubiæ libertatis censeri debeat, qui præuenit, cùm possit & vincere, & vinci, nihilominùs talem eum haberi facit adiunctum cautionis, quam *Paulus* idcircò requisiuit *locis* citatis, vt nimirùm cautus redderetur, qui iudicium debebat expectare, quod plenissimè consequitur, qui ex præuentionis iudicio fineuliris, cogitur expectare, prouiso per Pragmaticā de fideiussione.

78 Maximè cùm sufficiat, semel fuisse cautum tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, inquit *Sebastianus Medices de reg.*

iuris, reg. 4. num. 39. par. 1. Alex. Raudens. in tract. de analog. lib. 2. cap. 11. num. 21. Hering. de fideiussor. cap. 13. n. 3. Mauson.
79 *de exequut. ampl. 28. num. 3.* qui inde deducit, Officialem finito officio non esse carcerandum, si cauit in principio de patendo syndicatui officio finito, ex *Paride de Puteo in tract. de syndic. in §. fideiussor Officialium, cap. 1. n. 5.*

80 Quàmuis putem, rectè prouideri per causæ Commissarios, si procedant ad sequestra, cùm simul videant, & præuentiones calumniosè intẽtatas, & cautum euidentèr non esse ex fideiussione præstita, tàm attenta facultate præuenientis, & syndicandi, quàm fideiussorum, qui solent tales, vt plurimùm esse, vt desperandum sit de credito, si eorum vires attẽdantur, & patrimonia, quæ nulla sunt, fideiubent etenim, qui sciunt, ipsos esse indemnes, si aut Ecclesia aliqua eos receperit, aut creditor sat sit pro illos alendo in carceribus, ità fidunt praxi, qua vtimur de alendis carceratis pro debito ciuili, si inopes se dicant, ex deductis per *Aluarum Valascum consult. 1. nu. 8.* qui hoc negat, & benè, quotiès locus est cessioni bonorũ.

Velim tamen in hoc Iudices se prudẽtèr gerere, nè causam eorum agant, quotiès apertè nimis de fideiussionibus istis censuerint ad Pragmaticæ, & Rituũ prouisiones eludendas, præsertim, vt Actuarijs fauisse videantur, quorum interest, quòd sequestra mandentur, & fiant, vt cauti sint de fideiussionibus, quarum pericula vendunt grauissimis acceptis sportulis, nè dicã, maximis cũ extorsionibus.

Secundò cauendũ erit ab ijs, qui putãt,
81 pro eo presertim, quod pertinet ad ius, & praxim Regni huius, quòd si Iudex videat, præuentiones dolosè fieri, quòd exequutionem retardare non audeant, vt in materia præuentionum aduertunt *Cancer. & Fontan. locis* citatis *nu. 322. & nu. 27.* ac alij apud *Ruginell. pract. quæst. cap. 19. num. 3.* vbi dicit, preuentionem impedire exequutionem, si in promptu constet de iustitia preuentionis, secùs si nullitas proposita contra instrumentum altiorem requirat indaginẽ, hoc etenim vult dicere, quod explicat verbis illis, quod nullitas euidens sit, & patens quòad omnes eius effectus, quia quod nullum est, nullum præstat effectum, & non entis nullę sunt qualitates, *l. si aut nullum, C. de legit. hæred. l. non dubium, C. de legibus, Leius, qui in prouincia, D. si cert. pet.* notans id ex *Barz. decis. Bonon. 39. n. 40.* & de exceptione[m] opponente in genere *Asin. de exequut.* *§. 3. cap. 29. n. 3. & Thes. dec. 26. n. 2. in fin.*
82 Censeo etenim, suam causam agere, si talitèr Iudices practicent, teneriq; illos in syndicatu, & insupèr nullitèr iudicare, etiam ex defectu iurisdictionis, vt videbimus *infrà num. 122.*

Primum probatur, quia iudicant, talitèr censentes, contra ritus expressos Magnæ Curiæ Vicariæ, quos in specie obseruare cum legibus Regni iurant in ingressu officij.
83 Secundũ, quia qui contra leges iudicat, nullitèr agit, nec solùm iure communi in *l. non dubium, C. de legibus*, sed ex particularibus Regni Sanctionibus, ex quibus
84 habentur vt nulla decreta, & sententię & propositio nullitatum admitti iubetur, si contra legis casum expressum, siuè iuris communis, siuè municipalis pronunciatum appareat, aut contra scripturas publicas, *in Pragm. 4 de dilat. n. 20.*

Et vtrumq; suadent, ac probant, quæ *Antonius Freccia* ponit apud *Marinum* Filium *d. quæst. 7. nu. 15.* & anteà *in q. 1. eiusd par. 9. n. 16. & 22.*
85 Atq; hinc suspectam habui semper decisionem, quæ exijt in causa Federicj Canalis Actuarij M.C.V. & D. Ramundi de Cardona in Banca Io. Thomæ de Palma, Scriba Collino, referente integerrimo, doctissimoq; tunc Iudice Domino *Alexandro Rouito* Magni illius, semperq; venerandi, ac nunquàm pro meritis laudati Regentis *Scipionis Rouiti*, filio dignissimo, similitèr ex patria mea, vbi ortus est, antequàm pater domum hùc transtulisset, & fuit in sua familia probitate morum, atq; iustitia melior, cuius anima requiescat in pace, nàm cùm facta præuentione per dictum de Canale creditor citasset super tenore instrumenti, præsentauissetq; debitor Curia pro Tribunali sedente acta præuentionis, & testes, quos examinari curauerat in termino, quia tamen apparebat de iniustitia preuentoris, quanquàm ipse allegaret, nõ potuisse tũc videri de iustitia præuentionis, sed expectandum exitum, & interim supersedendum in actu interrogationis, & liquidatione, nihilominùs censuit M.C. esse procedendum ad interrogationem, & ad cõdemnationem, seruata forma Reg. Prag-
86 maticæ, quæ tunc nouella erat, excogitata à *D. Regente Rouito*, qui temporibus illis per multos dies in Curijs liquidatio-

num vacauerat, vt liquidaret quodam
instrumentum, cuius creditor erat vti
Auus, & legitimus administrator eius
(ex Ferdinardo filio Duce Castri Sara-
cenorum,& eximio, eodemq; eruditissi-
mo I.C.) nepoti,& forsan tœdio affectus
Pragmaticam illam edi, publicariq; cu-
rauit,quæ nunc est 8. *sub tit. de liquidat.*
instrum. quam rigorosam nimis censuit
Sacrum Consilium,non vna vice, & Col-
laterale Consilium pluriès,eamq; vnani-
mitèr sibi persuasisse totum Sacrum Cō-
silium nimis duram esse,& acerbam, pu-
blicèq; exosam, & interim dùm non an-
tiquatur intrà suos proprios cancellos,
ac fines esse circumscribendam, refert
Dom. Arius de Mesa lib. 3. variar. cap. 45.
nu. 5.
87 Nàm & factis quoq; probationibus, ēt
quòd ex illis deprehendi posset, præuen-
torem iniustum esse, nihilominùs præuē-
tio impedire debet liquidationem, donec
diffinitiuè in causa prçuentionis pronun-
cietur ex dictis, & probant tradita per
Frecciam loco nupèr relato *sub num.* 17.
dùm Ritus id inhibēdo mandant, inhibi-
tionem namq; verba relata mihi in ritu
suadent,& tradita per *Farin. decis.* 94. &
88 *decis.* 701. vbi dicit, Iudicem à quo, cui est
inhibitum, non posse cognoscere, an in-
hibitio fuerit iusta, vel iniusta, quia per
inhibitionem sunt ligatæ manus Iudicis
à quo, quod & tradit *Lancell. d. cap.* 17.
præsertim *nu.* 68: & post alios *Io. Gutierr.*
de iuram. confirm. par. 1. *cap.* 2 *sub nu.* 24.
circa fin. quod canonicè dictum existi-
mo, ne Iudices sub isto Clypeo ritus, &
inhibitiones contemnant, vt iniustas.
89 Vltrà quòd nec ex factis in termino
probationibus potest semper iniustitia
dijudicari, sicut nec iustitia, cùm possit, si-
cuti præuentus, aut alitèr cōuentus pro-
ducere instrumenta contra probationes
factas, & alia opponere ad impugnandam
probationem factam, vt dicit *Angel. in l.*
Pomponius, de re iudic. & ibid. Imola, not.
Frecc. d. quæst. 7. *sub nu.* 32. vbi allegat ad
hoc *glo. Io. Andr. Abb. & Bened. de Barz.*
ità poterit, qui præuenit, aut quomodoli-
bèt agit, præsertim nè ad imparia iudicē-
tur actor, & reus, vlteriùs se defendere,
vel scripturis, vel nouis terminis, si tales
sint, qui præueniant, quibus beneficia
competant, qua ratione examinanda
tamen infrà *suo loco* dicebam in qua-
90 dam facti contingentia, tempus pu-
blicationis statutum in *Pragmat. malitijs*,
de præuent. moder. intelligi debere, de tē-
pore, quo nihil aliud produci potest, aut
speratur, quàmuis attēta mente Pragma-
ticæ prædictæ aliud foret seruandum, &
sic attenta litera, quod explicabo alibi,
cùm de Pragmatica ista agam ad verba
prædicta.
91 Et in dubio præsumenda semper iusta
præuentio erit in Regno, attēta Pragma-
tica prædicta, qua præueniri non potest,
absq; fideiussione de soluendo debitum,
& pœnam, solet etenim iustitiam actus
præsumi facere in præuentore promissio
pœnæ, nàm oderunt peccare mali formi-
dine pœnæ.
92 Secundò amplia, id procedere, quam-
uis durante lite super præuentione vene-
rit dies solutionis, nàm nec poterit à cre-
ditore molestari, qui præuenit, expectat
etenim ritus finem causæ præuentionis,
& dùm mandat, quòd finita causa præuē-
tionis videatur, an sit procedendum ad li-
quidationem, vel non, interim prohibet,
ne procedatur ad vlteriora in causa ad
instātiam creditoris, vt & dicit *Ritus* 189.
Quarè pessimè egisse *Visicont.* puto cū
in suis concl. ver. debitor, qui summ. fol. 46.
in fin. in cōtrouersiam hoc deduxerit, al-
legatis ad id positis per *Afflict. dec.* 30. *nu.* 5.
quòd illum retulerit *Natta in cons. Alex.*
221. *vol.* 2. & addiderit *Vinc. de Franch.*
dec. 670. *in fine*, de quibus agemus *infrà*
cap. 3. *de temporibus præuent. instrum.*
quæst. 1.
93 Tertiò amplia, etiam quòad literas cā-
bij, vt & illarum exequutio pendente iu-
dicio præuentionis debeat impediri, ni-
hil enim impedit, quominùs in illis vi-
geat præuentio, & probatur, quia si, vt di-
ctum est, præuentio locum habet, & im-
pedit exequutionem instrumenti publi-
ci, debet quoq; impedire exequutionem
literarum cambij, cùm & illæ vim habeāt
publici instrumenti, vt ex *Rota Romana*
deducit *Io. Maria Nouar. collect.* 1. *ad tit.*
Pragm. de liter. cambij, num. 2. vbi subdit
ex decisione *Rotæ Genuæ* 124. quòd lite-
ræ cambij habent vim publicorum do-
cumentorum.
Nec me mouet ab his statutum, quo,
vti refert *Dufino Biturgiensis in decis.*
Rotæ Bonon. diuers. 70 creditori vigore
literarum cambij satisfaciēdum sit, iuxtà
formam illarum, omni defensione remo-
ta, omniq; beneficio iuris, quem ad effe-
ctum, quęcunq; exequutio realis, & per-
sonalis conceditur.

Misso

Miſſo etenim, quòd ſtatutum illud lo-
cale extrà locum vrgere non poteſt, dato
tamen ſtatuto illo, quia per illud nõ cor-
rigitur ius commune, neq; ſublatæ ſunt
exceptiones, ipſam exequutionẽ modifi-
cantes, vt *Bart.* habet *in l ſiusus, verſ. quæ-
ro quid ſi ſtatutum, D. quod cum eo, Ca-
nar. de exequut. inſtrum. q. 28. n. 62. Barz.
de guarentigia, cap. 16. Color. in tract. de
proc. exequut. cap. 1. nu. 89. & 125. par. 4.*
94 quibus ex iuribus dixit *Nouar. in tract.
de dat. in ſolut. quæſt. 18. num. 5. ſect. 3.*
ex ratione illa, quòd datio in ſolutum
modificat exequutionem, vt ait *ibid. n. 6.*
95 quòd tale ſtatutum non impedit, quin
debitor vigore talium literarum cambij
gaudere poſſit beneficio dationis in ſo-
lutum ex *auth. hoc niſi debitor, C. de ſo-
lut.* ex dicta *deciſ. Duaj.*
96. Multò minus videtur, ſubſtiliſſe præuẽ-
tionem, quæ nunquàm ſublata intelligi
debet, niſi conſuetudine, & moribus, aut
ſtatuto ſublata proponitur, *Amat. reſ. 57.
n. 25.*

Erit tamen (vt & id non taceam hoc
loco) pro viribus, vt & vidit quoq; *Lan-
cell. loco* infrà cit. *ſub nu.* 154. reſtringen-
da conſuetudo, cùm dubia eſt, aut lata
nimis, & fugiendum, ne moribus intro-
ducatur, introductaue ne inualeat, quæ
mandat, quòd pendente iudicio præuen-
tionis, eaq; non obſtante procedatur ad
interrogationem, & inſtrumenti exequu-
tionem.

Tantùm abeſt, vt tàm de facili admit-
tam, quod plerіq; tradunt, valere nimirũ
conſuetudinem, aut ſtatutum, quòd non
obſtante præuentione exequi debeat in-
ſtrumentum, ſunt etenim talia reſcripta,
ſtatuta, aut conſuetudines exorbitantia,
vt fatetur *Lancellott.* contrariæ ſententiæ
aſſertor *d. cap. 17. n. 153.* quàmuis *nu. ſeq.*
dicat valere, & ſi namq; ſim talis, qui ſciã,
97 aut ſcire debeam, ſtatutis, aut conſuetu-
dinibus iſtis differri, non tolli defenſionẽ,
idq; permitti paſſim, non tamen mihi ne-
gabit quiſquis etiã mediocritèr edoctus
ſit, quòd nullitas defenſio eſt, vt *Bald.* no-
tat *in l. 1. C. de iur. & facti ignor. in princ.
verſ. & ex prædictis collige, & in l ſcire
oportet, §. vltimo, de excuſ. tut.* & neminem
cogi debere, vt alio in tempore ſe defen-
dat, quàm quis patitur vim, iniuriamq;
propulſare natura docetur, tẽporis ete-
nim ratio, non vno iuris noſtri in loco
conſideratur ad vim vi repellendam, &
ſatago, an ex tot, qui contrarium adſtruũt
aliquis præuenerit vnquàm ex cauſa iu-
ſta, vt credere par eſt, & toleranter admi-
ſerit contra ſe fieri exequutionem, nõ ex-
pectato exitu præuẽtionis, quàmuis cau-
tio. & quidem ſuperidonea offerretur de
reſtituendo, quod ſoluere recuſabat, con-
ſideratis his, quæ poſuimus à *num. 54.* &
alijs, quæ ideò omitto, quia nolo eſſe in
re aperta longior, ne videar magis ha-
buiſſe rationem alienæ inſcitię, quàm no-
ſtræ in ſtudijs diligentiæ, vt aliud agens
ſcribit *Petrus Crinitus de honeſta diſci-
plina lib. 23. cap. 6.* item, quia ſatis probat,
98 quòd qui differt, negat, magnum exem-
plum hoſtilitatis, quod tradidit *P. Sem-
pronius Bleſus* Tribunus plebis, enim, vt
eſt apud *Petrum Aerodium rer. iudicat.
lib. 10. cap. 30.* nõ negandum triumphum
cẽſuit *P. Cornelio Naſica* Conſuli, qui cũ
Boiorum exercitu ſignis collatis egregiè
pugnauerat, ſed differendum (quàmuis
fruſtrà interceſſiſſet) donec iuſſus eum
legionibus redire in Prouinciã, Ligures
quoq; ſubijceret, prætextu, quòd niſi illi
cogerentur in ius, ditionemq; Populi Ro-
mani, ne Boios quidèm quieturos, ſpe-
rans, niſi conijcio malè, poſſe *Scipionem*
triumpho carere, ſi aut victus Romam è
Liguria remeaſſet, aut interim deceſſiſſet.

Hinc ſi lege, vel ſtatuto, aut conſuetu-
99 dine caueretur, quòd præuentio non im-
pediat, niſi factis probationibus, iiſq; re-
leuantibus, vt eſt ſtatutum Romæ *in no-
uis Vrb. ſtatutis ſuper cauſ. ciuil. execut.
inſtr.* & præueniens offerret, ſe inconti-
nenti probaturum, præuentio impediet
exequutionem inſtrumenti, ex traditis
per *Canar. loco* citato *ſub nu 49. & Lan-
cell. de attent. d. par. 2. cap. 18. num. 33.* qui
100. docent, quòd cùm ad impediendam
exequutionem ſententiæ per petitionem
reſtitutionis in integrum cauſa reſtitu-
tionis debeat eſſe euidens, & euidens eſſe
nõ poſſit, niſi de ſe appareat, & incõtinẽti
apparere poſſit, vt explicat poſt *Bald.* quẽ
ſic intelligit *Canar. nu. 49.* exequutio de-
bebit impediri, ſi qui petat, offeratq. ſe
incontinenti probaturum, monentque
Canar. & Lancell. vt cautus debeat eſſe
petens reſtitutionem, quòd offerat ſe in
promptu probaturum, quam cautelam
adhibendã cenſeo *in principio huius nu-
meri.*

101 Præſertim cùm præueniri contingat
aduerſus obligationem Cameralem, cu-
ius exequutionem impediunt propoſita
nullitate, niſi illa clara ſit, & euidens, a

pro-

probatione non indigeat. hocq; est, quod
requirit obligationis huius rigor, vt vidit
*Gallef. & ibi Zachias de obligat. Camer.
q. 3. art. 2. & seq. Ludou. Postius in tract.
de manutent. obser. 62. sub nu. 12. Farin.
decis.* 807. *nouiter nouiss. nu.* 5. *Rugin. d.
pract. q.* 19. *nu* 5. *in fin. Ludou. decis.* nuper
citanda, & alij passim, non quod aduersus
illam præueniri non possit, vti censuit in-
distinctè *Camil. Borrellus in 2. tomo sum-
mæ decis. tit. de instrum. liquid. sub nu.* 92.
ex *decis. Rotæ Romanæ* apud *Ludouis.*
postmodùm Gregorium Pap. huius no-
minis Decimumquintum, quòd nimiru
tèr fuerit decisum, præuentionem nò im-
pedire exequutionem obligationis Ca-
meralis, *in decis.* 198. *sub nu.* 7. in recolle-
ctis per *Farinac. ex impress. Taurin.* quã-
uis corruptè illam alleget *Borrellus* pro
decis. 98. nàm & decisio illa probat, præ-
uẽtionem impedire exequutionem obli-
gationis huius, si verba diligentèr exci-
piantur, quibus postquàm retulit fuisse
dictum, quod & refert quoq; decisum
Farin. d. decis 807. restitutionem in inte-
grum post petitam exequutionem obli-
gationis Cameralis non impedire illius
exequutionem, si restitutio requirat al-
tiorem indaginem, & exceptio inconti-
nenti probari non possit, & quòd ità tèr
fuit decisum per Rotam Romanam addit,
nec minus si fuisset præuentum, quasi, quod
ratio decisionis non erat reposita, quòd
post petitam exequutionẽ restitutio pe-
tebatur in integrum, nam etsi antè fuisset
petita, non ob hoc Rota à decisione re-
cessisset, sed tenuisset idem, quotiès facta
præuentione, causa, ex qua præueniretur
incontinenti probari non potuisset, sed
altiorem indaginem probatio requisi-
uisset.

Idq; patet, vel ex *decis Putei* 281. *lib.* 2.
ibi citata, quæ hoc nõ dicit, & dispunctis
alijs ibi relatis, qui videndi sunt, vel quia
102 obligatio Cameralis, quàmuis eius
proprium sit habere exequutionem pa-
ratam, & non admittere, regularitèr lo-
quendo, nisi exceptionem solutionis, fal-
sitatis, & pacti de non petendo, vti notat
Cassiodorus decis. vnica, nu. 2. *de mut. petit.
Gallef. in* 4. *par. oblig. Camer. q.* 1. *num.* 2.
tamen cùm vulnerata est, via exequutiua
locum nõ habet, vt resoluit Rota die 28.
Iunij 1599. cuius mentio est in *decis.* 57.
num. 1. *nouitèr nouiss. apud Farin cent.* 1.
Vndè ad obligationem Cameralem, etiã
existentiam crediti probari debere, do-

cuit Rota apud eundem ***Farin. d. cent.*** 1.
decis. 44. ***nu.*** 1. obstareq; ei exceptionem
adimplementi non sequuti, vt est apud
eundem *ibid. in decis.* 90. *nu.* 4. impedirìq;
illius exequutionem per causam, ob quã
reus soluere non tenetur, retulit post ***Soc.***
& Alb. Iacobus Gallus d. cons. 37. *num.* 6.
qua si vera sunt, nescio, quo pacto præ-
uentio nõ impediet obligationis Came-
ralis exequutionem, si causas contineat,
ex quibus impediri iàm sat, latèq; proba-
103 tum est, quando præsertim præuentio
non nisi modus est, per quem quis causas
dicat, proponatq; ex quibus non teneri
contendat, in nihilo mutato causæ priui-
legio, ex qua præuentio fiat, & ideò nihil
priuilegio obligationis Cameralis desit,
104 quod hoc, vel illo modo quis iura sua
proponat, quàmuis examini subijci pos-
sit, ac debeat propositio quòad euiden-
tiam exceptionis, nam id intelligi debet,
si per modum exceptionis quis tentet
impedire exequutionem obligationis iã
petitæ, vt aliud esse debeat, si per viam
præuentionis, & sic actionis quis id agat,
& antequàm exequutio petatur; nàm tũc
nõ tenebitur incontinenti probare causã,
ex qua præuenit, prout exceptionem, per
cuius oppositionem exequutio obliga-
tionis Cameralis, non impeditur, cùm
105 altiorem requiret indaginem, vt suprà
dictum est, & docuit ***Seraph. decis.*** 1455.
num. 2. ***& Farin. decis. posthuma*** 780. ***sub
num.*** 12. ***lib.*** 1. vbi addit, exequutionem
obligationis Cameralis non retardari,
quando tertius se opponit, prætendens,
bona, in quibus fit exequutio ad se spe-
ctare, non autem ad debitorem, nisi cla-
rè, & incontinenti doceat de iure suo, ad
notata ***in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, D.
de re iudic.*** quod statutum iustissimum
est, & vtinàm adesset in Regno illo, in quo
ex ista exceptione, quæ frequentissimè
opponitur ad impediendas res exequu-
tas multa accidunt, quæ reformatione
indigerent, non etenim prouisum est om-
106 nibus ex pœna duc. 12. contrà illam
calumniosè indictam à *Prag.* 44. ***de offic.
Magistri Iustit. num.*** 4. quæ neq; exigi-
tur, vidi etenim multotiès ità oppositũ,
& nunquàm punitus oppositor, nec dicas,
quia forsan aliquid probauit, quàmuis nõ
plenè, quia, vt plurimum, nihil oppositio-
res deduxerunt, bene verum est, quòd
nunquàm vidi protestatum de pœna, aut
petitum, quòd exigeretur, quamuis spe-
ctaret id ad Iudicis officium.

107 Verùm & isto casu an, & quando possit, qui creditor est, prohibere, ne præuentor probet, aut audiatur, vide quæ scribimus *infrà cap. 7. de his, qui præuentioni in instrumento renunciarunt*, ex *Anton. de Amato d. resol. 36. n. 16.* & alijs.

108 Quartò amplia, vt præuentio impediat, siuè præuentio totum debitum respiciat, siuè partem, dummodò pro ea tantum parte instet præuentor, quæ deducta est in causa, ac libello præuentionis, idem etenim ius, quod præstat impedimentum pro toto debito, si pro toto præuentū est, optima ratione, & pro parte te iuuabit, ex vulgari regula, idem ius est de toto quòad totum, ac de parte quòad partem, *l. qua de tota, D. de rei vindic.*

Posse namq; præueniri aduersus instrumentum pro parte, si pro ea exceptio debitori competat, & indebitum allegare velit, ne quis de hoc dubitet, probant dicta per *Bald. cons. 124. per tot. lib. 5. Tusc. lit. P. conclus. 047. num. 7. & Ruginell. in tract. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 138.* & ità practicauimus in causa Caroli Ciccarelli, cum Liuia eius sorore, & Mariæ Amodio eius matre, cuius causæ est Commissarius Dominus Aloysius Gamboa, qui postquā primarij Aduocati munus obijsset, summa dexteritate, & bonitate, nunc miro omnium cū applausu in Reg. Consiliarij dignitate detinetur, promouēdus, vt speratur, ad primos dignitatum Regni apices, & gradus.

109 Quintò amplia, vt prò ea parte, pro qua præuentum est aduersus instrumentum neq; vrgeri possit, qui præuenit vigore pacti exequutiui, & pro hoc est solemne *consilium Bartholomæi Socin. 78. lib. 3. nu. 3 & 4. & nu 7.* quicquid contra *Socin.* consilium hoc iactet, & malè *Freccia d. q. 7. num. 23.* vbi quòd *Socin.* non concludit benè, & quòd authoritates sunt contra ipsum de directò, puto etenim magis, quā cū *Freccia* in hoc, & in multis sentiendum cum *Socin.* qui loquitur, & debet intelligi (prout Nos loquimur hic) cùm nunquàm priùs fuisset exequutum instrumentum, nàm si exequutū quandoq; fuisset, aut exequi cœptū, aliud forsitan esset, secundùm *Ruginel. d. pract. quæst. 19. à num. 7.* quod nos examinabimus *infrà quæst. 4.* cum *D. Reg. Sanfelic. decis. 312. à num. 5. Lancellott. de attent. d. cap. 17. n. 59. Giurba decis. 100. à n. 15. & à num. 36. & decis. 103. per tot. Amat. resolut. 36. Rebuff. locis* citatis *Cancer. lib. 2. var. d. cap. 3. de instrum. guarent ig. num. 27. Gutterr. de iuram. confirm. par. 1. cap. 2. sub num. 23. vers. quintò potest saluari*, & alijs.

110 Sextò, vt idem seruari debeat, quāmuis præuentor in prima instantia succubuerit, modò à sententia fuerit appellatū intrà legitima tempora, iuxtà sententiam quam tenet, licèt cogitabundus *Consil. Carleual. de indic. d. disput. 14. num. 21. vers. verùm de hac sublimitatione*, de quo tamen agemus *cap. 14. de pœnis eorum, qui tem. erè præuen. quæst. 4.*

111 E confirmantur hæc omnia, si verum erit, exequutionem instrumenti trahere secum carcerationem debitoris, quod extrà omne dubium statuendum est, tàm in Regno, in quo est *Ritus* expressus *166.* vbi *Caranit.* latissimè, & probat *Freccia d. quæst. 7. sub num. 11. vers. sed prædictis vlteriùs*, qui & idem repetit ex Genitore *ibid. sub n. 17.* quàm Florētię, vbi & id statuto cauetur, vt refert *Dec.* infrà cit. *cons. 73. sub nu. 1.* vbi dicit, posse incipi etiam

112 à captura personæ ad voluntatem creditoris, quod & in Regno admittitur indies absq; scrupulo, & carcerationem dicere exequutionem irretractabilē, quod similitèr videtur indubitatum ex *Bald. in l. 1. C. de in integr. rest. postul. Mauson.* qui *lib. 1. de exequut. q. 1. sub nu. 14.* ait, quòd carcer dicitur ignominia facti grauans cū irretractabili præiudicio, *Monter. decis. 9. num. 55. Cancer. var. lib. 3. cap. de sent. & earum exeent. nu. 139.* qui indè deducit, quòd decretum incarcerationis, hoc est, ordo de carcerando habeat vim diffinitiuæ, eò quòd contineat magnum grauamen, & irreparabile, quia licèt carceratus possit, & vbi declarata sit iniusta carceratio, carceratus habeat actionē pro damnis, & iniuria contra illum, qui eum carcerari fecit, vt probat idem *Cancer. lib. 2. var. cap. 14. de procurat. num. 15.* incommoda tamen supportata, vt scribit ipse, ob malam mansionem, & infamiam, quā irrogat captura, non sunt ex toto reparabilia, *Dec. cons. 73. num. 1.* qui dicit, carcerationem ignominiosam esse, & non posse retractari, quod probat violentia, quæ personæ infertur ex captura, *cap. vt famæ, § vlt. de sent. excommun. l. pleriq; D. de in ius voc.* vt omittam, ex tactu violento iniuriam affici debitorem, quod & *Dec. ibi* notat, quāmuis postea videatur velle cōtrarium *in versic. quartò, & postremò*, & forsan non ità benè, quanquàm eum se-

quatur

quatur *Frec. loco* citato *nu.* 12. post modernos, quos allegat, quia captura semel facta, tolli non potest, quin facta sit, argumento *l. in bello, § facta, D. de captiu. cap. si Paulus* 32. *q.* 5. cùm etenim exequutio est irretractabilis, communissima omnium sententia est, quod pendente lite super rescissione contractus, non debet permitti exequutio, præsertim in personam, quamuis fideiussio præstetur in casu succumbentiæ, nullo etenim modo potest restitui aduersus id, quod quis ex carceratione sentit, dùm non potest quis restitui aduersus carcerem, hac etenim ratione, quod tunc impediri debeat exequutio, dixit *Bald. in l. si feriatis, C. de ferijs, Soc. d. cons.* 78. *num.* 7. *lib.* 3. *Anton. Canar.* qui loquitur de exequutione instrumenti pendente restitutione in integrum *in tract. de exequut. instrum. q.* 21. *num.* 48. *circa fin. post Bald. in l. vnica, C. de in integr. restit. postul. Paul. de Castr. in l.* 4. *§. condemnatum, col. vlt. vers. item prædicta vera, D. de re iudic. Dec. loco* cit. *Renatus Koppin. d. lib.* 1. *de iurisd. Andeg. tit.* 4. *cap.* 42 *sub num.* 14 *in margine. Sebast. Vant. in tract. de nullit. rubr. quot, & quib. mod. nullit. nu.* 32. *Io. Gutierr. de iur. confirm. par.* 1. *cap.* 2 *sub nu.* 10.

113 Confirmat item prædicta, quòd quãdo dubitatur, si clericus, qui petit admitti ad beneficium *cap. Odoardus*, debeat admitti, nec ne, pendẽte discussione, carcerari non debet, *Brun. de cess. bonor. q.* 2. *princip. Ann. cons.* 124. *num.* 12. *Graff. de effect. cleric. effect.* 6. *num.* 16. *D. Ricc. dec.* 181. *par.* 2. *Mauson. de caus. exequut. limit* 4. *Nouar. de dat. in solutum sect.* 2. *q.* 13. *n.* 3.

114 Et quod dictum est de exequutione irretractabili semper habitum est pro vero in Tribunalibus istis S. C. & M. C. V. quàmuis non ageretur de carceratione, aut alia iniuria personali, & lis non esset ex iudicio præuentionis, nàm & quotiès simplicitèr actum est de vendendo bona exequuta, vigore instrumenti, aut obligationis, de cuius nullitate dicebatur, sumusq; nullitatis appareret ex instrumẽto, aut ex actis, licèt namq; fuerit quandoq; mandatum, quandoq; permissum, quòd procederetur ad exequutionem, fuit tamen datus ordo semper, quòd supersederetur in venditione bonorum exequutorum, ex rationibus, de quibus suprà *n.* 97. & apud *D. Carleual. d. tom.* 2. *tit.* 3. *disp.* 12. *sub nu.* 9. ità etenim se iudicasse refert *D. Regens Sanfelic. decis.* 312. *sub num.* 10. & fuit multotiès in M. C. practicatum, atq; practicatur in dies, & quod magis est, *D. Reg. Sanfelic.* agit de instrumento iam liquidato extrà Ciuitatem, quia etenim ex lectura instrumenti cõstabat nullitas exequutionis, non enim, vt subdit ipse, erant proprio nomine obligati ij, contra quos fuerat exequutum, sed nomine Vniuersitatis, & exequutio facta fuerat in bonis proprijs, habuit exequutionem pro nulla, & indè decreuit, esse procedendum ad expeditionem causæ ad instantiam correorum carceratorum, qui eadem exceptione se tuebantur, & quòd supersederetur in venditione exequutionis, & tamen, an quis teneatur de proprio, cum apparet, se obligasse nomine, & ad beneficium Vniuersitatis, non est nullitas cõ-
115 tractus, sed respicit iustitiam, an teneatur proprio nomine, vel secus, & hoc fuit semper iudicatum pertinere ad iustitiam, vt audiui multotiès ex ore Virorum in muuere iudicandi consummatissimorũ, & ex notoria iniustitia non admittuntur nullitates in Regno, nisi iniustitia sit contra casum legis expressum, & contra publicam scripturam in actis existentem, & præsentatã priusquàm iudicaretur, prohibente iure municipali, de quo *in Prag.* 4 *de dilat. nu.* 20. ibi, *che non si possa dire de nullità ex notoria iniustitia, se non in due casi, &c.*

Et quod nullitas in casu vltimo loco relato non impediret exequutionem habuit M. C. pro absoluto, ad relationem D. Io. Baptistæ Musceptulæ Iudicis meritissimi, ac de praxi M. C. optimè meriti, vtpotè qui per annos quindecim vel circa, muneri huic assiduè vacauerit, & vacabit, quousq; ad Maiora promoueatur, si ex meritis sperari potest, prout semper debuit, in causa particularium Terræ Sancti Donati cum Capitaneo Francisco Carrara, quàmuis iudicauissent, esse supersedendum in venditione bonorum exequutorum, vigore obligationis penès acta incusatæ, ex causis suprà relatis.

Dubitaui tamen non semel de dicto, quòd tunc exequutio iniusta sit, & non nulla, ità vt ex ea non posset dici de nullitate, dixi etenim, iniustitiam esse, sed quæ causaretur nullitatem, etiam attenta Pragmatica relata, sed de his alibi, si dederit Dominus.

Hæc habui, amice Lector, quæ traderẽ, vt poteram breuius ad confirmandam

affir-

affirmatiuam sententiam, quam vti verissimam probo, & in omni cœtu sequendam, reliquum est, vt cōtraria sternamus.

116 Sed non obstat primum, quòd præuentio dicatur exceptio litis pendentiæ, & quòd exceptio litis pendentię non obstet, cùm agitur exequutiuè.

Falsum etenim est imprimis præuentionem esse exceptionem, vt dictum est *cap. 1. quæst. 2.* in definitione *n.* 52.

117 Et deterius est, quod applicatur de paritate præuentionis ad pendentiam litis, differunt etenim ità, vt admittā, quod est in cōtrario de pendentia litis, quòd nō impediat viam exequutiuam, & non obstet, cùm agitur exequutiuè, iuxtà tradita per *D. Reg. Sanfelic. d. dec.* 312. *& D. Carleual.* qui latè *d. tit.* 3. *disput.* 14. vbi casus distinctos habes, & Doctores materiam tractātes, prohibet namq; etiam inhiberi M.C. & ab ea auocari causas instrumentales, et sub prætextu, quòd lis pendeat in S.C. *Pragm.* 8. *sub tit. de liquid. instrum. in* §. 4. negamus tamen, præuentionem non impedire, quam & impedire iudicatur in dies, & ità esse iudicādum, quotiès accidit, præsertim in Regno.

118 Probatur verbis *rituum* 168. *&* 189. necessitatem arguentibus in Iudicibus, coram quibus præuentum proponitur, & partibus disceptantibus in iudicio præuentionis, ac impossibilitatem in actu, si tentetur contrarium, vt & indè Regni leges explicatæ remaneant, & argumenta non desint ad fundandam sententiam, quam probamus, pro eo, quod attinet ad assumptum, quod fecimus, præuentionē nimirum impedire exequutionē instrumenti, etiam attento iure Regni huius.

119 Dicit etenim *ritus* 168. *in d.* §. *nota* ritum mandantem liquidari instrumentum practicari hoc modo, quem dicit notandum ibi, *nota, quòd ille ritus isto modo practicatur per ipsam curiam*, vt indè aduerti debeat, nō simplicitèr fuisse commendatum, aut iussum supersedimētum in liquidatione, & interrogatione facienda vigore, & super tenore instrumenti, aduersus quod est præuentum, sed quòd certus ordo est datus, qui practicatur per Curiam, eminēti quodam modo, ac specifica prouisione, illaq; notanda descriptus.

120 Loquitur postmodùm ritus per dictionem, *tamen*, in verbis illis, *videlicèt licèt instrumētum sit liquidum, & omnia concurrant, quæ in eo continentur, tamen si ille, qui petit aduersarium suum interrogari, sit præuentus, &c.* vt indè aduertatur, omninò aduersari dispositioni ritus, qui ex liquidiate instrumenti petat, aut permittat exequutionē, dictionē etenim *tamen*, aduersatiuam esse, poniq; seu applicari aduersatiuæ dispositioni, notat *Bald. in consil.* 195. *num.* 11. *vers. secundò ex natura, lib.* 2. qui *nu.* 12. subdit, dictionem istā ex sui natura restringere omnia præcedentia, vt indè dignosceretur, quòd ex verbo isto Ritus voluerit, liquidationem sui natura deficere debere, quotiès præuentum esset aduersus instrumentum.

121 Idq; inculcant verba, quæ sequuntur in ritu ibi, *tunc non potest fieri interrogatio*, quandoquidèm dictio, *tunc*, adiecta reperitur dispositioni, quæ, vt probabimus *infrà* euadit conditionalis, quo casu denotat extremitatem temporis, vt primò conditio debeat esse, quàm dispositio aliquid efficiat, vt *Ancharan.* docet *consil.* 354. *nu.* 3. & pleniùs *cons.* 356. *nu* 5. *Roland. à Valle consil.* 56. *à num.* 18. *Dec. cons.* 63. *num.* 2. *& ibi Addit.* alios cumulat, obseruat *Tuscus*, qui multa ad materiam *lit. D. concl.* 390.

122 Augentq; necessitatem in eo, quod addunt, *tunc non potest fieri interrogatio*, nàm & hinc prohiberi Iudicem procedere ad interrogationem facta præuentione, inductamq; impossibilitatem, & præcisam necessitatem supersedendi, probat adiectis medijs *Marin. Freccia d. part.* 9. *q.* 1. *à n.* 20. *ad* 24. vbi scribit verba hæc, & alia prohibētia procedi facta pręuētione, dirigi ad Iudicē, eiq; tunc ex præuētione tolli iurisdictionem, vt ibi per eum, non .n. animo est transcribere, quę ipse ponit.

123 Et esse in ritu dispositionē conditionalē, probāt dictio *nisi*, & ablatiuus absolutus, ibi, *nisi sit finita dicta causa ruptionis*, & ibi, *qua finita*, probat pro parte *Marin. loco cit. num.* 18. *& num.* 25. & nos obseruauimus apud *Nouar. de dat. in solutum sect.* 2. *q.* 15. *num.* 40. ac deducemus *infrà cap.* 10. *de satisf. præuent.*

Nec impedit, quòd *ritus* 189. vtatur

124 verbo, *interim*, ibi, *interim verò donec causa præuentionis pendet, &c.* & dictio *interim*, dicit pendentiam apud *Signor.*

125 *cons.* 189. *num.* 1. & dictio. *donec*. non importat conditionem, sed terminum temporis, vti *Bald* notat *consil.* 415. *in prinæ. lib.* 5.

Nàm quia dictio, *donec*, cum verbis, quibus iungitur in ritu respicit inchoa-

tionem liquidationis, importat conditionem, maximè, quia apponitur ad suspensionem actus interrogarionis, & suspensio est incerta, ibi, *donee causa præuentionis pendet*, vt vtrumq; docuit *Bar. in l. 1. à num. 15. vers. & quaro de dictione, D. de condit. & demonstr.* item, quia dictio, *donee*, in ritu isto apponitur à lege ad limitationem dispositionis, quo casu importare conditionem extinctiuam ipso iure, scribit *Bart. loc. cit.* cuius opinionem sequitur, & dicit communem *Tiber. Decianus cons. 108. n. 19. lib. 3.*

126 Hæc quòad Iudicem, necessitatem, quam præmisimus, & impossibilitatem, quòd verò impedimentum quoq; præbeat ritus litigantibus ipsis, constat, quia præuentus prohibetur sub pœna procedere ad interrogationem, ex verbis illis in *d. ritu* 189. *Interim verò, donec causa præuentionis pendet non procedatur ad interrogationem instrumentorum contra debitorem ipsum, iuxtà ritum per nos superiùs expressum. & ipso facto puniatur creditor eo casu pro qualibet vncia debita ad tarenos auri sex, dicta curia applicandos pro medietate Fisco, & pro reliqua medietate parti.*

127 Et ne cadat dubitatio, an ritus sola pœna esset contentus, quod satis pugnat cum dictis, aduertẽdum erit ad id, quod *Freccia* scribit *d. par. 9. q. 1. sub num. 13. vers. primò quia ritus*, quòd scilicet ritus stante præuentione videtur denegare actionem parti, vt non possit instrumentũ præsentari, & si eam non tollit, negari nõ potest, quòd illam suspendat, quod nos explicabimus *quæst. sequent.* vbi videbi-
128 mus, an pendente iudicio præuentionis possit præuentus citare præuentorem super tenore instrumenti, vel ad recognoscendam apocam.

129 Quarè cauendum erit à dictis de pendentia litis, quòd non obstet, cùm agitur exequtiuè, pro eo etenim, quod ad præuentionem attinet, termini non sunt pares, neq; possunt applicari doctrinę eorũ, qui docent, aduersus iudicium exequtiuum non posse opponi de pendentia litis in iudicio ordinario, præsertim quia pręuentio non præsupponit iudicium extare, aut exequtiuum, aut ordinariũ, quia tunc præuentio non diceretur, quæ iudicium reperit ante se, sed dicit iudicium motum, cùm quis molestari dubitat, non autem cùm molestatur, vndè dicimus, præuentionem esse actionem propositã aduersus instrumentum ante diem petitæ exequutionis instrumenti in definitione, *d. q. 2. cap. 1. nu. 30.*

130 Et si detur, exceptionem esse saltem, cùm de ipsa opponi contingat, ad impediendam citationem, quę forsitan sequatur super tenore instrumenti, nulla facta mentione de præuentione, exceptio ista non erit declinatoria, vt putant nonnulli ex *loco Freccia* relato, sed peremptoria, & quæ impedit litis ingressum, vt videbimus *quæstione tertia*, vbi & de decisione relata in causa Federici Canalis differemus, quæ in contrarijs posita est *n.* 85

Secundò, non obstat secundum obiectum de exequatione sententiæ transactæ in rem iudicatam cum instrumento aduersus quod est pręuentum, misso etenim, quod de veritate opinionis circa impedimentum ex nullitate proposita aduersus sententiæ exequutionem dictum est, & dicemus, cùm *Innoc.* traditionem examinabimus.

131 Exequatio in hoc de sententia, & instrumento non procedit, quia cùm exceptio nullitatis, ex qua pręuenitur, exceptio peremptoria sit non militat eadem ratio in oppositione quòad sententiam, & quòad instrumentum, quinimmò & instrumentum in hoc melioris conditionis est, maioriq; fauore dignum, quàm sententia, contra sententiam namq; debuit, & potuit opponi ante sententiã nullitas, si aderat, & cùm iudicium vertebat, atq; ventilabatur, vt aiunt ex *l. peremptorias, C. sent. rescind. non posse.* at cùm non quidẽ petitur exequutio, sed præuenitur antequàm petatur exequutio instrumenti, indulgendum est præuentori, circa impedimentum exequutionis, si nullum tẽpus habuit, aut permittatur habere, in quo proponat iura, quæ habet aduersus instrumentum, ità *Raphael Cumanus in l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic.* refert, & sequitur *Alexand ibid. num. 17. & seq. Socin. dict. consil. 78. sub num. 5. Maranta apud Gramm. consil. 95. nu. 29. & disput. 6. num. 27.* quæ est eadem cum *cons. Gramm. Lancell. d. cap. 17. n. 25.* estq; communissima omnium sententia, nec ab ea recedit *Gutierr. d. cap. 2. nu. 23.* nàm si rectè inspiciatur, firmat sententiã communem, qui scribit, & aduersus sententiæ exequutionem admittendam nullitatem, quæ in cursu causæ opponi non poterat, quod non contigisset.

Et mihi, si liberum est iudicium, vi-

tur

detur pessimè sentire, quicunq; putet sententiæ terminos applicare instrumentis, aduersus quæ præuentum est in nullitate examinanda, habet etenim sentētia sem-
132 per præsumptionem, quòd iusta sit, vt probat, missis pro nunc locis iuris nostri vulgatis *pragm.4. de dilat.num.23. in fin.* ibi, *contro vna sentenza data, per la giustitia, & sollennità della quale se presume*, & hinc, qui appellat prior agit, & loquitur, censuere namq; maiores, non alitèr examinari debere sententiam, quam si quærelæ tales sint, vt mereant perpendi, constatq; sententiæ validitas, quandocunq; non rectè oppugnatur, nam & stare debet, quod semel Senatus censuit, si aliqua ex ratione non prohibeatur, diuersum verò ius est in instrumenro, de quo non militat scriptum *in l. vlt. C. de rei vindic.* non quæritur de iure possessoris, cùm non constat de iure petitoris, habet namq; instrumentum præsumptionem ex confessione, cùm in dubium non reuocatur, certaq; est ex iure debiti causa, at cùm erronea confessio dicitur, & extorta, incertumq; an debeatur, quod continetur in instrumento, audiri debet, qui se deceptū, aut læsum allegat, & quousq; iniustus iudicetur, ac temere opponēs cogi non debet, iuxtà superiùs exposita, præsertim *sub n.34.* & probat *Pareya de instr. edit. tit.1. ref.3. §.2. n.17. & seqq.*
133 Quòd si substines exequationem instrumenti, & sententiæ, nec vanum erit idem asserere, nam si datur restitutio in integrum aduersus rem iudicatam ex instrumentis de nouo repertis (vt noua subnectamus) *l. sub prætextu, C. de transact.* notat *Fulgos. cons.181. in causa Antonij, vers. circa secundum, Castr. consil. 257. in causa, quæ vertitur, col.2. lib.2.* vbi quòd datur quoq; restitutio ei, qui vel ignorauit solutionem factam, vel instrumentum solutionis, vel si sciuit, fuit impeditus habere, & producere, vt nūc mittamus, quæ elegantèr, doctè, & copiosè tradit *Salicet. in l. iudicati, C. si ex nouis instrum.* non video, qua ratione aduersus instrumentum audiri non debeat, qui debere cùm appareat, non debere contendit, quia vel soluit, vel deceptus, & ignoranter se debitorem scribi passus est, & plerumq; falsò talitèr scriptum est, aut ex metu cadente in constantem virum, & tamen nō deterioris conditionis sententia debet esse instrumento, quod sententiæ æquiparatur.

134 Nisi velis, (quod prorsus indignum est) deferendum magis esse Notario, quā Senatui, & Scribæ potius, quàm Iudici, his etenim instrumenta constant, & sententiæ, nec guarentigia aliud est, quàm præceptum, quod Notarius scribit, facitq; parti, vt seruet, & redigit in mundum, ad futuram rei memoriam, vt *Angelus* notat in *d. §. condemnatum, sub nu.4. & in l. si Iudex, num. item 4. D. de re iudic.*
135 Detur ergo, me Iudice, vt supersedeatur quoties præuentum est in exequutione instrumenti, quicquid rigor instrumētorum opponat, maximè cùm dolus allegatur, quandoquidèm, etiam stante statuto, quòd contra sententiam nulla admittatur exceptio, nisi solutionis, prout est Parmæ, datur restitutio propter dolū perentis, contra sententiam, vt scribit *Io. de Imola cons 37. per tot.* & notat *Tuscus lit. R. concl.29. n 26.*

Moueorq; ad talia, vltrà iàm dicta, præsertim ex duobus.
136 Primò, nàm fallax potest esse iudiciū, quod non expectato exitu præuentionis fetretur, repugnantibus dictis per *D. Reg. Rouitum*, quàmuis aliud agentem *in cons.88. lib 2 num.2.* vbi fallaciam esse dicit, si opponatur pendente iudicio per viam principalis petitionis contra instrumentum, quod instrumentum habet præsumptionem contra se, & pendente iudicio super validitate, vel inualiditate contractus dare exequutionem contractui, præsertim si coràm diuerso Iudice petatur exequutio instrumenti. & facta præuentio proponatur, puto etenim, rectius esse si mandetur, quòd expectetur exitus iudicij præuentionis, quod in casu suo mandatum refert ab initio, *D. Reg. Rouit. loco cit.*

Secundò, quia nō video, quòd aliquid negotij faciant Doctores allegati in contrariū, te legata namq; decisione *D. Præsidis* nostri *de Franchis* ad *quæst.4. infrà hoc titulo*, vbi materia decisionis illius examinabitur cum *Giurba dec.100.*

Sigismundus Scaccia, qui non solùm *loco* relato inter contrarios, sed & *lib.1. de iudic. cap.22. num.14.* vbi se citat *in tract. de sent. & re iudic. glo.14. q.10. sub num.21.* tenet, præuentionem non impedire exequutionem, particularem non expectat cōfutationem, dùm ei sat, superquè responsum est ex dictis, sed ità loquitur sub *nu.21.* de præuentione non consideranda ex parte debitoris, sed crediro-

ris, vt terminos confundisse videatur materiæ, quam agimus, & loquitur, vt apparet ex scriptis per eum in hoc articulo, præsertim *a nu. 26.* contra praxim, & terminos communes, vt alibi videbimus, dante Domino.

137 Secundò, *Innocent.* qui causam dedit edicto, vel allegari nō mereretur, vti inconstās, quod sibi peculiare vitium, ideò fuit, vel quòd senectute confectus scripsit, & maximis implicitus negotijs, vel quòd scribebat, dum librum imprimeret, sic etenim vnam, & eandem rem, atq; materiam ponit in diuersis locis, & vt obseruat quoq; *Abbas ad rubr. decretal. in 1. colum.* vario modo loquitur.

Contrarium namq; docuit in *cap. cùm olim, de dolo, & contum.* & hoc in loco à multis sectatus est, quos cumulat post alios *Gutierr. d. cap. 2. nu. 18. & Couarr.* qui hoc vltimum *Innoc.* dictum dicit magis receptum *cap. 24. pract. quæst. num. 5.* cum alijs, quos cumulauimus *alibi*, & nūc omitto, quia parùm ad rem nostram ex suprà perpensis, maximè cùm per multos numeros doctrinæ *Innoc. in d. cap. cùm in iure* satisfaciat *Gutierr. loco* citato, & *Lancell. d. cap. 17. d nu. 9.* & quatènus rem nostram agat, respondet satis *Anton. de Amato* cit. *resol. 36.* vbi post *Bald.* quem allegat sub *num. 2.* dicit, vel *Innoc.* hoc non dicere, quod pertinet ad quæstionē nostram, vel falsum dicere, quod vltimum puto verissimum ex dictis.

Sed & *Angelus* nec obstat, contrarium etenim multi tenent, quos similitèr *Gutierr.* laudat *ibid. n. 11. vers. sed his non obstantibus.*

Itē quia *Angel.* mouetur pro eo, quod attinet ad rem nostram ex mente *Innoc. in d. cap. cùm in iure*, & *Innoc.* nec sibi somniauit contrarium, quando detur, factam fuisse inhibitionem à lege, prout est in casu nostro, qui & pro nobis stetit, quotiès Iudex inhibuerit, quod & *Angel.* fatetur *loc. cit. in fin.*

138 Et demùm, quia *Angelus sub num. 3. versic. immò est casus*, mouetur ex *text. in l. vlt. C. de ord. cognit.* vbi casum dicit de directo contrarium in vltimo responso, & *text.* ille, ni fallor, nihil prorsus ad rem pertinere potest, cuius verba sunt, *Cùm autem nec dùm lite de statu mota res ab aliquo direpta sint, & sententia de restituenda possessione rerum lata, ille ne huic sententiæ satisfieret de statu controuersiam mouit, necessitatem habebit, & sine satisdatione easdem res reddere, & tunc causam liberalem secundum iuris ordinē exercere*, agit etenim *text.* de eo, qui siluit semper, & quousq; impeteretur de re restituenda, & post latam de negotio sententiam, qua cognitum quoq; esset, & iudicatum, rem ad aliquem pertinere, ad quē ne perueniret extrinseca status quæstio, & causa moueretur, à quo omninò deuiat, vt pro parte vidit *Socin. d. cons. 78. sub n. 4. vers. secundò principaliter dico*, q ex præuentione prætenditur, supponitur namq; quis non impetitus, non condemnatus, qui de libertate contendat, & per tempus, in quo creditor dormiat, quinimò ex causa, quæ potest ex instrumenti figura infirmitatem contractus ostendere.

139 Et legem illam non probare contrarium eius, quod asserimus, & sic non probare id, ad quod allegatur, notat post *Bald. ibi num. 5. vers. vnum scias, Iulius Cæsar Ruginellus, pract. quæst. d. cap. 19. num. 4.* quod deducitur quoquè quia qui præuenit, iustam causam habet contradicendi, vt probant, quæ scribit *Socin. d. consil. 78. num. 7. & lex vlt. in cit. responso, C. de ord. cognit.* scripta est pro-
140 pter præsumptionem calumniæ, quæ erat contra agentem de nullitate, vt constat ex verbis illis, *ne huic sententiæ satisfieret*, vt aduertit post *Imol. in d. §. condemnatum Gutierr. d. cap. 2. num. 19.* qui subdit, quòd regulariter cessante calumnia erit censendum cum *Innoc. in d. cap. cùm olim*, ità concordante contrarias *Innocent.* sententias *Addit. ad Roder. Suarez in l. post rem iudicatam, D. de re iudic.* quod & *Angel.* notat *in d. §. condemnatum.*

141 Postremò non obstant *Bald.* & *Tusc.* locis similitèr citatis *num. 27* isti etenim supersunt, & *Rebuffus*, nam reliqui loquuntur attento stylo, consuetudine, ac lege, & ideò reprobari non possunt, vt de *Paulo de Castro*, loquente de consuetudine Florentiæ, dicebat *Lancell. d. cap. 17. sub num. 89.* qui *num. 91.* scribit de Hispanis, quòd loquantur attento iure Regio in Hispania.

Sed & *Bald.* minùs instè allegatur, misso etenim responso, quod habes à nobis *cap. 1. q. 1. sub num. 52. vers. retento q; hoc themate*, vbi diximus, cauendum à *Tusco*, qui *Bal.* retulit, ne repetamus eadem.

Dictum *Bald.* recipi ità debet, vt intelligatur de conuento vigore publici in-

strumenti, qui cùm non posset ex statuto excipere, velit exceptionem proponere agendo, dicit namq; *Bald.* non alitèr cogendum soluere, qui taitèr præuenit, quã qui excipit.

Nàm aliis dictum illud conuincitur esse falsum ex deductis in tota quæstione ista.

Et ità intellecto *Bald.* cauendum erit ab ijs, qui indistinctè illum referunt, & sequuntur, *Carthar decis.22.nu.11. Cancer par.3.variar.cap.1. de act. & obligat. num.54. Giurba decis.44. num.8.* nàm
142 præuentio remedium est, ideòq; adinuẽtum, vt in eo prosit, ad quod exceptio non sufficit pro impedienda instrumentorum exequutione, cuius rei testis est locuples idem *Giurba d.decis.44.num.1. &*
143 *nu.3.* vbi post alios docet, denegatis à statuto exceptionibus, denegatam non dici præuentionem, quod & *Azeuedus* asseuerat post alios, quos citat *in d.l.1. num.144.tit.21.lib.4.recopil. & Galter. in praxi instrum. verbo fuerit ab eo præuentus, sub num.2. vers. dixi, circa finem,* addendi alijs relatis *c.1.q.2.n.52.*

Remoto autem *Bal.* facilis est *Rebuffi,*
144 & decisionum, quas ipse refert, explicatio, loquitur enim pendente simplicitèr rescissione contractus, non cùm præuentum est, & hoc in casu dedi manus alijs sentientibus cum *Rebuffo.*

Item loquitur hic per viam prouisionis, hoc est ex æquitate, vt interpretatur *Giurba d.decis.100.sub num.40.* & attenta æquitate probatum est, cautius agere Iudicem, si præuentionis euentum expectet, & exitum, quando tamen instrumẽtum exequutum alias non fuit.

145 His resolutis videamus, an obstet, quod dicebamus, posse prohiberi præuẽtorem, ne præueniat, ex adductis *n.29.*

Et puto erroneum id prorsùs esse, cõuinciq; ex Doctoribus citatis *dict. cap.1. num 52.* & suprà sæpiùs, & ex adductis per *Giurb. d. decis.44.num.1.* & ante *nu.3.* quos per te videre poteris, si libet.

SVMMARIVM.

1 *Citari præuentor an possit super tenore instrumenti, aut illi mandari, quòd recognoscat apocam, aduersus quam est præuentum pendente iudicio præuentionis, & num.4.7. & 20. & num.21. Vnde negatiua, ac num.23. & num.31. Vbi quòd aliàs processus est nullus, exploso* Galterio *num.32.*
2 *Præuentus facta præuentione, quarè debeat instare, quòd præueniens condemnetur ad contenta in instrumento, & n.56. & 59. & n.78.*
3 *Sententiarum forma, cùm præuentores succumbunt in causa præuentionis recensetur, & n.77.*
5 *Interrogatio fieri non potest super tenore instrumenti, nisi præcedat citatio, & num.8*
6 *Præuentio non datur, vbi citatio præcessit super tenore instrumenti.*
9 *Monitiones olim ad sententiam quomodò fieri solebant, & quomodò nunc fiant.*
10 *Citatus super tenore instrumẽti si præuenerit, allegata præuentione supersederi facit in liquidatione, & interrogatione, quousq; discussa causa præuentionis cognoscatur, si maliitiosè præuenerit, vel secùs, & tunc qualitèr procedatur.*
11 *An contra ipsum incusari possit prima contumacia, & supersederi in secunda.*
12 *Præueniens debet esse præsens in curia tempore publicationis in causa præuentionis, & quarè.*
13 *Creditor præuentus, cui liquebat de præuentione, an teneatur ad pœnam, ad quam fuit præueniens condemnatus propter contumaciam in non allegando præuentionem à se factam aduersus instrumentum, super cuius tenore citatur.*
14 *Victus non tenetur victori ad expensas, in quibus ex propria culpa, siuè contumacia incurrit.*
15 *Procurator non recuperat à Principali pœnam, quam ex suo delicto passus est.*
16 *Debitor licèt præuenerit suum creditorem ad sibi cancellandum instrumentum, tenetur comparere, si creditor ipsũ faciat citare super tenore eiusdem instrumenti.*
17 *Si non compareat, an possit reputari cõtumax, condemnari, & cõtra eum exequi, & num.42. & 45. Quamuis in eodem Tribunali fuisset facta præuentio, num.19.*
18 *Quilibet citatus tenetur comparere, & suas exceptiones allegare.*
22 D. Prosper Carauita *laudatur.*
Quid sibi, & quarè debeatur, ibid.
23 Bernardinus Pandus *maximus Grammaticus.*

Quid

Quid de verbo præuenire sentierit, & quomodò, ibid.

25 Cassiodorus vir inter Barbaros latinissimus.

26 Præuentione facta tollitur iurisdictio Iudici procedendi in causa liquidationis instrumẽti, aduersus quod est præuentum.

27 Citatio est fundamentum ordinis iudiciarij.

28 Specialitèr requiritur in causa liquidationis instrumenti.

Instrumentum non exequitur, absq; citatione, ibid.

29 Actio parti denegatur liquidandi instrumentum facta præuentione.

Sine actione nemo permittitur experiri in iudicio, & reum vexare, ibid.

30 Præuentio facta inhabilitat personam petentem exequutionem instrumenti.

Creditor antequàm citare faciat debitorem super tenore instrumenti debet se habilem probare, & habere personam legitimam in iudicio liquidationis, ibid.

33 Ritus 168. explicatur contra Carau. intellectum, & n. 54.

34 Interrogatio cùm prohibetur facta præuentione, prohibita intelligitur citatio super tenore instrumenti, per quam peruenitur ad interrogationem.

35 Prohibito aliquo, prohibetur omne id, per quod peruenitur ad illud prohibitum.

36 Matrimonio prohibito, prohibentur spõsalia, & quarè.

37 Electione prohibita, prohibetur postulatio, quia per eam peruenitur ad electionem, estq; ei coniuncta.

38 Citationis super tenore instrumenti forma describitur.

39 Interrogatio, & citatio super tenore instrumenti, quarè fieri non possit facta præuentione.

40 Res efficitur dubia per negationẽ partis.

41 Actori principalitèr porrigenti libellum super nullitate an, & quando fauendum sit.

Fauor nõ amittitur reo competens, quòd prosequatur vt actor exceptionem, quã deduxit, ibid.

43 Iudex an suppleat allegationem præuentionis coràm ipso facta, si ab eo petatur citatio super tenore eiusdem instrumẽti, aduersus quod est præuentum.

44 Actiones, quarum principium est impeditum, nunquàm deducuntur in esse.

45 Citationes super tenore instrumenti non expediuntur, nisi Iudex viderit instrumentum, & quarè.

46 Citari nemo potest de iure Castellæ, cũ nomine alieno producitur libellus, nisi prius exhibeatur mandatum subscriptum ab Aduocato.

47 Citationes in Regno vt expediãtur, quid, & qua pœna seruare debeãt Actuarij.

48 Supplicationes coràm Spectabili Præside S.C. non leguntur, lectæq; non recipiuntur, nisi subscripta ab Aduocatis, & qua de causa.

49 Præueniens si citetur super tenore instrumenti, an fiat contra charitatem.

50 Præuentor an, & quãdo possit impediri, ne discedat à loco iudicij, in quo præuenit.

51 Iudex curare debet, ne partes grauentur expensis, aut pericula subeant.

52 Citatio super tenore instrumenti an, & quando sit frustratoria, vel secùs, facta præuentione, per quam est supersedendum in liquidatione.

53 Creditor præuentus ad quid teneatur, si citari fecerit præuentorem durante causa præuentionis, in qua præuentor obtinuit.

55 Solon de Parricidijs legem non tulit, & quarè.

56 Reuerendus Abbas D. Innocentius de Neapoli Canonicus Regularis laudatur.

58 Sententia si feratur contra præuentorẽ, qualitèr exequatur finita causa præuentionis.

59 Et an eadem sententia, vel nouum iudicium exigatur, nouaq; sententia, vel sufficiat sola petitio pro exequutione sententiæ, in qua præuentor succubuit, & n. 62. & 65.

60 Decis. 60. D. Reg. Rouiti explicatur, & n. 66. Expungitur n. 63.

61 Præuentio quòad quæ consideretur, & an quòad debita per vltimas voluntates, & testamenta, ibid.

64 Sententia est stricti iuris.

Eius dispositio non conuenit, si non conueniant verba, ibid.

67 Terminus, ac litis contestatio in causa vndè oriatur.

68 Sententia non decidit, quod vel petitum non est, vel non est oppositum in actis.

Debet esse conformis libello, quod quomodò accipi debeat, ibid.

Regulatur à libello, ibid.

69 Iudex antequàm sententiam ferat, quæ debeat considerare.

Sen-

Sententia non valet si proferatur super alia re, vel ex diuersa causa, aut per alium modum ab eo, quo fuit actum, ibid.

70 *Sententia dici non potest diffinitiua, nisi litis contestatio interueniat.*

In judicio l. diffamari, C. de ingen. manum. *an, & quando sit interlocutoria, vel diffinitiua, ibid.*

71 *Sententia est nulla si omittatur libellus, aut qualis qualis petitio, qua redigatur in actis.*

72 *Sententia est nulla si feratur vltrà petita, quamuis feratur per Sacrum, aut Collaterale Consilium, num. 73.*

Sacrum, & Collaterale Consilium an possint iudicare vltrà petita, ibid.

74 *Princeps potest iudicare vltrà petita, & num. 76.*

75 *Principis, & eius Consilij Collateralis aequalis est potestas.*

QVÆSTIO II.

Citari præuentor an possit super tenore instrumenti, aut ei mandari, quòd recognoscat apocham, aduersus quam est præuentum, quousq; iudicium præuentionis finitum non proponatur.

1 HIs ità pro tempore explicatis, videamus quid oportear censeri in re, quam *quæst. præcedenti nu.* 128. promisimus hic explicare, de præuentore citando, vel secùs super tenore instrumenti, aut recognitione apocæ, dùm prænentio pendet; est etenim disputatio tàm vtilis, quàm anceps, & dubia, Nosq; separauimus à præcedenti, quòd ampla esset, & per se stare deberet; quæ necessaria præsertim est ad
2 scrupulū eruendū a scriptis *cap.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 122. vbi censui, monendos præuentos, quod factis præuentionibus peterent illicò, quod ipsis deberi putant à præuentoribus, vt interim pendente iudicio præuētionis manuteneātur in possessione, vel quasi exigendi annuos introitus, quod an, & quando fieri, & peti possit, videbimus infrà *quæst.* 4. & finita causa præuentionis, si fuerint absoluti ab impetitis,
3 (quæ forma est sententiarum, cùm præuentores succumbunt in causa præuentionis ex *decis. D. Reg. Rouiti* 60. *post princ. vers. qua quidèm sententia lata, & nu.* 2.) eadem sententia, & absq; alio iudicio exequantur pro debito contra præuentores, putabit namq; fortassè quispiā ex his inferendum cum *Carau.* quem referemus *nu.* 11. ad citationem præuentoris super tenore instrumenti, & ad mandata, quæ fieri consueuerunt pro recognitione apocharum, antequàm finiatur causa præuentionis.

4 Videtur verò hoc præuento negari non debere, putat namq; *Carau. in ritu* 168. *post principium sub* 2. *not. & sub n.* 3. ac *in ritu* 189. *sub n.* 3. *in* 2. *not.* Ritum non prohibere expediri citationem super tenore instrumenti, aduersus quod est præuentum, vt ait in *ritu* 168. *sub.* 2. *not. in vers. & pondera duo in hoc notabili*, subdens in *ritu* 189. *sub nu.* 3. quòd hæc est veritas, & quòd ità practicatur.

Mouetur, quia ritus non dicit, quòd non posest procedi ad citandum debitorem, sed quòd non possit procedi ad interrogationem ipsius super tenore instrumenti, quando præuentum est, estq; ritus, quem *Carau.* non allegat 168. *in §. nota, quòd ille ritus*, cuius verba sunt, quæ sequuntur, vt omnia suo quoquè in loco sub oculis ponamus, *tamen si ille, qui petit aduersarium suum interrogari, sit præuentus per citationem à dicto aduersario suo, vt rumpat ei instrumentum illud, super quo petit interrogationem fieri, tunc non potest fieri interrogatio, nisi sit finita dicta causa ruptionis dicti instrumenti*, videtur etenim hinc, eò quòd solùm prohibet fieri interrogationem ritum permisisse citationem super tenore instrumenti.

Et quidèm id insinuare verba ritus sequentia apertè videntur, *qua finita videbitur si est locus interrogationi, vel non*,
5 quandò etenim duo vera sunt, interrogationem scilicèt fieri non posse, nisi præcedat citatio super tenore instrumenti, vt
6 constat ex *ritu* 166. & præuentionem non dari, quotiès citatio præcesserit super tenore instrumenti, vt diximus sæpè, & latè fundabimus *cap.* 3. *de temporibus*
7 *præuentionis instrumentaria*, & tertium verum esse oportere videbitur, nimirùm ex ritu permittendam citationem super tenore instrumenti, quamuis pendeat iudicium præuentionis, aliàs ritus abundaret in verbis illis, aut disponeret de indubitabili, cùm dicat, *qua finita videbitur si est locus interrogationi, vel non*, non etenim videri poterit, si est locus interrogationi, vel non, finita causa præuentionis, si omnia parata eo tempore non

sint

8 sint, quæ necessaria sunt ad faciendam interrogationem, quorum primum est citatio super tenore instrumēti, etiam quia illa, & non alia citatione (vt videbimus infrà n.28.) monetur debitor ad viden-
9 dum fieri interrogationem, prout cæteri omnes monebantur olim ad videndum proferri sententiam, vel, vt alij scribebant, ad audiendam prolationem sententiæ, quod nunc recessit ab aula, fitq; citatio solùm ad dicendum, quæ litigantes voluerint, quoniam, qui Iudex est, Consiliarius, aut alterius Tribunalis, siuè Prætor, siuè Assessor, intendit causam expedire, iustitia mediante.

Et dictum de dispositione indubitabili probatur, nã nemo dubitauit vsq; huc, si finita causa præuentionis possit præuētus, idemq; creditor citari facere suum debitorē, & petere, postquàm succubuit præuentor, quòd ea fiant, quæ pertinent ad liquidationem instrumenti, si putes, verba illa, *quæ finita videbitur, &c.* referenda esse ad inchoandum iudicium liquidationis instrumenti.

Hæc sunt, quæ probant sententiam *Carauitæ*, qui infert indè *in d. ritu* 168. *ante n.1. vers. ex quo sequitur*, quòd licèt cre-
10 ditor sit præuentus, potest tamen suum debitorem citare super tenore instrumēti, verùm quòd allegata per ipsum præuentione supersedetur in liquidatione, & interrogatione, & ea finita proceditur ad interrogationem coniuncto iudicio liquidationis ob media præuētionis damnata, subdēs *sub n.3.* quod ideò videmus seruari in practica, quòd discussa causa præuentionis, viso quòd malitiosè facta fuit, Iudices, presente creditore, & debitore iuxtà formam *ritus* 166. fieri faciunt liquidationem instrumenti, super quo etiam post preuentionem citatus fuerat debitor, & posteà in vltima supersessum,
11 & ea facta detinetur, & addit, cautelam esse, quòd creditor præuentus citet debitorem super tenore instrumenti, & accuset primam contumaciam, quoniam in vltima supersedetur propter præuentionem, & postmodùm vnico contextu discussa præuentione, si apparet, quòd ius fouet in ea, procedit ad liquidationem contra debitorem presentem, & si non reperitur præsens Curia sedente, vocatur,
12 & condemnatur, quia præsens esse debet tempore publicationis, vt dicitur *in pragm. malitijs, de præuent. moder. in fine.*
13 Sunt verba isthæc omnia *Carauitæ*, postquàm docuerat *ibid. n.2.* hoc in casu creditorem, cui liquebat de preuentione, nō teneri ad pœnam, ad quam fuit debitor condemnatus propter contumaciam in non comparendo, & allegando præuentionem factam aduersus instrumentū, super cuius tenore citatur. eadem ratione, quia per ritus loquentes de præuentione non reperitur prohibitum procedi ad citandum debitorem præuenientem, & ipsum reputandum contumacem, sed solum, quòd non procedatur interim ad interrogationem ipsius, & ideò, quòd nō data prohibitione citationis, ista pœna, in quam debitor incurrit propria culpa ob suam contumaciam, recuperari non potest ab ipso creditore, per ea, quæ po-
14 nunt *Specul. Bar. Dec. et Cagnol. locis* ibi cit. *& Affl. dec.* 77. quòd victus non tenetur victori ad expensas, in quibus ex propria culpa, siue contumacia incurrit, per regulam *l. quod quis ex culpa, de reg. iur.*
15 & ex *cap. damnum, de reg. iur. lib. 6.* & quia procurator non recuperat à principali pœnam, quam ex suo delicto passus est, iuxtà *tex. in l. qui proprio, § item, D. de procur. & l. si communis familia, D. de noxal.*
16 Infert secundò *in vers. ex quo infertur*, quòd licèt debitor præuenerit suum creditorem ad cancellandum instrumētum, tamen si creditor fecerit ipsum citare super tenore instrumenti, tenetur comparere, & in ipsa Curia esse ad allegandam ipsam præuentionem, quamuis constito de ea, non possit ad eius interrogationem procedi.
17 Addens, quòd si præuentor non comparet potest reputari contumax, condemnari, & contra eum exequi, dato quòd in rei veritate præuenisset creditorem, duabus ex rationibus.

Primò, quia ritus non prohibet procedi ad reputandum, & condemnandum contumacem, sed solùm ad procedendum ad interrogationem, vt pluries docuerat.
18 Secundò, quia quilibet citatus tenetur comparere, & suas exceptiones allegare, ex vulg. *l. si quis ex aliena, D. de iudic.*
19 Idq; ampliat procedere, etiam si in eodem Tribunali fuisset facta præuentio, quia adhuc Iudici debet de ea liquere, facta allegatione per citatum, ex *d. l. si quis*
20 *ex aliena.* Et hæc omnia adamussim refert, & sequitur *Galter. in praxi instrum verbo fuerit ab eo præuentus, sub n.* 22

&

& num.23. solo ex testimonio Carau.
eiusq; verbis transcriptis, quod iure quasi
proprio agit,& quoad omnes, quos citat.
21 At contrarium pro eo,quod attinet ad
citationem censuit Bernardinus Pandus,
quem Grauinensem dicit Carau. in ritu
189.sub d.num.3.illum explodens,mira
quadam facilitate, illis in verbis, licèt
Grauinensis in ritu 164 par.4.declar.19.
in princ.videatur certo modo aliter sentire,
quando tamen expresse, & non certo
modo docuit Pandus ibi, non posse pro-
cedi ad citationem super tenore instru-
menti, nisi præuentionis causa priùs ab-
soluatur,motus ex tex.illiusmet ritus,quo
vtitur ad contrariam adstruendam sen-
tentiam Carau. quamuis non ità distin-
22 ctè, prout doctissimus Prosper Carau.
Idemq; Sũmus Practicus, (& cui Magna
Curia Vicariç,& Regnũ totũ summoperè
debet, ob rituum explicationem,& mul-
ta præclara,quæ gessit,)sed confusè, & ni-
hilo ponderato, aut adducto, contentus
3 docere solùm illis ex verbis,docendum
est, quòd si antequàm debitor citetur su-
per instrumenti tenore in iudicio compa-
ruerit,& præueniendo (ita enim Nostra-
tes dicunt) instrumentum lacerandum
expectat, quia satisfecit,tunc non potest
procedi ad citationem super tenore, nisi
præuentionis causa priùs absoluatur,vt in
ritu à nostro 2.§.nota,quòd ille.
24 Et ego puto cum Pando censendum,
quamuis me offendat in verbo illo, ità
enim Nostrates dicunt, censeus for-
tassè, quòd præuenire verbum lati-
num non esset, eumq; qui maximum
Grammaticum semper egit,puderet ver-
bo vti,quasi vsuali potiùs,& barbaro,quã
latino,& satis malè,ni fallor,ex dictis cap.
1.q.2.nu.76.vbi verbo hoc vsos Iurecõ-
sultos probauimus, & q.3.num.77.vbi
retulimus eruditiores Poetas, Oratores,
& Historicos grauissimos, verbum istud
scriptis eorum inseruisse,quibus nunc ad-
25 dendus est Cassiodorus vir inter Barba-
ros Latinissimus,cùm lib.8.epist.25.scri-
bit, & modernam Principis mentem præ-
uenisse tantùm velocissimam largitatem.
Sed media pandamus, quibus vni po-
tiùs adhæremus, quàm alteri sententiæ,
praximq;explodimus,quam Carau.retu-
lit, quidque de ea censendum sit, aperia-
mus, ideò etenim articulum istum sub
ampliationibus, aut limitationibus quæ-
stionis præcedentis non posuimus, quod
latiori campo egeret, quàm angustia pa-
teretur ampliationum, & limitationum,
quaratione & alias Carauitæ illationes,
& ampliationem, de quibus nu.13.17.&
19. suis in locis relegandas ducimus, &
reseruandas.
26 Ducor igitur primò ex celebri apud
nostros doctrina Freccia de præsent. in-
strum.par.9.q.5.sub n.5. vbi dixit(quod
nos tetigimus quæst. præcedenti nu.119.
& alibi,) quòd vbi facta est præuentio per
debitorem non potest procedi super li-
quidatione instrumenti per creditorem,
quia tollitur iurisdictio Iudici, corã quo
præsentatur instrumentum, dicens, id di-
xisse suprà ex verbis ritus, & voluit se al-
legare d.par.9. quæst.1.nu.24. vbi vers.
septimò accedit notat,quòd ritus verba
diriguntur ad Iudicem, quia, subdit ipse,
Iudex est, qui interrogationem facit, &
dùm sequitur, vt demonstrat ritus hic,
explicat, ritum esse eundem, super quo
se fundat Carau. cùm docet contrarium,
qui est 168.in §. nota, hic enim ritus vti-
tur verbis, & dispositione, qua Marinus
Freccia vtroq;in loco citato probat,quod
asserimus ibi, tunc non potest fieri inter-
rogatio,nisi sit finita dicta causa ruptionis
dicti instrumenti, quod probat expres-
siùs, ni fallor, ritus 189. ibi interim verò
donec causa præuentionis pendet non proce-
datur ad interrogationem instrumẽtorum
contra debitorem ipsum iuxtà ritum
per nos superiùs expressum.
Et quãuis ritus nõ loquãtur de citatio-
ne,includitur tamẽ citatio in ritu,ex do-
ctrina Freccia, non etenim stat simul,non
posse procedi, & posse citari, si citatio ità
pertinet ad processum,vt is absq; citatio-
27 ne non possit consistere, quæ fundamen-
tum est ordinis iudiciarij, cap. quoniam
contra,extra de probat. cap. Ecclesia,de
constit.cap. inter quatuor, de maior. &
obed.notat Spec.tit.de citat.in princ.Ma-
ranta part.6. vers.rectè concipiatur cita-
28 tio, num.1. Eamq;requiri specialitèr in
causa liquidationis instrumenti, probat,
vt diximus nu.5. & 8. ritus 166. & notat
post Bald.& Canar.locis citatis apud eum
Carau. d.ritu 166.nu.10.& eius assecla
perpetuus Io. Paulus Galter.in praxi in-
strum. verbo expediatur citatio,nu.2.vbi
quòd nisi fieret, instrumentum exequu-
tioni non mandaretur,atq;si mandaretur,
ipsa tanquàm nulla retractaretur, quod
nos deduximus quæst.praeced.num.15.
29 Moueor secundò ex doctrina eiusdem
Freccia d. quæst.1. sub nu.13. vbi docet,

situm stante præuentione videri dene-
gare actionem ; isti (quod & notauimus
quæst. præced. nu. 127.) vt nō possit instru-
mentum præsentari, certum etenim est,
neminem permittendum experiri sine
actione in iudicio, & reum vexare, *l. si pu-
pilli 6. §. videamus, vbi glos. in verbo non
habuerit, D. de neg. gest. l. si quid 34. §. il-
lud, D. de petit. hæredit. l. quoties 10. §. vlt. si
tēporali, l. tutores, qui 40. D. de admin. tut.
l. veluti 27. in princ. D. de verb. oblig. glos.
in cap. constitutis 47. verbo quo iure, de
elect. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 68. sub
num. 2.*

30 Tertiò, quia ex eodē *Freccia loco* nuper
cit. *num. 16.* quando præuentio facta est
ex ritu, dicitur inhabilitari persona pe-
tens exequutionem, seù liquidationem
instrumenti, sed sic est, quòd antequam
creditor citare faciat debitorem super te-
nore instrumenti, debet se habilem pro-
bare, & habere personam legitimam in
iudicio liquidationis, vt aduertit *Idem
Galter. loco cit. verbo aduertat creditor
ad personam suam. in princ.* ergo cùm
31 præuentus est, citare non poterit, & si ve-
lit, debet prohiberi, aliàs processus, qui
sequitur, dicitur nullus, vt sunt verba, quæ
32 subnectit *Freccia d. num* 16. Vndè credi
potest, obscitantèr scripsisse *Galter.* cùm
contrarium docuit *in vers. fuerit ab eo
præuentus, sub nu.* 22. nam si inhabilis est
ad præsentationem instrumenti, qui præ-
uentus est, & vt præsentet, debet se habi
lem probare, ac habere personam legiti-
mam, vt anteà dixerat *d. vers. aduertat
creditor*, quinimmò & consulendum pu-
tauerit, quòd aduertatur ad personam de-
bitoris, quando creditor illum citare fa-
cere debeat, vel secùs, vt ait *in verbo ad-
uertat insuper ad debitorem*, Censueritq;
imprimis aduertendum, an præcedente
absolutione à iuramento fuerit à debito-
re præuentus, vt cantant duo verba, quæ
statim commentarijs implet, consequens
erat, vt diceret, facta præuentione non
posse citari præuentorem super tenore
instrumenti potiùs, quàm quòd asseuera-
ret contrarium cum *Carau.* qui non alio
vtitur iuris fundamento, quàm conie-
ctura ritus.

33 Quartò moueor, quia *ritus* 168. in quo
se fundat *Carau.* cōtrarium probat aper-
tè in eo, quod dicit, facta præuentione
non posse procedi ad interrogationem,
siue verbum *interrogationis* in ritu acci-
piat *Carau.* pro actu, quo explicatur actus
interrogationis, vt dicimus, siue pro cita-
tione ipsa, vt insulsè quidam putauit.

34 Supposito etenim quòad primū, citatio-
nē præcedere debere actum interrogatio-
nis, quod supra innuimus *n.* 5. & docet ex-
perientia in dies, statim quòd prohibetur
interrogatio facta præuentione, sequitur,
prohibitā esse citationem, per quam per-
uenitur ad actum interrogationis, quod
35 probatur, quia quando aliquid prohibe-
tur, censetur prohibitum omne id, per
quod peruenitur ad illud prohibitum, *l.
oratio, D. de sponsal.* notat *Feder. de Sen.
cons.* 163. *num.* 1. *in fine, Anchar. cons.* 204.
num. 5. *& seq. Signorolus*, qui hanc esse
regulam dicit *cons.* 160. *nu.* 4. *Castr. cons.*
400. *circa fin. vers. contrarium, lib.* 2. *Abb.
cons.* 65. *vers. circa quartum dubium, lib.*
2. vbi indè probat, prohibito matrimo-
36 nio prohiberi sponsalia, quia per ea per-
uenitur ad matrimonium.

Id, quod verū erit in casu isto, præsertim
37 quia citatio cōiuncta quodāmodò est in-
terrogationi, sic nāq; prohibita electione
prohiberi postulationē, quia per eā per-
uenitur ad electionē, & est ei cōiuncta, do-
cet *Abb. d. cōs.* 65. *col. fin. ver. circa quartū.*

Item quia Iudex, vt sæpè dictum est, ex
ritu prohibetur iudicare in causa, facta
præuentione, & in casu, quo Iudex iudica-
re nequit, quòd non possit neq; citare, scri-
bit *Petrus Belluga in Spec. Princip. rubr.*
1. *de Curia, sub nu.* 9. *vers. in contrarium
tamen*, ex not. per *glos. in l. eos quorumq; D.
si quis in ius vocatus non ierit*, mota quę-
stione *sub nu.* 8. si is, qui iudicare non po-
test, obstante fori præscriptione, citare ta-
men possit, in argumentum ad quęstionē,
quam agit à *n.* 7. de prohibito celebrare
Curias, vel Parlamentum, an possit illas
conuocare occasione priuilegij, quo Va-
lentini vtuntur in Hispania, quòd solus
Princeps possit Curias, vel Parlamentum
celebrare, & in casu necessitatis Regiæ
personæ eius Primogenitus, an scilicet
cùm Princeps extrà mare constitutus sit,
degens in expeditione armorum, & non
habens Primogenitum, possit eius Locū-
tenens Generalis Curias congregare, &
disputato articulo hinc indè dicit, quòd
prohibita Curiæ celebratione, etiam con
uocatio iure prohibita censeri debeat,
per media, quæ nupèr attulimus, quod
cùm quid prohibetur, omnis sequela, per
quam peruenitur ad id, prohibita vide-
tur, ex regula *cùm quid, de regul. iur.* &
quod ibi *in glos. & in regul. cùm quid pro*

bibetur

bibetur, de regul. iur. li b. 6.

Et hinc cauendum erit à *Carauit.* & praxi, quam refert, dùm putat, prohibita interrogatione citationē non prohiberi, quia ritus de ea non loquatur.

Eritq; salua res ista contra *Carau.* si insulsi illius hominis opinatio recipiatur, quam tamen ex dictis plurima damnant, & forma citationis super tenore, quam referemus *num. sequenti*, quando etenim interrogatio in ritu dicit, citationem ritus expressè prohibet citationem, si prohibet interrogationem.

38 Quintò hanc mihi probat sententiam forma citationis super tenore instrumenti, quæ est, vt & obseruat *Galter.* sed indeminutè, ac minus rectè *in verbo expediatur citatio, num. 31. De Mandato M. C. V. Ad instantiam N. citetur T. quatènus prima die iuridica post præsentium intimationem in M. C. personalitèr compareat, responsurus in iudicio eidem exponenti super tenore publici instrumenti, in dicta Magna Curia præsentati, & liquidari petiti pro ducatis bis centum debitis vigore dicti instrumenti, stante quòd cessit dies illorū solutionis, ob quod factus est casus rescissionis illius, & solutionis dictorum ducatorum bis centum, nec non compareat tāquàm principalis, legalior, ac sciens exindè meliùs veritatem, seruata forma ritus dictæ Magnæ Curiæ. Neapoli die, etc.*

39 Non etenim interrogari, vt debitor potest, qui negat facta præuentione, se debitorem esse, nec cogi ad respondendum alitèr, quàm exposuit præueniendo, vti dicebam in contingentia facti contra nonnullos, qui volebant, quòd apocham qui recognouerat, cum qualitate illam recognosceret, dicendo solùm, si eam scripsisset sua manu, vel secus, alio non addito in recognitione, & multò minus peti potest, quòd liquidetur instrumentum, quod scribi, nec dici potest publicum, quod ritus requirit, vti conditionem, sine qua liquidatio non fiat, si aduersus illud est præuentum, vt diximus suprà hoc *cap. quæst. 1.* ex not. per *Freccia*
40 *par. 9. q. 5. sub num. 6.* Idq; mihi probatur, quia qui præuenit, dubiam reddit crediti petitionem, cùm negat debere, dubias enim res fieri per negationem partis notatur in *l. 1. C. de procurator.* cum alijs apud *Crau. cons. 132.* incip. *homines Sancti Andreæ nu. 15* & notat *Vrsill. ad Affl. dec. 157. nu. 3.* latiùs tamen *Felin. in cap. si Clericus Laicum 5. de foro compet. sub n. 1.* vbi rem pluribus exornat, addens, negationem facere rem dubiam, etiam si fiat per verbum, *non credo*, ex *Bald. in l. 3. C. quibus ad libert.* per *glos. in cap. cùm à sede, de restit. spoliat. in verbo credere*, iuncto *cap. 1. de lit. contest.*

At si non debet admitti ad petendam liquidationem instrumenti præuentus, vt inquit *ritus* sępè citatus 168. quomodò admittetur citatio, quę innoluit petitionē liquidationis in illis verbis, *instrumenti præsentati, & liquidari petiti?* Itē, quia nequaquàm potest dici, factum esse casum rescissionis instrumenti, & solutionis debiti in eo contenti, quotiès præuentor allegauit, cancellari debere instrumentū, & se non debere, maximè cùm talem haberi ritus mandat, eo, quòd præuentorem vult non molestari, donec finita sit causa præuentionis, & regula iuris est, fauēdum
41 esse actori principalitèr porrigenti libellū super nullitate, apud *Frecc. d. quæst. 5. sub num. 6.* præsertim si porrigens bonæ famæ sit, & apud viros probos opinionem seruet incorruptam, saltem ex præsumptione iuris, per quam quis bonus præsumitur, & non calumniari, & item, quia fauore dignus est, vt reus originarius, licèt occasione præuentionis videri debeat actor, fauor enim, qui reo competit, non amittitur, quia interim efficitur actor in exceptione, quam prosequitur, vt inquit *Felin. in c. significauerunt, n. vlt. de excep.*

Vltrà quòd impiè agetur, si mandetur alicui, quòd compareat principalis pro veritate dicenda, seruata forma ritus, hoc est interrogaturus, vt sunt verba *tex. in rit. 168. vers. et fit interrogatio hoc modo, si illud instrumentum habet pro vero, & siuè dicat sic, siue nō, detineatur in carceribus*, dùm ritus idem mandat, quòd interrogatio non fiat, cùm est præuentum aduersus instrumentum, super quo petitur fieri interrogationem.

42 Quarè puto, subsistendum in sententia *Carau.* quando citatio relaxari posset, non obstante præuentione, cùm .f. ait, quòd possit Iudex non obstante præuentione procedere ad reputandum contumacem eum, quem sciat præuenisse, obstat etenim apertè ritus, qui negat, interrogationem fieri, quotiès præuentum est, iniuncto ordine Iudici, quòd non procedatur, vt dictum est *num. 26.* ita quòd censeam, talem Iudicem posse teneri ad interesse partis, etiam in foro fori, si officium suum omiserit in non impediendo

eum exigere, qui dubitare debet, an cre-
43 ditor sit, facta præuentione, cùm ad ip-
sum pertineat prouidere, ne illicitæ fiant
extorsiones, *l. illicitas, D. de offic. Præsid.*
cum similibus.

44 Maximè cùm de præuentione constet
Iudici, vt Iudici, si coràm ipso præuētum
est, nec debet Iudex expectare, quòd sibi
allegetur factum, quod factum videt ex
actis, supplereq; debet, quæ desunt, quia
non simpliciter dicit allegationem facti,
sed & iuris, obiectio quòd procedi non
potest, quia sit præuentum iuxtà ritum,
cùm scit esse præuentum. Nam & cer-
tum principiū in iure est, quòd actiones,
quarum principium est impeditū, (quod
verum esse facta præuentione demon-
stratum est *n.* 29.) nunquàm deducuntur
in esse apud *Baldū*, qui dicit hoc notādum
in l. dispensatorem 62. *num.* 1. *D. de solut.*
Et non est, qui nesciat, quòd Iudex etiam
in causis ciuilibus potest supplere in fa-
cto absq; partis instantia in notorijs, quæ
occurrunt post intentatam actionem, &
agentem sine actione repellere, vt obser-
uant *Scaccia d. lib.* 1. *de Iudic. cap.* 68. *sub*
nu. 2. *& Mangil. de euict. q.* 98. *num.* 12.

Id, quod verissimum erit in materia
præuentionis, in qua, vt fundamus *alibi*,
qui debet, aut creditor dicitur, non purè
debitor est, sed debet sub conditione,
hoc est, si in causa præuentionis succu-
buerit, & eùm agit in iudicio, qui credi-
tor est sub conditione, vel in diem incer-
tam, potest per Iudicem ex officio repel-
li, etiam parte non opponente, si ex libel-
lo, vel actis processus constet, debitum es-
se conditionale, vel in diem incertam, vt
docuit *glos. magna in l. vbi pactum, C. de*
transact. & post multos, quos citat *Ant.*
Gomez lib. 2. *var. c.* 11. *n.* 24. & notat no-
uissimè *Io. Paulus Xamar in tract. de offic.*
Iud. & Aduoc. par. 1. *quæst.* 9. *num.* 152.
ex quo notandum erit, Iudicem in ijs,
quę ipso iure tollunt actionem, vt quan-
do quis sine actione agit, teneri supplere
de facto q̄ cōstat Iudici, vt Iudici ex actis
p̄cessus, ex Doctoribus, quos citat *n.* 151.

45 Confertq; ad hæc praxis renouata non
relaxandi citationes super tenore instru-
menti, nisi Iudex viderit instrumentum, &
consuerit, an exequi illud possit via exe-
cutiua, & liquidationis, quod *Pragm.* 4 *de*
instr. liquidat. in §. mandamus etiam
olim seruari mandauerat, & antiquitùs
iniunctum probat, ne indebitè homines
vexarentur.

Nulla namq; meliori ratione debet Iu-
dex citationem non relaxare, quàm si vi-
deat tergiuersari instrumentum, & fieri
illiquidum ex præuentione, qua durante
mandat ritus, quòd non procedatur.

Vndè constat assumptū de obligatio-
ne, quam contrahit Iudex, qui non ob-
stante præuentione citationem relaxet
super tenore instrumenti.

Quandoquidèm datus est ordo hic, vt
citatio examinetur, & iustificetur à Iudice
priusquàm exeat, nè fierent ex abrupto,
prout fieri consueuerant illis in tempori-
bus, quibus relaxata prouisione Sāctionū
Regni expediebantur citationes istæ
per Scribas tantummodò, qui instrumen-
ta non videbant, nisi ad sciendam sum-
mam, pro qua citationes petebātur, tem-
pus promissæ solutionis, & locum, qui de-
signabatur pro citatione debitoris, si ne-
fas est dicere, solitos Scribas fuisse lucris
inhiare solummodò.

Interest namq; Reipublicæ, quòd om-
nia ritè, & rectè fiant, præsertim quoad
euocandos in iudicium homines, vt vide-
bimus infra *quæst. sequenti*, & hinc puto
iure optimo constitutum de iure Ca-
46 stellæ *in l.* 2. *&* 3. *tit.* 2. *lib.* 4. *recopil.* ne
possit expediri citatio rei, cùm produci-
tur libellus contra eum alieno nomine,
nisi producatur mandatū procuratoriū,
& examinetur per Aduocatū, qui adserat
se subscribens à tergo mandati, illud esse
mandatum legitimum, & sufficiens, vt
procurator nomine mādantis agat, quod
etiam notat *D. Carleual tomo* 2. *de iudic.*
47 *tit.* 2. *disp.* 4. *nu.* 27. qui & hoc pro parte
statutum in Regno considerat ex *Pragm.*
79. *§.* 5. *de offic. S. C.* qua iubētur Actuarij
sub pœna ibi statuta, & nullitatis actorū,
si procedatur etiam ad citationem con-
tra supplicata, nisi priùs legitimata fue-
rit persona actoris cum legitimo man-
dato.

48 Qua ex lege, & ratione potuit oriri pra-
xis, qua vtimur, vt non legantur libelli
supplices, &, vt dicimus, supplicationes
coràm Spectabili Præside Sacri Consilij,
nisi subscribantur ab Aduocato à tergo
supplicationes, & aliàs irritæ declaran-
tur prouisiones, ità quòd partibus peten-
tibus reijci solent, eo solùm, quòd sub-
scriptæ non appareant, addita pœna arbi-
trio S. C. irroganda Actuarijs *in Pragm.*
26. *§.* 3. *& Pragm.* 66. *de offic. S. C.* vbi ra-
tio additur vitandi subreptiones, & ob-
reptiones, quæ puniuntur contra porri-

gentes supplices illos libellos pœna du-
catorum duodecim.
Sextò idem mihi suadet, quòd frustra-
49 torius actus citationis euadet, cùm præ-
uentor obtinet in causa præuentionis, aut
euadere potest, cùm dubium est, quam in
partem cœdant fata causarum, & interim
contra charitatem fieri videri debet, si
præuentor, aut expensis grauetur, quasi
debitor liquidus, aut quod pro parte nar-
rat *Adrianus Pulaeus in orat. de Aduocat.
priuileg. fori f. 53. & 62.* periculo itineris
subijciatur, si reuerti cogatur, postquàm
discesserit, nam discessus negari non po-
test præuentori à litis, & iudicij loco ei,
qui promisit soluere debitũ, & pœnam,
& se præsentare tempore publicationis, si
50 non proxima sit publicatio in causa, quo
casu posset iudicio fraus fieri, & indè si
Iudici videbitur mandari, quòd non di-
scedat, maximè si fideiussor non omninò
tutus sit, & creditoris intersit personam
habere, quam detinere Iudex, & Curia
possit pro debito, & pœna, ad quam se
obligauit, cùm cœpit iudiciũ præuẽtionis.
51 Et extrà hos casus in re præsenti, prout
semper curare Iudex debet, ne litigantes
grauentur expensis, aut periculis subij-
ciantur; qua ratione constat, veram esse
sententiam, qua post *Bart. in l. 1. in princ.
vers. fateor tamen, D. quemadm. testam.
aper.* & *Paul. de Castro in l. quadam, in fi-
ne, D. de edẽdo* cõtra *Dec. in c. 1. de probat.
col. 57. vers. ult. nota*, dicebat *Gacher. de-
cis. 57. num. 8.* qui et ita rescripsisse Sena-
tum testatur, quòd vltrà iuramentum à
parte præstandum requirente editionem
instrumenti esse exhibendum instrumen-
tum Iudici, qui perspectis verbis instru-
menti, cognoscet, an intersit petentis ha-
bere instrumentum; & si cognouerit ali-
quam iustam, seù probabilem causam fa-
ciẽdæ editionis, (quod pro parte vidit *D.
Motius Rocchus in gloss. priuilegij Colleg.
Neap. fol. 138. n. 103.* coget tunc Notariũ,
soluta mercede, edere instrumentum, aut
prothocollum, aliàs non permittet illum
cogi, & molestari, refert, & sequitur *Fa-
chin.* qui decisionem istam dicit notandã,
licèt illum citet 56. in ordine *lib. 11. con-
trouers. cap. 74. paulò antè finem.*
Estq; pro regula tenendum, non de-
bere frustrà procedi, *l. 2. in fine, C. ne quis
vela regia*, per quem *tex.* & rationem di-
cit. *Bal. in l. 4. D. in ius voc. vt eant sub nu.
4. vers. at per hoc dico*, quod occidens ex-
bannitum, sicut non potest accusari, ità
nõ potest cõtra eũ inquiri, quia cùm effe-
ctus finalis accusationis, & inquisitionis
debeat esse pœn impositio, & hic nõ pos-
sit pœna imponi nõ debet frustrà ꝓcedi.
52 Quòd verò frustratorius sit actus cita-
tionis, probare videntur, quæ ipsemet *Ca-
rau.* considerat *loco cit. nu. 10.* & *ritus* ip-
se 168. cùm ait, facta demùm citatione su-
persedendũ in actu interrogationis, & in
liquidatione instrumẽti, quousq; de cau-
sa præuentionis fuerit integrè cognitum.
Nisi enim talis præuentor sit, vt eius
copia non semper, & vbiq; haberi possit,
quòd aut exterus sit, aut latitet, vel inte-
resse voluntatis allegetur, quod conside-
rat *tex. in l. ult. D. de usu, & habit.* tàm
exacta diligentia non video, an prosit in
aliquo, maximè cùm supersederi debeat
in liquidatione, donec finiatur causa præ-
uentionis, & illa finita consultum est præ-
uẽtis, præstita cautione pro debito, & pœ-
na, etiam in personam præuentoris ex fi-
deiussione de se præsentando, maximè cũ
tempus modicum interuenire debeat, &
possit obtinere qui præuenit, & hoc in
53 casu non dubitarem, in Tribunalibus,
vbi inualuit *Carau.* sententia, debere
condemnari præuentum ad pœnam, de
qua *ritus* 189. & nos diximus *q. praeced.
num. 126.* & in expensis erogatis occasio-
ne citationis.
Nec obstat his interpretatio, quã acco-
modauimus ad ritum *num. 5.* & cautela,
quam voluimus in præuento, vt sit sibi
consultum in cœleri expeditione, post-
quàm succubuerit, qui præuenit.
54 Cadit etenim obiectum ab interpre-
tatione nostra ex cõsideratis itèm à No-
bis *nu. 33.* quibus nunc addimus, ritum
ideò de citatione verba non fecisse, quod
non putauerit prohiberi oportere illud,
quod vel faciendum non fuisset, vel factũ
non deseruiret, nàm & hominibus ritus
scripti sunt, qui, vt Deus, & natura, nihil
faciunt frustrà, vt nunc omittam potuisse
videri sat prohibitam esse citationem,
quæ siue carere deberet, hoc est interro-
gatione, & liquidatione, nec solùm cùm
præuentor obtinuisset, sed & dùm præ-
uentio penderet, eiusq; causa non decide-
retur, lata lege de fine tanquã de nobilio-
ri, ad tradita in principio *Capitis* huius.
55 Probat hoc de *Solone* vulgatum, quòd
parricidijs nõ consuluisset cùm leges scri-
beret, Atheniensibus, quia non credidit
sanciendum, quod non fuisset faciendũ,
& verè quis credet vnquàm posse qui ve-

rè filius est peccare in patrem, eiq; necem aut afferre aut optare, qui filiorum vitæ author extitit, & alitor, vt probatissimi scribunt Authores.

56 Sed & diluitur obiectum à cautela, quando ad illam de citatione verba non fecimus, & pertinet, quod scripsimus *ibi*, ita ad negotium, vt naturam iudicij præuentionis non destruat petitio eius, quod præuentus à preuentore desiderat, adiecto pretextu, ne solutioni mora fiat, finita causa præuentionis, hoc est, vt petitio compatiatur iudicij iustitium, & impedimentum liquidationis instrumenti, aduerseturq; solùm intentioni preuentorũ, eritq; exemplo, quo declarentur ista, iudiciũ, quod habemus inter Venerabile Cœnobium Sanctæ Mariæ Termitorũ, & Illustr. Principem Casalis Maioris, cum etenim cautũ reperiretur ab anno 1584. inter Antonium Branciam, tunc vtilem Dominum Ciuitatis Larinæ, & Reuerendum Patrem Domnum Angelum de Modena, vti procuratorem dicti Venerabilis Cœnobij, de soluendis anno quolibet ducatis octuaginta, & pullo equino Ratiæ eiusdem Monasterij ad electionem prædicti Antonij (cuius pretium alio instrumento in anno 1586. redactum fuit ad alios annuos ducatos quinquaginta) pro pretio facultatis ducendi aquam ex celebri flumine Biferni, qui decurrit per Territorium Larinæ ad vsum cuiusdam Molẽdini Monasterij, & illius destructo Molendino cùm non esset opus facultate prædicta petijsset (facta præuentione iudicij) Monasterium in Sacro Consilio nõ molestari ex causis, quas explicamus alibi, Princeps perijt, declarari Monasterium teneri, & cogi ad continuandam annuam pensionem, & reditum conuentum, vt eadem sententia posset Monasterium condemnari ad beneficium Principis, si succumbat in iudicio, quod instituit, & interim pendente iudicio conseruari in possessione, quam probaret exigendi reditũ predictum, quod tamen Monasterium omni iuri contrarium dicit, sperans manuteneri in libertate non soluendi, procurante libertatem istam Reuerendo Patre Abbate D. Innocentio de Forte Neapo-
57 litano viro dexteritate, doctrina, experientia, probitate, ac vitæ ingenuitate, & moribus insigni, nũc Cœnobij illius Procuratore Generali & qui ad primos Cõgregationis apices, & gradus debeat promoueri, & coaptari, dignissimus.

58 Erit tamen aduertendum, lata sententia contra præuentorem, exequutionem non esse concedendam, nisi iuris forma seruata, hoc est, iuxta *l. à Diuo Pio, D. de re iudic.* & sic in bonis tantummodò;

59 Prout & concedi deberet, si non peteretur in eodem iudicio, quo præuentum extitit, sed lata sententia, qua fuit absolutus præuentus ab impetitis per debitorẽ, peteret creditor cogi debitorem ad soluendum quantitates sibi debitas, iuxta stylum, quo dicit se semper decreuisse, & eius decreta fuisse semper confirmata per Sacrum Consilium *D. Regens Rouitus d. decis. 60. num.* 1. vbi docet, quòd absq; nouo processu cogi debent debitores ad soluendum debitas quantitates per literas exequutoriales, sed vigore eiusdem sẽtentiæ, qua fuit absolutus preuẽtus, immò pro illius exequutione, ac si eadem sententia præuentores fuissent condemnati ad soluendum quantitates in iudicio deductas.

60 Nec dicas decisionem illam non pertinere ad causas præuentionis, aut ex illa, & dictis destrui cautelam, quam tradimus, vti inutilem, dùm sententia, qua absoluitur præuentus, condemnatur præuentor, non aliàs cùm petitio præcedat, quàm & cùm nulla instantia detur pro parte præuenti.

Nam decisionem illam pertinere ad preuentiones probat Proœmium decisionis, in verbis illis, quæ sunt, *quamplurimùm contingit, vt debitores effugientes solutionem quantitatum per eos debitarũ tàm ex contractu inter viuos, quàm ex vltima voluntate suorum prædecessorum mouere solent lites in Sacro Consilio, allegantes diuersas causas, ob quas prætendunt declarari facere, non teneri ad debita in iudicio deducta, siuè per rescissionem contractuum, siuè per annullationem illorũ, aut alia ex quauis causa, & vt plurimùm contingit, quòd deficiunt in salutari suo, & propterea creditores conuenti absoluuntur ab impetitis per debitores mediante sententia diffinitiua*, hoc etenim totum, quod discurrit *D. Regens Rouitus* probat, quod accidit in causis præuentionum, in quibus succumbunt præuentores, quamuis non negem, posse pertinere decisionem illam ad alias quoq; causas, in quibus via quoq; ordinaria rescissio, aut nullitas contractuum proponatur, requisitis in præuentione non adimpletis; etiam quia necessarij non sint, præsertim

cùm referat mota iudicia rescissionis, &
annullationis ob debita ex causa vltima-
rum voluntatum prædecessorum, quarũ
61 respectu preuentio non desideratur, quia
non impedit exequutionem, quę in per-
sonam debitorum contingere posset, vti
non obligatorum, quamuis, & preuentio-
nem quoad testamenta considerauerit
*D. Consil. Carlenal in tract. de iudic. tomo
2. tit. 3. disp. 16. n. 24*, ibi *limita secundò de
Iure Neapolitano, si reus, aut debitor fa-
cta præuentione solemni alleget, contra-
ctum, instrumentum, aut testamentum
esse nulla*, nulla enim lex Regni huius de
preuentione loquitur quoad testamenta.
Et dicta in illa decisione cautelam, &
desiderium nostrum non eludere sat, su-
62 perq; probat, quia vel cautiùs aget pre-
uentus, si charybdim illam cupiens euita-
tare, quàm ex conuentis repetit *D. Roui-
tus antè num. 1. vers. qua quidem instan-
tia* pretendentibus, ex illa sententia nul-
lum ius executiuum resultare in benefi-
cium creditorum, qui fuerant absoluti, &
proindè egere creditores nouo iudicio
cum nouo processu, & noua sententia
condemnatoria contra eos, nam senten-
63 tia illa absolutoria non poterat produ-
cere effectum condemnationis contra
ipsos debitores, quamuis non omninò
malè, vt videbimus *alibi*, explicata quoq;
*decis. Affl. 157. & controu. 35. D. Regentis
64 Fabij Capyc. Galeota lib. 1.* quia sententia
est stricti iuris, *Bart. in l. Iulianus, num. 5.
D. de cond. indeb. Dec. cõs. 43. & cons. 607.
n. 7.* & si nõ cõueniũt verba, nec ipsius sẽ-
tẽtiæ cõuenit dispositio, *ex l. 4. §. toties, D.
de dãno infecto, l. 1. et 2. C. si plur. vna sent.*
65 Vel decisio illa non negat, necessariam
saltem esse instantiam creditoris præuen-
ti pro cõsequutione eorum crediti apud
acta eiusdem iudicij pro executione sen-
tentiæ latæ, vt est videre ex cit. *vers. qua
quidem sententia*, & ex *num. 2. in fine* ac
positis per *Sigism. Scaccia de sent. & re-
iudic. glos. 14. quæst. 10. sub nu. 21.* quòd
66 si dicas loqui *Rouitum* de instantia pro
executione sententiæ, & sic post sentẽtiã.
Respõdeo, in casu illius decisionis om-
ninò supponendam ex parte creditoris
præuenti, aut alitèr conuenti, instantiam,
vel explicitè factam, vel sub oppositione
exceptionum, quæ fit antè litem conte-
statam, & vndè nascitur terminus, ac litis
67 ipsa contestatio carentiæ, & incompetẽ-
tiæ actionis, & sic tacitè, vel expressè, aliàs
namq; contestatio facta dici non potuis-
set in causis illis, quæ fit ex reciproca illa,
ac dialogica partium contentione, vt di-
cemus loco suo.
68 Non video etenim, quo pacto substine-
ri possit, sentẽtiã decidere quod, vel peti-
tũ non est, vel nõ est oppositũ in actis, do-
cente *Vantio loco* nuper cit. *nu. 97.* quòd
si sententia non est conformis controuer-
siæ, & petitioni, dici nõ posset, quòd illã diri-
meret, & diffiniret, ex *tex.* iũcta *gl. in verb.
petitionis, in c. inter dilectos, de fide instr.*
Hinc etenim dicitur, quòd sententia
vel debet esse conformis libello, vt tradit
*Vant. de nullit. rubr. ex defect. proc. num.
97.* vel ab illo regulati, vt fundat *Felin.
in cap. aduersario tuo, de except. sub nu. 4.
vers. agnoscitur autem, Bart. in l. fin. D. de
fideicom. libert.* vbi declarat, quomodò
hoc sit accipiendum.
69 Et constat, quod asserimus, quia Iudex
antequàm sententiam format, debet dili-
gentèr examinare acta, & videre, quid, &
qualiter petatur, consideratāq; re petita,
causa petendi, & modo, seù actione inten-
tata, cum illis sententiam suam confor-
mare, si enim super alia re, vel ex diuersa
causa, aut per alium modum ab eo, quo
fuit actum sententiam proferat, cùm su-
per illis non fuerit lis cõtestata, sententia
esset ipso iure nulla, vt declarat *Vant. ibid.
sub nu. 97. lo primo*, post *Bald. in l. 1. col.
2. vers. extra oppono, & in fine, C. si plur.
vna sent. & in l. fin. C. de fideic. libert.* no-
tat *Alexand. cons. 171. col. 2. in fine, lib. 6.*
70 Vt nunc non taceam sententiam illam
scriptam .s. per verba *absoluatur conuen-
tus* ferri non posse, nec posse dici diffiniti-
uam, prout est reueta, nisi contestatio litis
ex instantia creditoris præuenti præsup-
ponatur, vt probant in iudicio intentato
secũdùm formam *legis diffamari, C. de in-
gen. manum. Bal. & Salyc. in d. l. diffama-
ri, Philippus Francbus in cap. cùm cessan-
te, col. vlt. de appellat.* qui scribunt, sen-
tentiam in iudicio prædicto esse interlo-
quutoriam, si lis non contestetur, puta,
quia citatus, cui statuitur terminus ad
agendum non agit infra terminum, quo ca-
su Iudex illi perpetuum imponit silen-
tium, esse verò diffinitiuam, si comparet,
& litem contestatur, quòd reassumit quo-
què *Maranta in praxi par. 6. verbo &
demùm fertur sententia, num. 34.*
Et generalitèr, quòd sentẽtia ferenda nõ
sit, vbi lis contestata non est, nisi ad peti-
tionem expressam, est *tex. in c. dudùm, le
2. de elect. et in c. vnico, de lit. contest.* not.

Abbas post *Hostiens. ibi in cap. pręterea, de dilat. sub n. 7. ver. immò plus.*

71 Item, quòd sententia esset nulla dato sensu *D. Regentis Rouiti*, quòd scilicet sẽtentia lata in causa præuentionis contra præuentorem contineat condemnationẽ ad beneficium creditoris præuenti, si instantia creditoris non supponatur, & petitio, quòd præueniens condemnetur ad quantitatem iuxtà instrumentum, tùm quia, aut libellus, aut qualis qualis petitio, quæ redigatur in scriptis pœnès acta, omitti non potest absq; periculo nullitatis, sententiæ, vt per *glos. in clem. Sæpè ver. necessario, de verb. signif.* docent *Vantius de nullit in rubr. de nullit. ex defectu process. n. 21. & Muscatellus in praxi part. 1. vers. petitur num. 24.* tùm quia sententia

72 euaderet vltrà petita, & sentẽtia lata vltrà petita est nulla, *l. vt fundus, D. cõm. diuid. l. in sũma, D de re iud. l. vlt., C. de fideicom. libert et ibi Bar.* notat, *D. Ricc. collect.* 343.

73 Nec facit quicquam, quòd *D. Rouitus* referat iudicatum in S.C. nam & Sacrum Consilium non posse censere vltrà petita probat decisio eiusdem S. C. apud *Grãm. in decis.* 15. quamuis namq; *Gramm.* conetur hanc authoritatem præbere Venerando huic Senatui, rationibus *ibi* adductis *sub num. 3. & seq.* & ipse fuerit in hoc voto cum duobus alijs Consiliarijs, vt ait, tamen cæteri Domini votauerunt contrarium, & postremi obtinuerunt, quia fuit reuocata sententia, in qua per priùs Sacrum Consilium iudicauerat super petitorio non petito, nec deducto, quod & luculentèr probat quoq; *Boer. decis* 42. disputato articulo *à num. 13 vsque ad 24.* vbi sq; decisione nostri S.C. dicit, ità quoq; iudicatum in Regno Franciæ, quod & obseruat *Muscatellus d. glos petitur, n.* 55 *&* 56. vbi addit, quòd nunquam Sacrum Consilium, quinimmò neq; Consilium Collaterale voluit sententiare super non petitis, quamuis censeat ipse *nu. 66.* posse Collaterale Consiliũ iudicare, etiã super non petitis, sicut & posset Princeps, cui assidet Collaterale Consilium, si vti vellet plenitudine potestatis, quæ æqualis videtur Collaterali, & Principi, vti obseruant *D. Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de deleg. caus. nu. 18. & D. Regens Tapia de præstant. Reg Cancell. tit. de prærogatiua Reg. Cancell. sub num.* 3. & de Principe, quòd possit iudicare vl-

74 trà petita, notat *Specul tit. de act. seù petit. §. super, vers. sed quid, Bar. in l. Æmilius D. de minor.* & alij apud *Ricc. vbi supra in 2. limit. & Franc. Marc. decis. 13. par. 1. num. 5. & 6.* qui *n. 8.* dicit; vidisse ità iudicatum.

75 Ego tamen nunquàm memini legisse, aut vidisse iudicatum vltrà petita per Sacrum, aut Collaterale Consilium ex hac plenitudine potestatis, & cùm quandoq; accidisset talitèr censum fuisse semper per Dominos Cõsiliarios, atq; DD. Regẽtes declaratum processisse ordinaria, qua semper vtuntur iurisdictione, & authoritate, admissaq; nullitate, quòd decreta, aut sententiæ essent vltrà petita, reuoca-

76 uerunt quod censuerant, exequtionemq; denegarunt. Estq; aduertendũ, q D. *Reg. Tapia* in *cit. tract. de præst Reg. Cancell.* in quo omnia, quæ pertinent ad Regalem Cancellariam, & per consequens ad Collaterale Consilium de potestate iudicandi vltrà petita non meminit, & potest esse ratio, quòd potestate ista Domini Regentes non vtantur.

77 Vndè credo prudenter agi si factis pręuentionibus, cùm præuenti instant, nulla habita ratione præuentionis, & causarum, ex quibus illa fiat, non solùm per Iudices causæ absoluantur conuenti, sed in sententijs addatur, & nihil ominùs condemnentur Actores ad quantitates in instrumento contentas, quòd scilicet soluant capitalia, si peti possunt, vel correspondeant de annuis introitibus, prout cautum fuerit in instrumento, vt sit formula, *absoluantur conuenti, prout præsenti nostra diffinitiua sẽtentia absolui volumus, et mãdamus, pro cuius exequutione Actores soluãt quãtitates in instrumento contentas,* & ità vidi seruatum in processibus antiquis, atq; ex his auferetur occasio disputationis, quam agit D. *Reg. Rouitus d. decis. 60.*

78 Sed an facta instantia modo, quo suprà sit necessaria protestatio, quòd nullum ex instãtia, & iudicio contra præuẽtores præiudiciũ fiat liquidationi instrumẽti, possintq; pręuẽti finita causa præuẽtionis liquidari facere instrumẽta, & ità obtinere literas exequutoriales realitèr, & psonalitèr vigore instrumẽti liquidati, vel ijs obijci possit, cùm volũt procedi facere ad liquidationẽ, quòd per iudicium ordinariũ ex instantijs prędictis sibi præiudicauerint in liquidationibus instrumentorum commodiori loco expecta responsum, vocant nos enim, quæ suprà reseruauimus conferenda cum *Carauita*

SVMMARIVM.

1 *Præuentor, ſi citatus ſuper tenore inſtrumenti, non opponat ſe præueniſſe, an cõdemnari poſſit, vt contumax, & nu. 10. 12. 17. 29 & nu. 40. & 41.*

Et quid, ſi talis ſors ſit. cui renunciare non poſſit expreſsè, nu. 60.

2 *Præuentio quid operetur quòad præuentum, & quid reſpectu Iudicis.*

3 *Contumacia, & miſſio in poſſeſſionem ceſſat in eo, qui præſens iudicium ſuſcipere non compellitur, & quarè, num. 5.*

Quod an verificetur in præuentore, n. 38.

4 *Miſſio in poſſeſſionem eſt effectus contumaciæ.*

6 *Præuentor, quòd compareat, vel ſecùs, ſi citetur ſuper tenore inſtrumenti, an interſit creditoris.*

7 *Non obtemperans Iudici citanti, an puniatur, ſi non interſit eius, ad cuius inſtantiam citatur, quòd compareat, vel non, aliqua ex cauſa.*

8 *Citatus extrà proprij domicilij Iudicem in primis cauſis, an teneatur comparere ex iuribus Regni Neapolitani, & nu. 9. & nu. 16.*

Quod quando, & quorum reſpectu non procedat, nu. 11. & num. 44.

Et an citatio tunc valeat, nu. 19.

12 *Citationis validitas pendet à iuriſdictione citantis, & ſub num. 21.*

13 Antiſtius Labeo *vocatus à Tribuno Plebis, non iuit, & quarè, quidq; reſponderit vocanti.*

Tribuni Plebis olim prehenſionem habebant, non vocationem, ibid. & quarè, ſub num. 52.

15 *Iudicium nemo tenetur ſubire extrà proprium Iudicem, neq; extrà patriam litigare inuitus ex iuribus Romanorum.*

Cauſæ in prima inſtantia ſemper tractari debent in loco habitationis, & domicilij, ibid.

17 Antiſtius Labeo *quis fuerit; An fuerit Vir patritius, vel plebeius, nu. 56.*

18 M. Varro *vocatus à Tribuno plebis, non iuit, cùm trium vir eſſet, & Tribunus Plebis cùm eſſet, neminem vocari iuſſit, aut vocatum à Collega parere inuitum.*

20 *Dictio*, Nec, in pragm. 2. vbi de delict. *quid importet; quomodò illam interpretetur* Signorol. *in Statuto, in quo ſcribit. ibid.*

21 *Citare quid ſit, An ſit idem, quod erat vocare antiquitùs?*

Vocatio in ius an coactam ductionem olim importarit, ibid.

Domo ſua quis olim inuitus non trahebatur, vocabatur tamen, ibid.

22 *Præuentio facta cùm eſt coràm Iudice, vel in Tribunali, à quo præuentor citatur, an debeat opponi, fuiſſe præuentum, & num. 24.*

23 *Citans, ſi nullam habeat iuriſdictionem in citatum, citatus an, & quando teneatur comparere, poſſitq; reputari contumax.*

25 *Scholaris, ſi citetur, & notum ſit priuilegium citanti, an teneatur comparere, aliàs poſſit contra eum procedi, & n. 41.*

26 *Legatus, ſi citetur, & conſtet Iudici de legatione, an proceſſus valeat, ſi Legatus non compareat, & nu. 41.*

27 *Priuilegium qui habet, quomodò illud ſibi tueri poſſit, ac debeat.*

M. Varronis *locus explicatur, ibid.*

28 Text. in l. Ex quacunquè, D. ſi quis in ius voc. non ierit, & in l. ſi quis ex aliena, D. de iudic. *in quo corrigãtur per Pragmaticas Regni Neapolitani.*

30 *Vocatus in ius, ſi nõ ierit, qua pœna præueniens puniri debeat, & vocatus.*

31 *Iudici indefinitè parendum, eumquè contemnere, graue.*

Dolo facit, qui Iudici non pareat, ibid.

32 *Præuentio iuriſdictionis, effectus non parit, niſi de ea opponatur.*

33 *Sententiæ nullitas impedit exequutionẽ, ſi de ea opponatur, aliàs parte tacente, etiam ſententia nulla poteſt exequi.*

34 *Præuentio beneficium eſt, inductum ad liquidationem inſtrumenti impediendam, ſi is, cuius intereſt, eo vti velit.*

Eo vti nolle videtur, qui de facta præuentione non opponat, ibid.

Iudicem, qui recuſauit, ſi litiget coràm recuſato, cenſetur renunciaſſe recuſationi, ibidem.

Taciturnitate in iudicijs qui conſenſus inducatur, ibid.

35 *Tacens in iudicijs in quantumcunq; præiudicialibus, habetur pro conſentiente.*

Conſenſus tacitus tantum operatur, quãtum expreſſus. ibid.

36 *Citatus habens exceptiones, vel defenſiones, ſi comparens illas non alleget, videtur illis renunciare.*

Conſenſus præſumptus ex taciturnitate ſufficit in iudicijs, ibid.

37 *Error, cui à parte non reſiſtitur, cenſetur approbatus.*

39 *Præueniens an aliquo caſu moleſtari poſſit, non obſtante præuentione, & contra eum procedi ad interrogationem.*

40 *Præueniens, si citetur super tenore instrumenti, qua ratione debeat comparere, & num. 41. & 53.*

Superiori in dubio obediendum est, ibid.

41 *Dubium cùm est, an citãs iurisdictionem habeat in citatum, comparere debet qui citatur, & priuilegium allegare.*

42 *Dubium cùm est, vtrùm citatus teneatur comparere, & respondere coràm Pratore, citatus, quòd cõparere teneatur, qui dixerint, recensentur.*

Qua pœna, & per quem tunc puniri debeat, qui non compareat, ibid.

Fauorem non meretur, qui peccat in legẽ, ibidem.

43 Pragmat. 2. vbi de delicto *explicatur.*

44 Prag. 8. de citat. *explicatur, & n. 45. & 46.*

45 *Citari quomodò debeat, qui declinatoriã prætendere potest, aut exemptionem à iurisdictione citantis.*

47 *Pœna indicta in Pragmaticis, nisi dicatur, cui applicari debeat.*

48 *Virgo habens patrem, an, & quando habeat priuilegium electionis fori?*

49 Pragm. 8. de citat. & 2. vbi de delict. *non procedũt in causis liquidationis instrumentorum, sed in causis ordinarijs, & quarè.*

50 *Pactum, vt quis conueniri possit in omni Curia, & foro, an operetur, si in loco iudicij conuentus vigore pacti, non reperiatur.*

51 *Nullitas non excluditur* per pragm. 8. de instrum. liquidat. *aduersus liquidationes iàm factas.*

52 Antistij Labeonis *relatum exemplum examinatur, & n. 55. & 57.*

53 *Iudex, qui scit se habere iurisdictionem, sed elidibilẽ opposita exceptione, an, & quando possit procedere contra nõ comparentem, eumq; condemnare, vti contumacem.*

Antistium Labeonem, *qui, & qua de causa insania notauerint, quiuè ab ea vindicauerint illum, ibid.*

Labeo Cæsari *infensus*, Capironi *postponitur in petitione Consulatus, & quarè, ibidem.*

56 Auli Gellij *locus declaratur.*

58 *Magistratus pro nihilo sunt, nisi ipsis pareatur.*

59 Cosrois *Regis Persarum, &* Alexandri Magni *exempla varia recensentur cum vocatis, qui non iuerunt.*

61 *Ciues* Capuani *pro primis causis non possunt conueniri extrà* Curiam Ciuitatis *Capua.*

Quòd si non compareant, an cõtra eos procedi possit, vti contrà contumaces, ibid.

Quiauè si præuentum esset coràm Iudice, qui ex statuto restrictam haberet iurisdictionem, vel illam exerceret solummodò contra viuentes de arte maris, vel aliqua alia arte, ibid.

62 Contumax, *si post contractam contumaciam compareat, an, & quando declinet forum, etiam post sententiam, & in causa criminali, & sub n. 79.*

QVÆSTIO III.

Præuentio an impediat liquidationem instrumenti, aliosquè operetur effectus, si de ea non opponatur, & quando, quomodò, ac per quem opponi possit, aut debeat, fuisse præuentum.

Quidq; in hoc statui debeat, si de præuentione facta Iudici constet, sed non opponatur, aut procedatur ad vlteriora in causa liquidationis, non obstante oppositione præuentionis.

Continuata Tractatio.

1 QVòd si de facto citetur, qui præuenerat, aut obtineat in praxi *Carau.* sententia contra id, quod probauimus *q. praecedenti*, an comparere debeat præuentor, & opponere de facta præuentione, recenseamus hoc loco, vt partem alteram absoluamus traditorũ à *Carau.* quem adduximus *loco* nupèr cit. *num. 16. & 17.* dicentem; teneri tunc præuentorem comparere, & allegare, se præuenisse, atquè ità, vt si non comparens id allegare neglexerit, possit reputari contumax, & condemnari, tanquàm si non præuenisset.

2 Et videtur negatiuè concludendum ex dictis similitèr *q. praeced.* cùm notauimus *num. 26. & 29.* præuentionem, aut auferre, aut suspendere actionem parti petendi exequutionem instrumenti, & Iudici iurisdictionem, & authoritatem procedendi ad interrogationem, quousquè durat iudicium præuentionis, hoc etenim dato resultat conclusio, non teneri citatum super tenore instrumenti, aduersus quod est præuentum comparere, & per consequens officium suum perdere contumaciam circa effectus, qui procedunt ab ea.

3 Cessare namquè contumaciam in eo, qui præsens iudicium suscipere nõ com-

pelli-

pellitur, probat apertè *tex. in l.3.D.de iud. & in l.contumacia, §.vlt.D.de re iudic.* notat *Romanus cons.*454. *num.3. & Iac.Cu-*
4 *iac.* ad cit. *l.3.* vbi scribit, cõtra citatum, qui tamen præsens iudicium suscipere nõ teneretur, cessare, si non compareat, missionem in possessionem, qui effectus est contumaciæ, vt constat ex verbis edicti, quæ refert *Iacobus Reuard. lib. sing. pro Tribun. cap.3. pag.* mihi 786. *in fin.* & ex *l.satis 19.D de in ius voc. l.7. D.quibus ex caus. in possess. eatur, l.1. §.si nemo, D.quod cuiusq; vniuers. nomine, & in auth. si, qui, C.de bon. author. iudic. possid.* vbi *glo. Bart. Bald. Salyc.* & alij, *Paulus Castr. in l.ex quacunq; sub num.5. D. si quis in ius voc. non ierit*, & antè ipsum *Io. Andr.* licèt vnico tantùm verbo in *cap. præterea, sub nu. 4. de dilat.* obseruat *Cuiac. in paratit. ad tit. D. si quis ius dic. non obtemper. sub lit. D.* & post Antiquiores, adductis Regni Cõstitutionibus nouissimè *D Regens Sanfelicius in praxi iudic. sect. 37 in princip. &*
5 *per tot.* estquè ratio, quia non videtur frustrandæ actionis causa latitare, qui præsens iudicium suscipere non compellitur, inquit *Vlpian. in d.l.3.* vel, vt putat legendum *ibid. Iacobus Cuiac.* nõ videtur fraudationis causa latitare, qui præsens, iudicium suscipere non compellitur.

6 Quod omni in casu, & absquè scrupulo statui posse videtur in materia ista præuentionis, in qua facta præuentione non videtur interesse creditoris, ad cuius instantiam citatur, qui præuenerat, compareat, vel secùs, dùm, & quãdo compareat, non procedit interrogatio, prohibente *Ritu 168. in §.nota, & Ritu 189.* quòd procedatur ad interrogationem super tenore instrumenti, contra quod est præuẽtum, donec finiatur causa præuentionis.

7 Constat etenim, edicto locum non esse, quo animaduertitur in eos, qui ius dicenti non obtemperauerint, quotiès non interest illius, ad cuius instantiam aliquis citatur, quòd compareat, vel secus, vt pluribus iuris nostri locis continetur, præsertim in *l.2. D si quis in ius voc. non ierit*, ibi, *nihil intersit actoris*, & notant *Paulus Castr. ibi. num.7. & Ias. num.* 12. qui & idem iuris esse docent in casibus, in quibus, aùt in diem festum citatio caderet, aut cùm Iudex abesset, vel in Tribunali sedere nõ posset, morte, aut alio casu præuentus.

8 Et quòd non teneatur comparere, qui postquã præuenerat citatur, videtur probari, attento etiam iure Regni huius, in quo lege particulari cautum est in *pragm. 8. tit. de citat. & in pragm. 2. tit. vbi de delict. quis conueniri debet*, nihil agere, hoc est frustrà procedere Iudicem, qui ad instantiam cuiusuis personæ, quantumuis priuilegiatę extrà districtũ proprij incolatus cuiusquè Regnicolæ aliquem vocet, aut citet alterius iurisdictioni, sinè mediatè subditum, siuè immediatè, vocatũquè non teneri eo in casu comparere.

9 Probatur assumptum, quia tota ratio sanctionum illarũ reposita est in eo, quia sublata est à Iudicibus Regni Supremis cognitio primarum causarũ respectu Regnicolarũ, qui immediatè Supremis Tribunalibus, aut quorumuis aliorum vocãtium subiecti non sint, sed Baronibus, aut Vniuersitatibus, quæ iura Baronum exerceant, vel ex gratia, vel ex contractu oneroso, sinè vltrò, citroquè obligatorio, prout pragmaticas istas censeo Ego supplendas, & declarandas, sed sic est. quòd ex dictis *num.* 2. facta præuentione, aut sublata est, aut suspensa iurisdictio omnium ius dicentium procedendi super interrogatione instrumenti, aduersus quod est præuentum, ergo quotiès est præuentum, qui præuenit, comparere non tenebitur citatus super tenore instrumenti.

10 Nulla enim exceptio reseruata est, nulla admissa declaratio in *Ritibus* citatis facta præuentione, sed simplicitèr interdictum est, & scriptum, nè procederetur ad interrogationem, nisi finita causa præuentionis, vt sæpè alibi relatis verbis *Rituũ* inculcauimus, tanquàm ex deficiente iurisdictione quòad vocantem, vt indè credi possit, strictiùs agendum facta præuentione, quàm agatur cùm aliquis Regnicola citatur, qui non compareat, & non teneri comparere prætendat vigore illarũ pragmaticarum, quæ moderante Regnum D.
11 Comite Benauenti, Prorege acerrimo simul, & vigilantissimo declaratæ fuerunt, sub die 13. Maij 1605. in eadem *pragm.* 8. quòad personas, quæ ex priuilegio ius habent, aut eligendi forum, cuius generis sunt (quia pragmatica priuilegia non explicat) Viduæ, Pupilli, Virgines, & pro bonis Ecclesiarum personę Ecclesiasticę, ac cęteri omnes, qui miserabilium numero continentur, Item & qui priuilegio gaudent trahendi alios ad proprium domicilium, ac forum, prout sunt Ciues Neapolitani, & alij in Regno quamplures, pręsertim, qui in Regijs Tribunalibus diù

40 *Praueniens, si citetur super tenore instrumenti, qua ratione debeat comparere, & num. 41. & 53.*

Superiori in dubio obediendum est, ibid.

41 *Dubium cùm est, an citãs iurisdictionem habeat in citatum, comparere debet qui citatur, & priuilegium allegare.*

42 *Dubium cùm est, vtrùm citatus teneatur comparere, & respondere coràm Pratore, citatus, quòd cõparere teneatur, qui dixerint, recensentur.*

Qua pœna, & per quem tunc puniri debeat, qui non compareat, ibid.

Fauorem non meretur, qui peccat in legẽ, ibidem.

43 Pragmat. 2. vbi de delicto *explicatur.*

44 Prag. 8. de citat. *explicatur, & n. 45. & 46.*

45 *Citari quomodò debeat, qui declinatoriã prætendere potest, aut exemptionem à iurisdictione citantis.*

47 *Pœna indicta in Pragmaticis, nisi dicatur, cui applicari debeat.*

48 *Virgo habens patrem, an, & quando habeat priuilegium electionis fori?*

49 Pragm. 8. de citat. & 2. vbi de delict. *non procedũt in causis liquidationis instrumentorum, sed in causis ordinarijs, & quarè.*

50 *Pactum, vt quis conueniri possit in omni Curia, & foro, an operetur, si in loco iudicij conuentus vigore pacti, non reperiatur.*

51 *Nullitas non excluditur* per pragm. 8. de instrum. liquidat. *aduersus liquidationes iàm factas.*

52 Antistij Labeonis *relatum exemplum examinatur, & n. 55. & 57.*

53 *Iudex, qui scit se habere iurisdictionem, sed elidibilẽ opposita exceptione, an, & quando possit procedere contra nõ comparentem, eumq; condemnare, vti contumacem.*

Antistium Labeonem, *qui, & qua de causa insania notauerint, quiuè ab ea vindicauerint illum, ibid.*

Labeo Cæsari *infensus,* Capitoni *postponitur in petitione Consulatus, & quarè, ibidem.*

56 Auli Gellij *locus declaratur.*

58 *Magistratus pro nihilo sunt, nisi ipsis pareatur.*

59 Cosrois *Regis Persarum, &* Alexandri Magni *exempla varia recensentur cum vocatis, qui non iuerunt.*

61 *Ciues Capuani pro primis causis non possunt conueniri extrà Curiam Ciuitatis Capua.*

Quòd si non compareant, an cõtra eos procedi possit, vti contrà contumaces, ibid.

Quiduè si præuentum esset coràm Iudice, qui ex statuto restrictam haberet iurisdictionem, vel illam exerceret solummodò contra viuentes de arte maris, vel aliqua alia arte, ibid.

62 Contumax, *si post contractam contumaciam compareat, an, & quando declinet forum, etiam post sententiam, & in causa criminali, & sub n. 79.*

QVÆSTIO III.

Præuentio an impediat liquidationem instrumenti, aliosquè operetur effectus, si de ea non opponatur, & quando, quomodò, ac per quem opponi possit, aut debeat, fuisse præuentum.

Quidq; in hoc statui debeat, si de præuentione facta Iudici constet, sed non opponatur, aut procedatur ad vlteriora in causa liquidationis, non obstante oppositione præuentionis.

Continuata Tractatio.

1 QVòd si de facto citetur, qui præuenerat, aut obtineat in praxi *Carau.* sententia contra *id*, quod probauimus *q. præcedenti*, an comparere debeat præuentor, & opponere de facta præuentione, recenseamus hoc loco, vt partem alteram absoluamus traditorũ à *Carau.* quem adduximus *loco* nupèr cit. *num. 16. & 17.* dicentem; teneri tunc præuentorem comparere, & allegare, se præuenisse, atquè ità, vt si non comparens id allegare neglexerit, possit reputari contumax, & condemnari, tanquàm si non præuenisset.

2 Et videtur negatiuè concludendum ex dictis similitèr *q. præced.* cùm notauimus *num. 26. & 29.* præuentionem, aut auferre, aut suspendere actionem parti petendi exequutionem instrumenti, & Iudici iurisdictionem, & authoritatem procedendi ad interrogationem, quousquè durat *iudicium* præuentionis, hoc etenim dato resultat conclusio, non teneri citatum super tenore instrumenti, aduersus quod est præuentum comparere, & per consequens officium suum perdere contumaciam circa effectus, qui procedunt ab ea.

3 Cessare namquè contumaciam in eo, qui præsens iudicium suscipere nõ com-

pellitur, probat apertè *tex. in l.3.D.de iud. & in l.contumacia, §.vlt.D.de re iudic.* notat *Romanus conf.454. num.3. & Iac.Cu-*
4 *iac.* ad cit. *l.3.* vbi scribit, cõtra citatum, qui tamen præsens iudicium suscipere nõ teneretur, cessare, si non compareat, missionem in possessionem, qui effectus est contumaciæ, vt constat ex verbis edicti, quæ refert *Iacobus Reuard. lib. sing. pro Tribun.cap.3. pag.* mihi 786. *in fin.* & ex *l.satis 19.D de in ius voc.l.7. D.quibus ex caus.in possess.eatur, l.1. §.si nemo, D.quod cuiusq; vniuers.nomine, & in auth.ei, qui, C.de bon.author.iudic. possid.* vbi *glo.Bart. Bald. Salyc.* & alij, *Paulus Castr. in l.ex quacunq; sub num.5. D. si quis in ius voc. non ierit,* & antè ipsum *Io.Andr.* licèt vnico tantùm verbo in *cap.præterea, sub nu. 4.de dilat.* obseruat *Cuiac. in paratit. ad tit.D.si quis ius dic.non obtemper. sub lit. D.* & post Antiquiores, adductis Regni Cõstitutionibus nouissimè *D Regens Sanfelicius in praxi iudic.sect.37 in princip.&*
5 *per tot.* estquè ratio, quia non videtur frustrandæ actionis causa latitare, qui præsens iudicium suscipere non compellitur, inquit *Vlpian.in d.l.3.* vel, vt putat legendum *ibid. Iacobus Cuiac.* nõ videtur fraudationis causa latitare, qui præsens iudicium suscipere non compellitur.
6 Quod omni in casu, & absquè scrupulo statui posse videtur in materia ista præuentionis, in qua facta præuentione non videtur interesse creditoris, ad cuius instantiam citatur, qui præuenerat, compareat, vel secùs, dùm, & quãdo compareat, non procedit interrogatio, prohibente *Ritu 168. in §.nota, & Ritu 189.* quòd procedatur ad interrogationem super tenore instrumenti, contra quod est præuẽtum, donec finiatur causa præuentionis.
7 Constat etenim, edicto locum non esse, quo animaduertitur in eos, qui ius dicenti non obtemperauerint, quotiès non interest illius, ad cuius instantiam aliquis citatur, quòd compareat, vel secus, vt pluribus iuris nostri locis continetur, præsertim in *l.2. D.si quis in ius voc.non ierit,* ibi, *nihil interfit actoris*, & notant *Paulus Castr. ibi.num.7. & Ias. num. 12.* qui & idem iuris esse docent in casibus, in quibus, aut in diem festum citatio caderet, aut cùm Iudex abesset, vel in Tribunali sedere nõ posset, morte, aut alio casu præuentus.
8 Et quòd non teneatur comparere, qui postquã præuenerat citatur, videtur probari, attento etiam iure Regni huius, in quo lege particulari cautum est in *pragm. 8.tit.de citat & in pragm.2.tit. vbi de delict.quis conueniri debet,* nihil agere, hoc est frustrà procedere Iudicem, qui ad instantiam cuiusuis personæ, quantumuis priuilegiatę extrà districtũ proprij incolatus cuiusquè Regnicolæ aliquem vocet, aut citet alterius iurisdictioni, siuè mediatè subditum, siuè immediatè, vocatũquè non teneri eo in casu comparere.
9 Probatur assumptum, quia tota ratio sanctionum illarũ reposita est in eo, quia sublata est à Iudicibus Regni Supremis cognitio primatum causarũ respectu Regnicolarũ, qui immediatè Supremis Tribunalibus, aut quorumuis aliorum vocãtium subiecti non sint, sed Baronibus, aut Vniuersitatibus, quæ iura Baronum exerceant, vel ex gratia, vel ex contractu oneroso, siuè vltrò, citroquè obligatorio, pront pragmaticas istas censeo Ego supplendas, & declarandas, sed sic est, quòd ex dictis *num.2.* facta præuentione, aut sublata est, aut suspensa iurisdictio omnium ius dicentium procedendi super interrogatione instrumenti, aduersus quod est præuentum, ergo quotiès est præuentum, qui præuenit, comparere non tenebitur citatus super tenore instrumenti.
10 Nulla enim exceptio reseruata est, nulla admissa declaratio in *Ritibus* citatis facta præuentione, sed simpliciter interdictum est, & scriptum, nè procederetur ad interrogationem, nisi finita causa præuentionis, vt sæpè alibi relatis verbis *Ritu* inculcauimus, tanquàm ex deficiente iurisdictione quoad vocantem, vt indè credi possit, strictius agendum facta præuentione, quàm agatur cùm aliquis Regnicola citatur, qui non compareat, & non teneri comparere prætendat vigore illarũ pragmaticarum, quæ moderante Regnum D.
11 Comite Benauenti, Prorege acerrimo simul, & vigilantissimo declaratæ fuerunt, sub die 13. Maij 1605. in eadem *pragm.8.* quòad personas, quæ ex priuilegio ius habent, aut eligendi forum, cuius generis sunt (quia pragmatica priuilegia non explicat) Viduæ, Pupilli, Virgines, & pro bonis Ecclesiarum personę Ecclesiasticę, ac ceteri omnes, qui miserabilium numero continentur, Item & qui priuilegio gaudent trahendi alios ad proprium domicilium, ac forum, prout sunt Ciues Neapolitani, & alij in Regno quamplures, præsertim, qui in Regijs Tribunalibus diù

causas egerunt & Causidici nomina meruerunt, de quibus pragmaticas istas non esse intelligendas explico *obseruatione particulari* ad iura Ciuitatis, & Regni Neapolis ad *pragm. 3. de offic. Sacri Cons.* §. 3. estquè quòad Causidicos elegans *Adriani Fulner* oratio, de qua meminimus *q. praced sub num.* 49.

12 Quotiescunquè igitur in citante iurisdictio aliquo modo deest, quia pendet ab ea validitas citationis, vt probat *tex. in cap. si diligenti, de foro cōpet.* videtur cum omni exempto posse præuentorem respondere vocanti, Iudici dicas, ius eum non habere vocandi, quem præuenisse comperiat, interrogandiquè super tenore instrumenti, quod præueniendo labefactauit præueniens, eò quòd esset, aut sublata, aut suspensa iurisdictio Iudici interrogandi super tenore instrumenti priùs quàm præuentio finiretur, exemplo *Antistij Labeonis*, qui, vt scripsit *Atteius Capito*, & memorant *Marcus Varro lib. 21. rerum humanarum*, *Gellius lib. 13. noct. cap. 12. Petrus Aerodius lib. 2. rer. iudic.*
13 *tit. de offic. Tribuni Plebis, cap. 19. & Bernardinus Rutilius in Vitis Iurisconsult. loco*, quo scribit vitam *Antistij Labeonis*, cùm à muliere quadam aduersus eū aditi Tribuni Plebis *Gellianum* ad eum misissent, vt veniret, & mulieri responderet (id, quod correspondet ordinibus dari solitis à Prætore Vrbis huius Neapolis, hoc est à Regente M.C.V. *soluat, aut veniat coràm* cōtra renuentes soluere, præsertim famulis pro famulitio) iussit, eum, qui missus erat redire, & Tribunis dicere, ius eos nequè se, nequè alium quemquam in causam vocandi non habere, cùm moribus maiorum Tribuni Plebis præhensionem haberent, vocationem non haberent.

14 Statuit namquè *Ferdinandus Rex* noster in *d. pragm. 2.* sub die primo Ianuarij 1488. in Ciuitate Puteolorum, vt constat ex *d. pragmat. 2. vbi de delict.* quòd citatus ab eo, cuius iurisdictio, aut dormiret, aut sublata esset in cognitione primarum causarum, comparere non teneretur, illis in verbis, *quicunquè euocatus, vel districtus ex ipsis fuerit*, (hoc est Regnicolis) *nec teneatur pro quacunq; prima causa, modo aliquo comparere, sed ad suum Iudicem ordinarium, & pro tempore statutum, quòad cognitionem ipsarum prima-*
15 *rum causarum remitti*, in quo pragmatica conformis est iuri communi Romanorum, per quod extrà proprium Iudicem nemo tenetur subire iudicium, nequè extrà patriam litigare inuitus, *cap. dilecti, de foro compet.* addita nullitate gestorum, si in actis, vel sententia Iudex processerit, in *cap. at si Clerici, ext. de iudic. & in l. 2. & vlt. C. si à non compet. Iudice*, obseruat *Petrus Belluga in Spec. Princ. rubr. 27. in §. milites, sub num.* 20. qui *num.* 21. subdit, quòd nequè citatus tunc tenetur comparere, per notata in *l. 2. D. si quis in ius voc. non ierit, & in cap. prætereà, de dilat.* & quòd causæ in prima instantia tractari, & remanere debeant de iure semper in loco, in quo habitat Vasallus, & in loco domicilij, docet *Frater Io. Marquez de gubernat. Christ. lib. 1. cap. 19. fol* mihi 114. *col. 2. sub lit. B.* & *Nos* tetigimus apud *Nouar. in tract. de elect. & Variat. fori, p. 2. q. 27. num.* 14. vbi diximus, id procedere, quamuis vocaretur quis in Curiam Principis.

16 Vndè videtur aduerti debere ad id, quod tradit *D. Reg. Rouitus in d. prag. 2.* cùm *num. 4. vers. immò citatus*, visus est voluisse, quòd citatus extrà suum domicilium in primis causis puniri possit, si non compareat, dùm monet Lectorem, vt videat *Carau.* & alios, quos laudat, dicētes; teneri citatum tunc comparere, contra axioma in iure nostro vulgatum, quo dicimus, pœnam non mereri, quod fit lege permittente, ad *l. Gracbus, C. de adulter.* cum cumulatis per *Menoch. de arbitr casu 398. nu. 29.* & contra expressa pragmaticæ verba, quæ & ipse transcripsit, *Nec teneatur pro quacunq; prima causa modo aliquo comparere.*

17 Quis etenim iure arguet inobedientiæ quemquam, eumquè punire audebit, aut condemnare, qui vocatus, nisi veniat, legem habet, qua fulciatur? & exemplum *Labeonis Antistij*, quem maximi apud Priscos nominis Iureconsultum dicit *Picbardus in disputat. de nobilitatis communicatione inter vir. & uxor. sub num.* 14. *fol.* mihi 227. & quem legum, atquè morum Populi Romani, Iurisquè Ciuilis apprimè doctum fuisse, scribit *Gellius d. cap. 12. in princ.* vt mittamus, quæ de *Labeone* isto retulimus *cap. 1. quæst. 2. num. 72.* & quæ latissimè *in vita Antistij Labeonis* exarat *Bernardinus Rutilius*.

18 Maximè si facto *Labeonis*, & iudicium iungamus *M. Varronis*, qui refert, & cum eo *Gellius, Aerod.* & alij, qui à *Varrone* verba transcripserunt, & ipsum *M. Varronem*, cùm Trium vir esset, & vocaretur à

Por-

Portio Tribnno Plebis non iuiſſe,& vetus ins tenniſſe, *loco* cit. vbi ſubdit, quòd & ipſe cùm Tribunus eſſet,vocari neminem iuſſit,nec vocatum à Collega,parere inui-
19 tum; Iungamus item & diſpoſitionem Pragmaticarum declarantium, vocationem,& citationem nullius roboris eſſe, & momenti,auertentiumq; damnum, quod ex contumacia poſſet,ac ſoleret oriri, in verbis *Pragm.8.ibi, Oltre,che volemo, & con queſta dichiaramo, che le prouiſioni, che ſe ſpediſſero contro la forma,& tenore della preſente noſtra Pragmatica, & Ordinatione ſiano nulle,& inualide, & di quelle non ſe ne debbia hauere ragione alcuna,*&ſequentia verba *pragm.2. vbi de delict. quinimmò ſtatuimus, & ordinamus, quòd in hoc caſu quicunq; euocatus, vel diſtractus ex ipſis fuerit, nec teneatur pro quacunq; prima cauſa, modo aliquo comparere.*

20 Quibus in verbis dictio illa, *nec*, non ità ſtare videtur in Pragmatica iſta,vt videatur *Ferdinandus*, voluiſſe dicere ſolùm, quòd non teneatur comparere, qui vocatur extrà diſtrictum, & ſcripſiſſe, *nec* pro *non*, vti dictionem, *nec*,interpretatur *Signorolus* in ſtatuto,de quo loquitur *cõſil.*208. incip. *Factum ſic ſe habet,ſtatuto cauetur, num.3. verſ.Præterea nec reſoluitur,*vſquè *in fin.* Sed vt contemptum quendam ex Regis licentia lex demonſtraret in Iudice, quotiès, qui citatur, exceptionem habeat,qua poſſit imperium citantis declinare, & Iudices aduerterent in obſeruanda ſanctione, qua non ſubditus vocari non permittitur, nè cõtemptus vlciſci iuriſdictionem valeat, impeditus à Pragmatica, quod hodiè inconcuſſum quodammodò ſeruatur, renouatis ordinationibus in Magna Curia Vicariæ, quæ vigent.

21 Nec dicatur,inter hunc,& caſus,quos retulimus *Antiſtij,*& *M.Varronis* diſcrimen adeſſe,quòd vocatio illa in ius, de qua *M.Varro*,non citationem importet, vti vulgus Interpretũ putare, ſcribit *Antonius Pichardus in diſput.de ſatiſdat.Iudicialibus,num.4.* Sed vim quandam,violentam, ſcilicèt ductionem, cuius expers eſt citationum formula, qua vtimur,præſertim ad liquidationes inſtrumentorum, quæ verbalis vocatio eſt tantummodò, ità quòd inuitum, reluctantemquè temporibus illis obtorto, quod aiunt,collo,in ius, hoc eſt ad Tribunal Prætoris trahere importabat vocatio, vt idem *Pichardus* probare conatus eſt, adductis ad id quãplurimis à *num.3.* quod & verbum, quo vſus eſt *M.Varro* probare videri poterit,à Nobis relatum ſub *num.*18.& non aduertit *Pichardus, nec vocatum à Collega parere inuitum.*

Verius namquè eſt,non aliud importare vocationem illam, quàm ſimplicem, verbalemquè citationem,vt meliùs viderunt *Ioannes Robertus lib.3.ſentent.cap.1. & Ioannes Baudius lib.2.quæſt.iur.cap.1.* & probat *Paulus in l. ſed & ſi is* 21. *D. de in ius voc.* vbi eum, qui domi ſit, quamuis de ea extrahi non poſſit inuitus, *l. pleriq;* 18. *D. de in ius voc. l. nemo de domo* 103. *D. de regul.iur.* in ius tamen vocari poſſe,*Paulus* ait,& *Vlpian. in d.l.ſiquis ex aliena,*vbi ſcribit,eum,qui ex aliena iuriſdictione in ius vocatur, venire debere, priuilegia ſaltèm allegaturus, nàm ſi manu traherentur,qui vocantur in ius,non verbo *venire*, vſus fuiſſet *Vlpianus*, quod ità differt à ductu, vt nos, cùm aliquem duci volumus pro debito impetitum,vtimur formula,*ducatur coràm.*& hoc caſu, qui famulantur Tribunali Magnæ Curiæ, trahunt,obtortoquè collo ducunt, quem duci mandamus, cùm verò vtimur formula, *veniat coràm*, non aliud prætendimus, quàm ſimplicem citationem, vocationemquè illam,qua comparere ſolùm quis iubetur, impartituſquè illi terminus cenſetur dierum duorum,infra quem cõparẽdi poteſtas fieri ſolet, alio nõ addito.

Vt hinc nulla prorſus allegari, aut aſſignari diſparitas poſſit citationis, qua nos vtimur,& vocationis, de qua meminere *Gellius*, & *Varro*, debeatq; intelligi citatio ſuper tenore inſtrumenti, prout & quælibet alia vocatio in ius,inq; iudiciũ, citare namquè, vt benè quoſdam admonuiſſe teſtis eſt *Briſſon.lib.3. de verbor.ſignif.in verbo citare*,eſt per Præconem,ſeù voce Præconis vocare, vt conſtat ex *l.7. D.de in integr.reſtit.l.73.D. de indic. l.10. D.de public. iudic. l.20. D.de teſtibus*, & vocatio olim, prout & hodiè citatio pendet ab imperio, hoc eſt à iuriſdictione citantis,vt de ſecundo eſt *tex.in d.cap.ſi diligenti*, & meminimus ſuprà, & de primo eſt locus apud *Gell. lib.13. noct. cap.* 12. circa *med.*& apud *P. Aerodium d.c.19.*

22 Et ex his cõfundi videtur omninò ampliatio,quam retulimus ex *Caran.q.præced.num.19.*Si intellexit *Caran.*prout credo ego,indubitatum eſſe debere, teneri nimirùm comparere,& allegare ſe præue-

nisse præuentorem, quamuis citetur in eodem Tribunali, in quo præuenisset, & sic notorium esset Iudici, factam fuisse, pendereque præuentionem aduersus instrumentum, super cuius tenore relaxatur postmodùm citatio.

23 Quando enim ex dictis præuentio factam iurisdictionem suspendit, & aufert, & exindè certum est, & notorium, iudicem citantem nullam habere iurisdictionem in citatū, quod verificatur in eo, qui alienæ iurisdictionis est, vt in *l. fin. D. de iurisdict. omn. Iudic.* & qui quocunq; alio modo imperium citantis potest declinare, vt suprà vidimus, & repetemus infrà, tunc etsi citatus non compareat, non poterit contra eum procedi, tanquàm contra cōtumacem, vt tenent multi apud *Pelin. in cap. cùm ordinem, num. 8. vers. Quòd non teneatur, de rescript. & in c. si duobus 13. de appell.* quod & probari videtur per *tex. in l. 3. D. de iudic.* quam ità communitèr intellectam dicit *Petrus Barbosa* ad *l. si quis ex aliena, num. 11. D. de iudic.* estquè ad prędicta *tex. in d. l. contumacia, §. vlt. D. de re iudic. in cap. si à Iudice, de appell. in 6. & in clem. Pastoralis, §. Pisanaquè, de re iudic.* secundùm *Barbos. loco* cit. qui testatur, conclusionem istam constitui à *glos. prima in d. l. 3. et glos. 2. in l. 2. D. si quis in ius voc. non ierit*, descendens conclusionem à contrarijs ex *num.* 15. pręsertim à *tex. in d. l. si quis ex aliena.*

24 Sed & probat sententiam istam Idem *Carau. in Ritu* 280 *sub nu.* 3. *vers. Et ratio istius Ritus*, vbi docens causam, propter quam citatus, cui declinatoria competat, teneatur comparere, aliàs posset reputari contumax, dicit, eam esse, quia licèt citatus possit per aliquam exceptionem declinare forum, tamen quia Iudici citāti hoc non apparet, in dubio tenebitur comparere, & priuilegium allegare, si etenim tota ratio arctandi præuentorem ad comparendum, & vis tota contumaciæ reposita est in eo, quòd Iudici citanti non apparet de exceptione, quotiès liquebit de pręuentione facta, vt supponimus cum *Carau.* non posse Iudicem procedere cōtra pręuentorem, quem scit ex actis pręuenisse, pretextu, quòd non compareat, pręuentionem allegans, necessariò, aut dicemus cum *Carau.* aut *Carauita* ipse docebit.

25 Et in hoc sensu, Scholarem citatum, si notum fit priuilegium Iudici citanti, non teneri comparere, & quòd non valeat processus, qui contrà illum fiat, tāquàm contrà contumacem, notat *Horatius Lucius de priuileg. Scholar. cap. 64. in fine*, & in eodem *tract. Rebuff. priuileg.* 154. post *Dec. in cap. cùm ordinem, vol. fin. de rescript. Curt. Iun. in l. 1. num. 16. D. si quis in ius voc. non ierit.*

26 Idemquè in Legato si citetur; & constet Iudici de legatione, eum scilicèt, quem citari mādat, esse Legatum, quòd tunc citatio non valeat, & Legatus non teneatur comparere, scribit *Specul. titul. de except.* §. 1. *sub n.* 5. *& Imola in l. quidam consulebat, num. 23. & num. 25. in fine, D. de re iudic.* post *Innoc. in cap. præsenti, colum. 1. ad fin. de rescript. in 6.* quorum meminit *Barbosa in d. l. si quis ex aliena, num. 32.*

27 Debetquè ratio esse, quia potest, & debet, qui priuilegium habet, ius suum ità tueri, vt ab eo nullo modo cadat, aut illud spreuisse conuinci possit, hac enim ratione, inquit *Varro loco* cit. *& vetus ius tenui*, vt est apud eum, & referunt *Gell. & Aerod. locis* citatis, hoc est priuilegium, ac dignitatem officij seruaui, nàm cùm quilibet seruat sui gradus prerogatiuam, societas conseruatur humana, inquit *Pontifex in cap. vlt. 89. distinct.* & aduertit *Xamar. de offic. Iudic. & Aduocat. par. 1. q. 2. nu. 65. in fine.*

28 Quę si locum obtinent, vim aliquam non faciunt *tex. in l. si quis ex aliena*, quo monetur tantummodò *Carau.* & in *l. ex quacunq;* cum alijs, ex quibus, aut supplētur, aut explicatur *d. l. si quis ex aliena*, notat *Paulus de Castr. in d. l. ex quacunquè, num. 1. in fine*, eas enim corrigi ex Pragmaticis citatis in eo, quòd Pragmaticę illę cauent, constat apertissimè.

29 His tamen non obstantibus puto Ego cum *Carau.* censendum, citrà tamen pręiudicium eorum, quę diximus *quast. pręced.* quotiès, aut citatur de facto, qui pręuenit, aut obtinet in praxi, quòd possit citari, qui pręuenit, non obstante pręuentione.

30 Moueor primò, quia in ius vocati, vt eant, Pretor edicit in edicto, de quo in *tit. D. in ius vocati, vt eant*, addita pœna in eos, qui vocati in ius non ierint, aut ius dicenti non obtemperauerint in *tit. D. si quis ius dic. non obtemper.* & in *tit. D. si quis in ius voc. non ierit*, eaquè irroganda arbitrio Iudicis, *l. 2. D. si quis in ius voc.* vel damno litis, aut denegata iurisdictione, mulctauè irrogata, siuè captis pignoribus, aut vinculis, *d. l. contumacia, D.*

de re

de re iudic.l.1.§.propter,D.de poſtul.l.26.
§.ſed etſi,D.ex quibus cauſ maior.obſer-
uat Cuiac.ad l.vnicam in parat.D.ſi quis
ius dic.non obtemper.in repet.prælect.ſub
lit. D. Cùm ergò vocatur, citaturquè qui
præuenerat, ire debet, & obtemperare,
aliàs damno litis rectè, & ſecundùm iura
mulctabitur, hoc eſt condemnabitur in
id, quod actor deduxit in iudicium, ſem-
31 per enim, & indefinitè Iudici parendum,
iura noſtra præſcribunt, nec aliquis ab
hoc excipitur in edicto Iuſtiniani Cæſa-
ris, de quo in auth.vt omnes obed.iudic.
quinimmò & poſſe argui de dolo, qui nõ
paret, cenſeriquè doloſè facere illum, qui
Iudicis iuſſui non obtemperauerit, eſt tex.
in l.iniuriarum 13. §. is, qui D.de iniur.
graueque ex indè eſſe contemnere Iudi-
cem, probat tex.in l.ſi familia 9. D.de iu-
riſd.omn.iudic.& in l.de ætate 11. §.is, qui
tacuit, D.de interrogat.act. notat Innoc.in
cap.1.ext.de nou.oper. nunciat.
32 Moueor ſecundò, quia & in altera ſpe-
cie præuentionis, quam dicimus iuriſdi-
ctionis, ità quoquè ſtatutum legitur à no-
ſtris, vt nimirùm non aliàs effectus pariat
præuentio, quàm ſi de illa opponatur, &
indè facta præuentione iuriſdictionis, ſi de
ea non opponatur, quòd valeat proceſſus
factus coràm alio, tanquàm ſi non fuiſſet
præuentum, docuit Bald.in auth.ſed nouo
iure, num.13. C.de ſeru. fugit. multiſquè
relatis Scaccia de iudic.lib.1.cap.12. n.67.
& in tract.de appellat.q.19. memb.1. con-
cluſ.5.num.55.& nouiſſimè D.Thomas de
Carleual de iudic.tomo 1.diſput 2.n.900.
33 Id, quod & alij dixerunt reſpectu nulli-
tatis ſententiæ, vt nimirùm illa impediat
exequutionem, ſi à parte hoc opponatur,
alioquin parte tacente etiam ſenten-
tia nulla poſſet exequi, quorum numero
eſt Bellemera, & Aſin. de quibus Lancel-
lot de attent. p.2.cap.17. de attentat. nul-
lit.pendente, n.164.
Tertiò, quia cùm præuẽtio beneficium
ſit, inductum ad liquidationem impediẽ-
34 dam, ſi is, cuius intereſt, beneficio vti ve-
lit, quod perpetuum eſt in omnibus priui-
legijs, & beneficijs, iuxtà l. ſi quis in con-
ſcribendo, C.de pact. & proprio beneficio
quilibet poſſit renunciare, quod eſt ſine
ſcrupulo, dicit D.Theodorus allegat. 66.
num.41. & Nos in ſpecie deducemus in-
fra cap.7. & generalitèr conſtat ex d. l. ſi
quis in conſcribendo, iuncta gloſ.in cap. ſi
diligenti, ext.de foro compet.eò ipſo, quòd
citatur, qui præuenerat, ſi de facta præuẽ-
tione non opponat, illam, vel ſpernere erit
cenſendus, vel ei renũciare; exemplo eius,
qui propoſita Iudicis recuſatione litiget
coràm recuſato, nam exindè recuſationi
renunciaſſe videri, notat Abb.in cap.inter
Monaſterium, in 3.notab.de re iudic.Ma-
ranta par.6. Spec.verbo & quandoq; ap-
pellatur, nu.75.& in ſpecie de eo, cui quæ-
ſita eſt exceptio, ſi ea non opponatur, &
oppoſitio omittatur, quòd exigi poſſit
ſors à debitore, ex tex.in l.Papinianus 16.
D.de public. in rem act. notat Cuiac. in
lib.3.quæſt.Pauli ad l.lecta, D.ſi cert. pet.
tom.1. col. mihi 588. & proindè vtroquè
ex capite ſibi præiudicat, cùm tacens pa-
tiatur informi quadam patientia, qua ta-
men inducitur quidam ſimplex, & infor-
mis conſenſus, ex l.quam Tuberonis, D.de
peculio, procedi ad relaxationẽ literatum
exequutorialium vigore inſtrumenti, &
ad ea, quæ incumbunt pro liquidatione,
35 certa enim regula eſt, quòd in iudicijs ta-
cens in quantumcunquè præiudicialibus
habetur pro conſentiente, vt ex Cumia,
& Beroo tradit præ cæteris Anton. de
Amato reſol.36.num.19. vbi ſcribit, tan-
tum operari conſenſum tacitum, quãtum
operatur expreſſum, quod & notauerat
Iaſ.in l.qua dotis, num.77. D.ſol.matrim.
36 & in puncto, quòd citatus habens exce-
ptiones, vel defenſiones, debeat compa-
rere, & illas allegare in termino, aliàs vi-
deatur illis renunciare, ex tex.in d.l.ſi quis
in aliena, in cap. cùm perſona, de priuileg.
in 6.ex l.ſi quis, & l.ciues, C.de appell.poſt
Caſtr d.conſ.432.col.1.lib.1.probat Tuſc.
concluſ.244.num.3.quod probatur, quia
quòd in iudicijs ſufficiat conſenſus præ-
ſumptus ex taciturnitate, notant Monter.
deciſ.30.num.30.Giurba deciſ.14.num.9.
circa fin.& alij, de quibus Amatus ibid.
37 Et facit, quòd error, cui à parte non re-
ſiſtitur, ab eadem approbatus cenſetur, vt
tenet Neuizan.in ſylua nupt.lib.4.n.125.
38 Nec obſtant, quæ adduximus contraria
de præuentore, quòd comparere non te-
neatur, quia ſuſcipere præſens non com-
pellitur citationem ſuper tenore inſtru-
menti, & iudicium, quale quale illud ſit li-
quidationis inſtrumenti, & ex indè pœnã
cõtumaciæ ceſſare, item quòd ſublata ſit,
aut ſuſpenſa, dormiatquè iuriſdictio Iudi-
cis citantis, quouſquè finiatur cauſa factæ
præuentionis.
Cùm etenim duo ſeparata ſint, atquè
diuerſa in doctrina Accurſij, communitèr
recepta in d l ex quacunquè, D.ſi quis in

ius voc.non ierit, sub verbo sciatur, certum scilicèt esse, quòd Iudex authoritate careat, & iurisdictione, vel incertum, an quis compelli possit, & Iudex cognoscere, quia vtinon potest, quod certum est, ità incerto accomodari, vt ex diuersis fiat illatio, contrà *l.Papinianus exuli, D.de minor.* ità non potest adductum aptari rei, de qua hic.

39 Hoc verò, vt clarum euadat, aduerto, non esse perpetuum, vt qui præuenit, aut molestari non possit, aut non interrogari super tenore instrumenti, vt proindè congruat dispositio *text. in d.l.*3. Sed dantur casus, in quibus & molestari præueniens possit, & interrogari, veluti cum ex pacto renunciauit quis præuentioni, & iurauit, illa non vti, quamuis liquidò constaret, vel quia persona, quæ præuenit, beneficio præuentionis iuuari non potest, aut non debet, vt vtrumquè, & alia explicabimus *loco* suo.

40 Et hinc duæ oriuntur conclusiones, quibus contraria destruuntur, nimirùm, quòd qui præuenit, stante dubio tenetur comparere, vt obediat Superiori, in dubio enim parêdum Superioribus, probat *tex. in l.Prætor ait* 20.*§.ait Prætor, D.de oper. noui nunciat.* vbi *Io.de Imola*, qui dicit, de hoc esse aliquid in *cap. ad aures, ext. de tempor.ordin.*

41 Item quòd cùm dubium est, an qui citat, iurisdictionem habeat, vel secùs, non est citati cognoscere, si citans iurisdictionem habeat, sed Iudex cognoscet, an sua sit iurisdictio, qua de causa, qui priuilegiû prætendit, aut exemptionem, illam allegare corâm Iudice vocante debebit, quod & in virginibus, alijsquè mulieribus, quæ vocatæ in ius, nisi defendantur, venire debent, ex *l.* 1.*C.quando Imper.inter pupill. & vid.* probat *Cuiac.lib.*7. *obseruat.c.*15. *lit.B.* & in Scholaribus contrà id, quod priùs retulerat, notat *Barbosa in d. l. si quis ex aliena, num.*44. *ex glos. in l.*2. *ver. consensu, D. de iudic.* Quod & in Legato probat apertè *text. in l. si quis ex aliena, D.de iudic.* vbi *Vlpian.* ità scribit in *fine*, *Nam & Legati, cæteriquè, qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa, vt in ius vocati veniant, priuilegia sua allegaturi*, obseruat *Cuiac.* qui similia loca allegar in *l.*3.*§.legatis, D.de iudic.colum.*1. & de vtroquè, Scholari scilicèt, & Legato, seù Ambasciatore, est locus celebris *Pauli Castr.conf.*432.*colum.*2.*in princ.vers.aut non erat exemptus, lib.* 1. *& Cardin.Tusch. liter.C. conclus.*244.*in fine*, & indè cùm dubium est, si Iudex possit, vel secùs procedere facta præuentione, debet, qui citatur, comparere, & allegare, se præuenisse, vt Iudex videat, an militet oppositio, vel secùs, ità probat apertè *Paulus in d.l.ex quacunquè*, illis in verbis, *Ex quacunquè causa ad Prætorem, vel ad alios, qui iurisdictioni præsunt, in ius vocatus venire debet, vt hoc ipsum sciatur, an iurisdictionis eius sit*, & clariùs *Consultus* in *d.l.si quis ex aliena, D.de iudic.* in qua ità scribitur ex *Vlpiano lib.*5.*ad edict. si quis ex aliena iurisdictione ad Prætorem vocetur, debet venire, vt Pomponius, & Vindius scripserunt, Prætoris enim est existimare, an sua sit iurisdictio, vocati autè est, non cōtemnere authoritatem Prætoris.*

42 Quo ex *tex.* cùm dubium est, vtrum citatus teneatur comparere, & respondere corâm Prætore, quòd eo casu, stante hoc dubio, comparere teneatur, & si nō compareat, quòd possit contrà ipsum procedi, tanquàm contra contumacem, tradunt DD. communitèr in *d. l ex quacunquè, glos.*1.*in d.l.*3.*de iudic.* & *ibi Bart. Angel. & Paulus de Castro, glos. in l. si duobus, in* 1.*notab. de appellat. Angel. in l.eum, qui la* 1.*D.de priuileg.credit. Afflict.decis.*133. *Tusc.lit. C.d.conclus.*244. *num.*1. & post *Mynsing. Cabed. & Seraphin. Petrus Barbosa in d.l. si quis ex aliena, n.*4. qui ità dicit procedere *tex. in d.l.*3.*& n.*5. dicit, id probare *tex. in d.l. si quis ex aliena*, in sui generalitate, & in *l.*2. *D. si quis in ius voc.* multis relatis ex Ciuilistis, & Canonistis, mihi verò probatur expressiùs ex *d. l. ex quacunquè.in §.si quis in ius vocatus*, cuius verba sunt, *si quis in ius vocatus non ierit, ex causa à competenti Iudice mulcta pro iurisdictione Iudicis damnabitur*, quę pœna potest esse ex suprà deductis, vt procedatur ad interpositionem decreti, quòd remaneat condemnatus.

Et hinc censeo, debere aditum Iudicem competentem mulctare subditum, qui vocatus ab eo, qui iurisdictioni præest, vocationem contempserit, mulctamquè non ità esse arbitrariam, vt esse non debeat pro iurisdictione contempti, modò tamen ab initio dubium fuerit vocantis imperium, & non certum, vocantem imperio caruisse, legis namquè fauorem non meretur, qui peccat in legē, alienam turbando iurisdictionem, aut in alienam messem, falcem immittendo, vt dictant iura vulgata.

43 Deduco item ex hís, non obſtare contrarium ex Pragmaticis citatis, & ponderatis, procedunt enim iuxtà caſum reſolutionis, cùm certum eſt, Regnicolas ſubiectos Baronibus, aut Vniuerſitatibus vocari pro primis cauſis, prout declarari debere *pragmaticam ſecundam, vbi de delict.* diximus ex *pragmat.* 8 *de citat.* non cùm eſt dubium, an vocatus pro cauſa, pro qua vocatur, ſubſit, vel non imperio Iudicis, alioquin ordinarij in Regno, qui Regnicolam vocet.

44 Probatur hoc ex eadem *pragm.* 8. cùm dicit, *Se non ſolamente ad instanza de perſone priuilegiate, nel qual caſo volemo, & con queſto eſpreſſamente comandamo, che nella prouiſione, che ſi ſpedirà, ſi debbia eſprimere la ſpecie del priuilegio, & ſe quel, che s'eſprime, coſta per ſcritture prodotte, ò per aſſerzioni delle parti, & in caſo, che coſtaſſe, che la perſona, che dice tener priuilegio, veramente non l'haueſſe, incorra nella pena d'onze vinticinque, da eſſeguirſe irremiſſibilmente contro li contrauenienti, oltre che volemo, che le prouiſioni, &c.* (quod & alia pragmatica *D. Per Afan Dux de Alcalà Prorex* edixit in *pragmat.* 3. *de offic. S.C.* § 3. vbi mandat. quòd cauſæ in S.C contrà conuentos Regnicolas nullatenùs committantur, ſi in ſupplicatione non exprimatur omninò priuilegium, & eius qualitas.)

45 In eo enim, quod mandat, quòd exprimatur in citatione ſpecies priuilegij, Pragmatici oculos habuerunt ad cautelam, qua Doctores voluerunt, vt citatus, quamuis declinatoriam prætendat, aut exemptionem, cogatur comparere, iuſtificata vocatione, vel illa dubia facta, exẽptnm enim, ſed qui ex cauſa vocari poſſit, ità vocari voluit *Innoc. in cap. Romana, num.* 2. *de appell. in* 6. vt in citatorio cauſa expreſſa ſit, propter quā ſecundùm iuris regulas citatus tenetur comparere coràm citante, & *Innoc.* ſubſcribunt *Ang. Paulus, & Iacobin. in d. l. ſi quis ex aliena, n.* 1. *Alex. in d l. ex quacunquè, nu.* 13. *& Iaſon num.* 7. *Felin. in d. cap. cùm ordinem, numer.* 8. *de reſcript. Corſet. ſingul.* 149.

46 Et cùm exigi mandat pœnam ab ijs, qui poſtmodùm priuilegio muniti dixerint, ſe tales eſſe, non probent, & indè extorſerint citationes, ad finem prædictum, quoquè mandatum mihi perſuadeo, vel vt partis impendijs conſulatur, qua ratione non puto factum caſu, vt omitteretur,
ad cuius beneficium pœna illa applicari
deberet, vel vt dolori litigantium mederetur,
ex pœna, quam vident irrogatam in
aduerſarium, quamuis applicabilem Fi-
47 ſco, ſi teneas, in dubio pœnam à D. Prorege
indictam, Fiſco acquiri, quamuis nõ
exprimatur, ſed quòd indè omninò pars
comparere debeat, & de carentia
priuilegij in aduerſarium obijcere, poſtquàm
de illa oppoſuerit, etſi cenſuerim.
Ego non ſemel, præſertim in cauſa V.I.D.
Io. Leonardi Riccha de terra Latertiæ, nũc
incolæ in terra Aquauiuæ, cum Notario
Nicolao Pariſio, in Banca Canalis nullitèr
procedi, ſi in cauſa procedatur non iuſtificato
priuilegio, ex quo aliquis in primis
cauſis vocetur in M. C. extrà proprium
domicilium, fuerunt namquè in cauſa
iſta relaxatæ prouiſiones ad inſtantiam
48 filiarum Notarij Nicolai, Virginum in capillo,
vti patris ceſſionariarum, & ceſſio
producta non fuit, ſed nec poterat prodeſſe,
tanquā facta iudicij mutādi cauſa, &
pro re profectitia, in qua pater remāſiſſet,
nõ ſolũ adminiſtrator legitimus, ſed Dominus
abſolutus, vt intret doctrina *Capiblãc. de Baron. to.* 2. *cap.* 44. *nu.* 14 *& Eliſei Danza de pugna Doctor. tit. de remiſſion. cauſarum, cap.* 6. quem ſequitur *Nouar. par.* 2. *de elect. fori, q.* 7. *nu.* 8. vt ceſſet omnis difficultas, quę poſſet oriri ex adductis in *dec.* 100. *Præſ.* noſtri *de Frãch.* in qua *ſub n.* 11. vbi refert, quod & fecit *Viſcõt. ibi*, fuiſſe deciſum, Virginẽ patrem habentẽ, non vti priuilegio electionis fori, ſed impugnatur ab eo *ibid. D. Rouit. deciſ.* 49. qui pro affirmatiua, refert quoquè deciſum *num.* 11. & alij apud *Thor. tomo* 1. *compendij, verbo Virgo*, quod particulari obſeruatione examino in *obſeruationibus* meis ad *iura Ciuitat. & Regni Neapolis cap.* 29.

49 Tertiò, quia non procedũt Pragmaticę illę in cauſis liquidationis inſtrumentorũ, ſed in cauſis ordinarijs, eſtquè diſparitas, quia in inſtrumentis iure ordinario paciſcuntur contrahentes, vt poſſit inſtrumentum pro liquido præſentari coràm quocunquè Iudice, nec vnquàm fuit in controuerſiam deductum, liquidationes fieri non poſſe, aut factas non valere, quia Pragmaticæ prędictæ obſtarent, operariq; debet aliquid ſtylus Curiæ, & per tot annos nunquàm fuiſſe de his diſceptatum, ſed intercеſſerit tàm longa, diuturnaquè litigãtium taciturnitas, per non vſum etenim tolli leges, abrogataſquè non poſſe

allegari, certissimi iuris est.
50 Nec obstat his traditio illorum, qui di-
cunt, pactum, de quo suprà operari, cùm
in loco quis reperiatur. nàm misso, quod
consueuit etiam huic dispositioni renun-
ciari in instrumentis, prout Ego consului
semper. Traditio non obstat, dum hoc, de
absentia scilicet non potest Iudici con-
stare, & postmodùm non potest alius op-
ponere, quàm principalis, prohibito Pro-
curatore interuenire in causis liquidatio-
num, vt deducemus *infrà à num.* 133. &
proptereà principalis necessariò, hìc sup-
poni debet adesse, & in loco, vbi liquida-
tio peritur instrumenti, sed hoc non ex-
cluderet nullitates liquidationis iàm fa-
ctæ, quas reseruatas fuisse legitur in *prag-*
51 *mat.* 8. *de instrum. liquid. in* §. 3. *in fine*,
illis in verbis *Restando però libera facol-
tà alle parti di potere dire de nullità, ò
usare dell'altri rimedij, che di ragione li
spettano, conforme alle leggi Cõmuni, Ri-
ti, e Pragmatiche di questo Regno*, si tamẽ
nullitas hæc dici debeat. quod pro nunc
non disputo, vt aliorum sit iudicium. vti
de re mihi noua, & Reipublicæ non me-
diocritèr præiudiciali.
52 Sed nec obstat *Antistij Labeonis* exẽ-
plum, primò, quia non desunt, qui factum
Labeoni exprobant, quorum numero est
Gellius d. cap. 12. illis in verbis, *Ego Iuris,
quod M. Varro tradit, Labeonem arbi-
tror vana tunc fiducia, cùm priuatus esset,
vocatum à Tribunis non isse*. Secundò,
quia supponit *Gellius* idẽ ex *Varrone*, ac
Labeone Tribunos potestate vocãdi om-
ninò caruisse, cùm quærit *ibidem*, quam
ob causam Tribuni, qui summam habe-
bant coercendi potestatem, ius vocandi
nõ haberent, quod collatis potestatibus
Magistratuum obseruat *Iacobus Reuard.
lib. singular. pro Tribun. cap.* 3. *pag.* mihi
785. *circa medium*, & Nos in quæstione
versamur, in qua, qui vocat, Iudex ordi-
narius est, & Prætor, vt intrent termini
*tex. in d. l. ex quacunque, & in l. si quis ex
aliena*, licèt qui vocatur exceptionem
prætendere possit contrà imperium vo-
cantis, non tamen claram, & apertam, sed
53 quæ competere possit, & denegari, iuxtà
terminos quæstionis, quam agunt de Iu-
dice, qui sciat, se habere iurisdictionem,
sed elidibilem, opposita exceptione, an
Iudex possit procedere contrà contuma-
cem, & non comparentem, itaut valeat,
vel secùs eius processus, *Panormit. in cap.
si duobus, de appellat.* qui negat *num.* 4.
& 15. affirmantibus *Perus. ibi num.* 17.
& Dec. nu 8. *&* 14. ac *Nauar. in cap. cùm
contingat, in vndecima causa nullitatis*,
alijs consulentibus, quòd citatus ad eui-
tandum periculum compareat coràm Iu-
dice eum citante, tanquàm illius Superio-
re, *cap.* 2. *de maiorit. & obed.* & coràm eo
alleget proprium priuilegium, quia aliàs
si priuilegium illud Iudici notum non sit,
contrà eum, tanqnàm contrà contuma-
cem validè procedere poterit, quorum
numero est *glos.* 2. *in fin. can. si Episcopus*
3. *q.* 2. & notat *Antonius de Butrio in cap.
super literis, num.* 36. *de rescript.* qua ex
54 ratione cadit obiectum ex *Pragmaticis
suprà* citatis, quæ in cognitione primarũ
causarum omninò dicunt incompetentes
Iudices, ad quos, non nisi in gradu appel-
lationis, causa posset deuolui, non etenim
qui præuenit exemptus est à iurisdictio-
ne Magnæ Curię Vicarię, & quolibet Iu-
dice ordinario respectu personę, aut ne-
gotij, sed non potest molestari vigore in-
strumenti, de cuius rescissione ex reme-
dio præuentionis agere cępit, quousquè
pendet causa præuentionis, & Iudex, si ve-
lit, non potest procedere ad interrogatio-
nem super tenore instrumenti, contrà
quod præuentum est, nisi finiatur causa
præuentionis, si tamen prætendat aliqnis,
posse procedi ex casu, quem *Ritus* non in-
cludat, qui prohibet, procedi ad interro-
gationem facta præuentione, & indè præ-
sentato instrumento, quod ex sui facie li-
quidum est, petat ex pacto adiecto in in-
strumento, liquidari instrumẽtũ, expedia-
turq; citatio, quis est, qui dixerit, non de-
bere tunc citatum comparere, & Iudici
dicere, citationẽ esse indebitam, aut nul-
lam? quod contrà *Ritum* fuerit petita, &
relaxata, mandantem, quòd expectetur
exitus causæ præuentionis, maximè vt ità
contemptus Iudicis vitetur, & authoritas
seruetur officij, ac non lædatur Maiestas
Domini, & Regis, qui Iudicem creat.
55 Vt nunc non omittam, factum *Labeo-
nis* non esse trahendum ad exemplum,
quamuis namquè vera sint, quæ retuli-
mus de *Labeone*, constat quoquè, quod
refert *Gellius ibidem*, agitasse hominem li-
bertatem quandam nimiam, & vecordẽ,
vsquè eo, vt *Diuo Augusto* iàm Principe,
& Rempublicam obtinente, ratum tamẽ,
pensumquè nihil haberet, nisi quod iu-
stum, sanctumquè esse in Romanis anti-
quitatibus legisset, quapropter censeo,
fuisse practicatum cum *Labeone*, si im-

punè

punè res transijt, quod tradit *Consultus in d. lex quacunq; §. si quis in ius vocatus*, parcendo nimirùm rusticitati hominum, qui vocati non iuissent, & ex causa, *Labeonem* etenim fuisse quandoquè habitum, vt insanum, probant, quæ *Horatius Flaccus* cecinit de *Labeone*, quamuis eum vindicet ab insania *Bernardin. Rutil.* quia *Labeonem Horatius* insania notauerit in gratiam *Octauij Cæsaris*, cui infensus sūmoperè *Labeo* fuit, vt ipse prosequitur, post *Horatij* Interpretes, & vecordem fuisse *Labeonem*, probat *Epist. Actei Capitonis*, à quo similitèr *Labeonē Rutilius* conatur defendere, explicans vecordiam pro exemplo libertatis in *Labeone*, postquàm obseruauit, *Labeoni* in doctrina Iuris Ciuilis, & in petitione Consulatus, emulum fuisse *Acteium*, eiquè in iniuriam *Labeonis*, *Octauium* accelerasse Consulatum, vt *Labeonem* eisdem Ciuilibus studijs præexcellentem, dignatione eius Magistratus *Capito* anteiret, quod & *Suetonius* pro parte scribit in *Octauio*.

56 Qui etenim non admitto, quod nonnulli scribunt, *Labeonem* scilicèt Virum fuisse patritium, & ob id impunè non paruisse Tribuno Plebis, quòd Tribuno defuisset omninò Iurisdictio, cùm Tribunus Plebis ijs in temporibus, prout, & nunc, nequè Ius aduocandi Patritios haberet, nequè referre ad eos de re vlla posset, vt est apud *Gellium lib. 13, cap. 27.* vtpotè, qui credam pugnare opinationem istorum & coniecturam eum verbis, quæ *Labeo* subdit, *posse igitur se venire, & prehendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere*; pugnat item opinatio illorum cum *Gellio* ipso, qui ideò vanæ fiduciæ damnat *Labeonem Antistium*, cùm non iuisset, quia fatebatur *Labeo*, se posse prehendi, omnia enim ista probant, in *Labeonem* potestatem de re aliqua habuisse Tribunos, qui *Labeonem* prehendi iubere poterant, nàm nequè hoc in *Labeonem*, si fuisset patritius. potuisset Tribunus, qui, vt diximus ex *Gellio*, ad patritios de re vlla poterat referre qua de re probo diligentiam, atquè iudicium *Bernard. Rutil.* qui in *vitis Iurisconsultorum* obseruat, *Antistios* Romæ retentos fuisse inter plebeios, in *Vita Antistij Labeonis*, quod & *Honophrius Panuinius* notat *lib. de antiquis Romanorum nominibus, fol.* mihi 45. in impressis anno 1588. in officina Sanctandreana, quo loci scribit sub *num.* 50. familiam *Antistiorum* inter gentes Romanas plebeias, antè tēpora *Augusti Cæsaris*, et si postmodùm, & Consulatus adepta fuisset, & matrimonia cum *Pompeio Magno* contraxerit, quem duxisse *Antistiā* in primis nuptijs, scribit *Rutilius loco cit fol.* 143. sub *nu.* 20. filiā Viri Prætorij, quapropter eā propinquitatē, quasi *Syllan.* in Senatu iugulatus est.

57 Puto, nimio periculo se subiecisse *Labeonem*, cùm Imperatori, aut maledixit, aut nimia cum libertate alloquutus est, quod contemptum dicit in *Cæsarem*, cùm lubricum linguæ non sit, atquè leuitatis argumentum, & exindè *Labeonem* rectè fuisse notatum insania, & vecordia, vt probat *tex. in l. vnica, C. si quis Imperat. maledixerit*, probatquè *Veget. lib. 2. de re milit. in prologo*, quo loci scribit, plenū sacrilegij videri, & periculi Imperatoris nō obedire mādatis, eodēq; Iure existimandum, & periculo se subijcere omnem, qui Supremorum in Regno Magistratuum contemnit authoritatem, præstibusquè innixus, vocationi non pareat,
58 quotiès ei noceri possit, aut iure, aut iniuria, Magistratus enim, qui sciunt pro nihilo esse Magistratus Reip præesse, nisi ipsis pareatur, ijsq; instructi sint hominibus, qui dicto citiùs, eorum decreta, iudicia, & mandata exequantur, vt inquit *Petrus Aerodius discept.* 2. earum, quas legimus agitatas in Senatu Parisiensi, suppresso Authoris nomine inter *decisiones diuersorum tom. 1. fol.* mihi 226. *col. 2. antè finē*,
59 Cosrois Regis Persarum exemplum sequentur; qui, vt ex *Macrobio* scribit idem *Petrus Aerodius lib. 3. rer. iudicat. tit. de in ius vocando, cap. 5. Maboden* iussit interfici, quòd vocatus, non iuisset, respondissetq ad futurum, cùm primùm rem transegisset, quam inchoauerat, aut *Seruij Tullij*, qui, vt author est *Aerod. lib. 7. rer. iudic. tit. 2. si quis Principi attentauerit, cap.* 20. Martios aqua, & igni interdixit, quòd citati non respondissent, non *Alexandri Macedonis*, qui *Mādani* Gymnosophistæ pepercit, cùm vocatus ire recusauerit, quia ad filium Iouis vocatus esset, vt refert *Aerodius ibidem*, quod maximū facinus esse, poterat existimari, si *Alexandro, Iouis* filiatio contendebatur.

60 Hæc tamen temperari posse puto, quotiès præuentor, qui citatur, tali gaudet priuilegio circa forum, cui non possit ipse renunciare, tunc enim omninò processus est nullus, nec potest de tacita renuncia-

tione,quæ ex contumacia prouenit, ratio
haberi, dùm non poteſt expreſsè renun-
ciare,quod & *Cattr.* aduertit in *d.conſil.*
432.verſ.Si verò non poteſt,lib.1.& Car-
din.Tuſc. d.concl.244.lit. C.num.12. vbi
ſe citat in alia *concluſ.753.lit.P.* Idem *Tu-*
ſcus ead.lit.C.concluſ.1027.num.3. eſtquè
hoc menti tenendum, quotiès Neapoli-
tanus citaretur extra Neapolim, & non
compareret,aut quiuis alius, qui priuile-
gio fori expreſsè non poteſt renunciare
in præiudicium ſuæ Ciuitatis, Domini,vel
61 Ordinis,iuxtà id,quod *Afſl.* decisũ retu-
lit *deciſ.133.nu.5.* qui tractat,an hoc lo-
cum habeat in Ciuibus Capuanis, qui
ſimilitèr habent in priuilegium, nè pro
primis cauſis conueniantur, niſi in Curia
Capuæ, ſi citati Neapoli ſint contuma-
ces, quod notat quoquè *Tuſcbus d.con-*
cluſ.1027.nu.1. licèt priuilegium Capua-
norum ceſſet reſpectu Neapolitanorum
hodiè ex *pragm.2.de immunit. Neapolit.*
quam videas, & de contumace, qui poſt
contumaciam contractam comparuit, an
declinet forũ, Vide *D.D.Frãciſcum Mer-*
62 *linum lib.1.contr.81.* præſertim *nu.13.* &
hìnc puto ceſſare prædicta, quotiès præ-
uentum eſſet, & iudicium cœptum fuiſſet
coràm Iudicibus, qui iuriſdictionem ha-
bent à ſtaturo reſtrictam,prout eſt in Cu-
ria Magni Admirati,quæ cognoſcit ſolùm
viuentes de arte maris, vt vidimus apud
Nouar.de elect.fori par.2.quaſt.27.nu.7.
& nouiſſimè tradit *Caracciolus in tract.*
de fori priuilegiat. remiſſ. quaſt.45. præ-
ſertim *num.3.* & cæterorum Iudicum, qui
aliquos qualibet alia ex arte viuentes co-
gnoſcunt,hi etenim,ſi admittant aliquem
citari facientem, qui non probet,ſe eſſe
in caſu iuriſdictionis citatorũ, contuma-
ces,etiam poſt ſententiam,etiam in cauſa
criminali, poſſunt dicere de non iuriſdi-
ctione citantis,& proceſſum, atquè ſentẽ-
tiam nullam petere reſcindi,& nullam de-
clarari, non obſtante contumacia, quod
Bald. notat *conſil.332.* ſtatuto *Ciuitatis,*
per *tot lib.3.& Cardin. Tuſcb.lit.C.d.cõ-*
cluſ.1027.num.4. vbi ſe citat alibi.

SVMMARIVM.

63 *Magiſtratibus omnibus iuriſdictionem*
ſuam tueri pœnali iudicio licet ſecun-
dùm ius poteſtatis ſuæ.
Non tamen Duumuiris ibid. Contrarium
nu.65.68. Quidq; iuris ſit hodiè.nu 72.
& 78.

64 *Iudices Municipales non poſſunt iubere*
poſſidere, aut rem abduci iubere ob con-
tumaciam, nec in poſſeſſionem mittere
poſſunt.
Mittere in poſſeſſionem eſt mixti imperij,
ibidem.
65 *Iudicibus omnibus parendum eſt.*
66 *Duumviri in municipijs,& colonijs Iudi-*
ces Supremi fuerunt, & tanquàm Con-
ſules Romæ.
67 *Magiſtratus municipales dicti ſũt Duũ-*
viri,& qua de cauſa.
69 *Duumuiri multas indicendi ius olim*
habuerunt Romæ,& merum imperium.
70 *Magiſtratuum nomine veniunt munici-*
pales.
71 *Duumuiri functi Magiſtratu Duoui-*
rales dicebantur; In Conſilio retineri
ſoliti ſunt Puteolis,& operibus facien-
dis in Vrbe Neapolis.
73 *Merum imperium, quibus ſub Regibus*
concedi conſueuit, & poſtmodùm con-
cedi,& vendi cœperit.
Caroli Primi *temporibus erat de exce-*
ptis,& reſeruatis, ibid.
M.C.V. quibus ex temporibus peſſundata
fuerit, ibid.
Sola cognoſcebat de cauſis meri imperij
olim, ibid.
74 *Literæ arbitrales quo tempore concedi*
cœperint,& quid Baronibus dederint.
75 *Barones, undè dicatur, quòd poſſunt in*
terris eorum, quod Imperator in Im-
perio.
76 *Prætoris appellatione qui nunc veniant.*
77 *Duum viri in coloniis Prætores dicti, &*
vbi hoc primùm euenerit.
79 *Prauentus ſi contra præuenientem cita-*
tum ſuper tenore,& non comparentem,
petat, expediri literas exequutoriales,
& Iudex renuat, tenebitur in ſyndi-
catu.

DVBIVM PRIMVM.

Magiſtratus Municipales,& Duum viri an
poſſint contra præuentores procedere ad
interrogationem ſuper tenore inſtru-
menti, quòd citati non comparue-
rint,ſe præueniſſe allegantes.

63 DVbium facit *Vlpiani* locus *in l.vni-*
ca, D.ſi quis ius dic. non obtemper.
cum etenim is omnibus Magiſtratibus
iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio dè-
fendere licere ſcriberet, Duum viros ex-
cepit, ibi *omnibus Magiſtratibus,non*

autèm

autèm Duumuiris, ſecundùm ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt, iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio.
64 Item, quia Iudices municipales non poſſunt iubere poſſidere, aut rem abduci iubere ob contumaciam, *l.ea quæ, D. ad municipal.* quinimmò nec in poſſeſſionē mittere poſſunt, quod eſt mixti imperij, *l.imperium, D.de iuriſdict. omn.Iudic.* vt obſeruat *Cuiac.* ad *d.l.vnic. in paratit.* & antea *in tit. de iuriſdict. & lib.4. obſeruat.cap.15. in princ.*
65 Verumtamèn Ego, & Magiſtratibus municipalibus hoc licere non dubito, nemo etenim dubitare debet, edictum de in ius vocando interpretari debere, prout putat *Aerod.lib.3.rer. iudicat.tit.3.ſi quis in ius voc.non ierit, cap.5.* quòad quemcūq; qui ius vocandi habeat, & omnibus Iudicibus eſſe parendū, ex *Iuſtiniani* preſcripto *in d. Auth. vt omnes obediant Iu-*
66 *dicibus*, & Duumuiros Magiſtratus municipales in Colonijs, & Municipijs ſummos Magiſtratus fuiſſe, quod notat *Frāc. Hotbom.in comment.verb.iur. verb. Magiſtratus alij Vrbani*, & antea *in verbo Duumuiri*, vbi ſubdit, hos fuiſſe in municipijs, vt Romæ Conſules, eoquè non relato tradit, & quidèm plenius ex noſtris *Franciſcus Imperatus in opuſculo*, quod edidit, *de priuilegijs plateæ popularis huius Fideliſſimæ Ciuitatis*, non vno in loco, & in *diſcurſu*, quem inſeruit poſt *opuſculū*, cui titulus eſt, *Diſcorſo intorno all'officio de Decurioni, fol.* mihi 82. eius verba noſtro idiomate ſunt. *& ſi come il Supremo Magiſtrato del Senato erano i Cōſoli, coſſi il Supremo Magiſtrato de i Decurioni erano i Duouiri*, quo loci notat quoquè, Duumuiros præiſſe faſces, prout & Conſules ipſos, & eos fuiſſe olim inter Senatores in Senatu huius noſtræ Vrbis Neapolis, probatquè primùm *Vlpian. in l.1 D.de albo ſcrib.* ibi *Scribantur eo ordine, quo quiſquè eorum maximo honore in Municipio functus eſt. putà. qui Duū-*
67 *uiratum geſſerunt*, appellatiquè ſunt Magiſtratus municipales Duumuiri, quòd duo eſſent, vt probat *Barnabas Briſſon. lib.4. de verb.ſignif. verbo Duumuiri*, ex *l.6. §.1. D.quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* ex *d.l.vnica, D. ſi quis ius dic.non obtemper.* & alijs iuris noſtri locis quamplurimis, &
68 *Codicis Theodoſiani*, ità vt mirum ſit, qua ratione *Vlpianus* defendere his iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio dixerit, non licere, dùm & Duumuiros, hoc eſt Magiſtratus municipales, ambos enim vnica dignitate fulſiſſe intelligo, quamuis nomine diſtinctos ſępè legamus, vt explicant citati, & *Cuiac.in d.l.vnica*, mul-
69 ctas indicendi olim habiſſe ſecundùm ius antiquum Romanorum, quod vidit *Cuiac.ibi*, & merum imperium habuiſſe. probant, quæ ſcribit *Velleius Paterculus vol. poſter. de Mario*, quo loci hæc ſcribit *Iniecto in collum loro in Minturnenſium, carcerem iuſſu Duumuiri perductus eſt*
70 & Magiſtratuum nomine ſępè municipales intelligantur, vt conſtat ex *rubr. de Magiſtrat. conueniend. in l.27. & 31. D. de negotijs geſtis, in l.11. & 13. D. ad municipal.* Habereque municipales Magiſtratus mulctæ dictionem in cōtumaces, & inobediētes, probatur ex eodem *Cuiac.* ad *librum ſingularem Papiniani de officio Aedilium Plebis*, ex quo extat *lex vnica, C.de via publica, etſi quid in ea geſtum eſſe dicatur*, nam eo loci ſcribit *Cuiac* Magiſtratus minores, & Curatores operum publicorum iuriſdictionem habuiſſe, habuiſſequè Aſſeſſores, & mulctæ dictionem aduerſus inobediētes, & contumaces, ex *l.vlt.de off. aſſeſſ. & l.8.*
71 *C.de hæred.* nam cùm munere perfuncto, in geſti officij decus, vt priſtinæ dignitatis in reliquias, ni mea me fallit opinio, mulctæ dictionē retinuerunt in contumaces Duūuiri, nulla ratione perſuaderi poterit, eos, dùm Magiſtratu potiebantur, ex quo orta eſt iuriſdictio, in contumaces non habuiſſe coerctionem, quod autem Duūuiri, qui poſteà Duouirales appellati ſunt, vt videre eſt ex *d.l.1. D. de albo ſcrib* & ex *l.2 quemadm muner. ciuil. in C.Theodoſ.* in cōſilio retineri ſoliti sūt Puteolis, & operi omni faciūdo præeſſe in Vrbe Neapolis, inſcriptio probat, quam inſeruit *loco cit. Briſſon. verbo Duouirales*, ibi *Hoc opus omne facito arbitratu Duouir. & Duouiralium, qui in conſilio eſſe ſolēt Puteolis*, quæ inſcriptio hìc nunc deſideratur cum quamplurimis alijs, conſumptis lapidibus ferè omnibus, vel incuria, vel auaritia noſtrorum propter lapidum defectum. Hæc pro eo, quod attinet ad tempora antè acta.
72 Hodiè verò ſtatuendum hoc eſt extrà dubium omne, poſſunt etenim nunc Magiſtratus municipales quicquid pertinet ad plectendos contumaces, nam & Baronibus, quorum vices in municipijs exercent, & merum imperium, & mixtum, ac gladij poteſtas conceſſa demùm eſt, ità

feu-

feudatariorum potestatē ampliatam, volentibus Regibus nostris *Ioanna Secunda, Alphonso Primo, & Roberto*, antiqui-
73 tùs namquè cùm nunquam, aut rarò merum imperium concederetur, vt inquit *Pretcia de subfeud. author. 2. num. 21.* quandoquidèm *Carolus Primus*, vt *idem* refert, concessis multis Ciuitatibus filio suo, vti Nuceriam, Surrentum, Sarnum, & Salernum, solummodò filio Regis indultum est, vt intrà districtum Salerni merum imperium exerceret, quod & repetit *Capibl.in pragm.*8.*de Baron par.*1.*nu.*65. qui dicit, temporibus *Caroli* merum imperium fuisse de exceptis, & reseruatis vsquè ad tempus Reginæ *Ioanna Secunda*, ex *Vincen.de Franchis decis.*510. & quòd postmodùm à Rege *Alphonso Primo* cômunicatum fuit merum imperium Baronibus, cęptumquè fuit vendi ex illis temporibus contra antiquas Constitutiones, vt inquit *Bass. in tract. var. tit. de remed. ex clem.Princip.num.*51.& exindè (quod obseruat quoquè *Thor. in præfat. ad* 1. *tom.compend. decis. circa finem*) pessundatam fuisse Magnam Curiam Vicariæ, quæ sola cognoscebat de causis meri imperij, vt post *Afflict. & Carau.* dicit *ibid. Capibl.sub num.66.* licèt ego non repere-
74 rim hoc dicentes in locis, in quibus citantur *Affl.& Carau.* à *Capibl.* qui *nu.*67. prosequitur, quòd per Regem *Robertum* posteà fuerunt concessę Baronibus quatuor literę arbitrales, quę tàm largam anzam dederunt Baronibus trāsigendi, per mutandi pœnas, & componendi crimina, quod ad solum Regem spectauerat, vt *Isern.* scribit in *tit. quæ sint regal. ver. bona*, & addit *Afflict.in Const. Ea, quæ ad decus, num* 19. *in fine*, quod suis in temporibus, ideò non fiebant concessiones feudorum cum reseruationibus antiquis, allegans Regestrum Regis *Roberti* anni 1341.& hinc posset verum esse, quod *Angelus* voluit *cons.*170.*nu.*2. quem refert,
75 & sequitur *Carau.in Ritu* 49. *nu.*9. quòd Barones possunt in terris eorum, quod Imperator potest in Regno suo, vt & firmàt quoquè *Maranta disput.*6. *num.*14.
76 Et probatur assumptum, quia Pretoris nomen generale est, omnesquè Iudices comprehendit, vt inquit *Lancellott. Conradus in suo breuiario Pretorio, tit. de Pretoris institutione, in princ num.*7. vbi dicit, omnes Iudices nostri temporis dici Pretores, eoquè nomine donari Potestates terrarum, & Rectores Ciuitatis, estquè celebris locus apud *Cic.*11. *in Rullum*, quo probatur, & olim Duumuiros suapontè se vocasse Pretores, cœpissequè
77 hoc Capuę, quo primùm tempore Colonia facta est, nam cùm primum cum cæteris in Colonijs Duumuiri appellarētur, ijdem se Prætores appellari voluerunt, vt author est ex *Cic.Hotbomanus loco* cit. *in verbo Magistratus*, licèt ipse subdat, quòd postquàm *C.Cæsar* in cōsulatu suo iterùm Capuam Coloniam fecisset, Duūuiri dicti sunt, & hoc nomine appellatos fuisse *L.Pisonem, & Cn.Pompeium*, quibus *Cæsar* Magistratum illum mandauit, ex locis *ibi* relatis.
78 Qua de re puto, nō solùm Duumuiros, Magistratusquè municipales posse defendere nunc iurisdictionem eorum pœnali iudicio, & contra præuentores contumaces animaduertere, qui vocati non eant, sed & debere, iuxtà sensum *Cuiacij*, qui pro eo, quod scribit *Vlpian. in d.l.vnica, liceve* addit *in parat. & debere*, nam vt *Ascon. Pedianus* ait in *Pretura Vrbana*, qui potestatem suam in administrando non defenderit, imminuti Magistratus,
79 velut Maiestatis læsæ reus est, quod eò pertinet, vt si præuentus petat, quòd relaxentur literæ exequutoriales contra præuentorem, qui non comparens opponat de præuentione, Iudex, qui in his morabitur, in syndicatu teneri possit.

SVMMARIVM.

80 *Iudex si sciat fuisse præuentum, an procedat contra præuentorem, qui de præuentione non opponat, tanquàm si non præuenisset, & numer.seqq.*
Factum non præsumitur, nisi probetur, ibidem.
81 *Iudex parte non petente nequaquàm officium suum debet interponere.*
Exceptio vbi non opponitur, actio non impeditur, ibidem.
82 *Iudex dicitur fatuus, qui iudicat vltrà petita.*
Iudicis partes quæ sint, cùm in strumētum ex sui facie liquidum est, & contrà illud nihil opponitur, ibidem.
Item super calculis liquidis, ibidem.
83 *Iudex an iudicare possit secundùm propriam conscientiam, vel potiùs debeat secundùm allegata, & probata.*
An possit supplere in facto, quod sibi constiti vt homini priuato, ibid.
84 *Præuentio si non fiat ex pactis, quæ insinu* obli-

obligationibus, sed ex exceptionibus, & causis, quæ veniunt extrinsecùs, Iudex non potest supplere, sed debent exceptiones opponi.

Quid in Regno, & in Curijs Supremis, in quibus proceditur sola facti in veritate inspecta, *nu.* 94.

85 *Quid si Iudici notorium sit, fuisse præuentum, & an referat, quòd citatus sciuerit præuentionem, & citationem, vel secùs, nu.* 86. & 88.

Factum notorium non potest Iudex supplere, nisi allegetur, quamuis allegatum non indigeat probatione, ibid.

Notorium non releuat ab onere proponendi, licèt releuet ab onere probandi, ibid.

Iudex an, & in quo suppleat in consuetudine notoria, quam pars non allegit, ibidem.

87 *Exceptiones debent à parte opponi, etiamsi de ipsis Iudici constet ex actis, vt de ijs Iudex rationē habere teneatur, quod an verum sit, & possit Iudex de ijs rationem habere, si velit, sed non possit ad id cogi, num.* 102. *saltem ex æquitate, num.* 103.

89 *Iudex ex officio debet supplere partis ignorantiam.*

Potest spoliare etiam inauditum, si constet sibi notoriè, illum iniustè possidere, ibidem.

90 *Citationum in Curia Notariorum periculum recensetur pro liquidationibus instrumentorum.*

An iustè existimari debeant, & permitti, vel secùs in Republica, ibid.

Exceptio nulla etiam incompetentiæ Iudicis opponi potest aduersus liquidationem instrumenti factam, vel pendentem, nisi in vinculis, vel facto deposito, ibidem.

Citationes ad domum an, & quomodò permitti debeant, ibid.

91 *Citatis super tenore instrumenti quod temporis spatium detur ad comparendum, quomodoquè tractentur comparentes de sero.*

Forma citationis in Regno quæ sit, ibid.

92 *Liquidationis instrumenti de nullitate dici non potest ob solam præuentionem, quæ opposita non sit, & quarè.*

93 *Iudex quarè non suppleat in his, quæ respiciunt factum.*

94 *Iudex supplet de facto in Curijs in quibus proceditur,* sola facti veritate inspecta.

95 *Iudex supplet de facto, cùm vnus solus litigat pro parte absente.*

Non exequitur instrumētum illiquidum ex sola contumacia, ibid.

Pro absente inquirit de veritate; ibid.

96 *Iudex potest reijcere exceptionem calumniosam, quamuis de ea sibi constet aliūdè, quàm ex actis.*

Qua ratione Reipublicæ, & officio suo consulat, si omissam oppositionem præuentionis suppleat, ibid. & n. 98.

Lites vbi non sunt, & Fora, ibi fœlicitas, ibidem.

Iudicis officio incumbit subditos, & maximè litigantes ab iniurijs, & oppressionibus tueri, ibid.

97 *Iudex supplet in facto fauore publicæ vtilitatis, vt sit litium finis, in causa dotis, in causa pia, & in omni causa concernente publicam vtilitatem.*

99 *Iudicis boni ad officium pertinet, sumptibus, & laboribus partes non grauari.*

Reipublicæ interest, Ciues *non distrahi extrà proprios lares, & qua ratione.*

Peregrinationis effectus, & an sit contrà publicam vtilitatem, ibid. & nu. 100.

Reipublicæ interest, vt Ciuitates impleantur liberis hominibus, ibid.

Exilij pœna qua ratione, & pœna sit, & grauis, ibid.

Apud Athenienses fuit pro non leui condemnatione, ibid.

100 *Princeps iuuenis an peregrè mittendus sit extrà Prouinciam.*

101 Solon, & Licurgus *qua ratione aduenas excludebant ab eorum Republica.*

Claud. Ælianus *laudatur, & quarè, ibid.*

103 *Præscriptionis exceptio an possit suppleri non opposita.*

An censeatur opposita, oppositis exceptionibus.

Carentia, & incōpetentia actionis, vel defectus iuris agendi, ibid.

D. Scipio Theodorus *Reg. Consil. laudatur, ibid.*

105 *Præuentionem supplere Iudex an debeat, si citatus comparens de sero petat, sibi ius, & iustitiam ministrari, explicando oppositionem de præuentione in plena Banca, cùm leguntur, & ponderantur scripturæ præsentatæ Curiæ pro Tribunali sedente.*



DVBIVM SECVNDVM.

Iudex an possit, debeatuè relaxare in contumaciam literas exequutoriales, seruata forma Ritus *vigore instrumenti, aduersus quod scit fuisse præuentum, si de præuentione non opponatur.*

80 QVæ diximus hucusquè, an debeant intelligi salua Iudicantis conscientia, cùm scilicèt ignoret Iudex, fuisse præuentum, vel etiam cùm sciatur id à Iudice, cui constet ex actis, vel aliunde de præuentione facta, ac de illius iustitia, vel iniustitia, quòd nimirum probationes factas in causa præuentionis, aut non legerit, aut legerit, sed non totalitèr intentus lectioni, & testium dictis non ponderatis in casu, quo renũciatum proponitur præuentioni, vel cùm illi renunciatum non est, si pendeat adhùc veritas negotij à producendis in termino, qui, vel impartitus sit, vel adhùc non impartitus debeat omninò impartiri, quòd causa præuentionis consistat in facto, quod non præsumitur, nisi probetur, vulg. *l. in bello, §. aut facta, D. de capt. & postlim. reuers.*

Et videtur absquè dubio, quòd possit, ac debeat Iudex procedere tunc ad ca, quæ incumbunt, iuxtà conclusa in *dubio praced. in fine*, ac dicta *num.* 22. Item quia ità tenet in puncto *Carau. ibi* relatus, cui aduersari neminem video, quinimmò illum sequutus est *Galter. itidem, ibi* relatus, *nu.* 22.

81 Probaturquè sententia *Carau.* quamuis ipse nihil ferè adducat, quia Iudex parte non petente, nequaquàm officium suum debet interponere, vt in *l. 4 §. hoc autem iudicium, D de damno infecto.* & vbi exceptio non opponitur, actio non impeditur, vt probat *Mascard. de probat. conclus.* 1326. *num* 9.

82 Prærereà, quia si Iudex non procederet ob præuentionem, quæ non opponitur, iudicaret vltrà petita & Iudex dicitur fatuus, qui iudicat vltrà petita, *l. vt fundus, D. com. diuid. cap. licèt Aeli de sim.* debet igitur tunc Iudex consignare parti literas exequutoriales vigore instrumenti liquidati in contumaciam, si instrumentum apparet ex sui facie liquidum, & super instrumento nullæ sunt partes Iudicis, nisi in compellendo reum, vt soluat, argumento eius, quod voluit ex *Bald. in cons.* 158. *lib.* 3. *Escobar de ratiocin. c.* 38. sub *num.* 9. vbi scribit, quòd super calculis liquidis nullæ sunt partes Iudicis, nisi ad compellendum reum reliquatum, vt soluat.

83 Etiam, quia si præuentioni locus esset, quamuis non opposita, & ex sola Iudicis scientia fuisse præuentum, Iudex supersedere deberet in liquidatione, posset Iudex, quinimmò deberet iudicare secundùm propriam conscientiam, & non secundum allegata, & probata, quod esse contra omne ius humanum, & diuinum, docet *Frater Io. Marquez de gubernat. Christ. lib. 1. c.* 12 *fol.* mihi 64. *col.* 2. *lit. D. in fine*, & de iure ciuili est contrà *tex. in l illicitas. §. veritas, D. de offic. Præsid.* & contrà placita Doctorum, qui exindè docent, Iudicem, nequè posse supplere in facto, quod sibi constet, vt homini priuato, quorum ex Schola sunt *Faber defin.* 1. C. *vt quæ des. Aduoc. Peguera decis.* 196. *num.* 7. & à *num.* 18. *Surd. decis.* 143. *num.* 4 *Gratian. discept.* 1. *num.* 13.

84 Et stringit, quia præuentio non sempet fit ex pactis, quæ in obligationibus tacitè intelliguntur; aut obligationibus insunt, & instrumentis; sed ex exceptionibus, & causis, quæ veniunt extrinsecùs, vtporè ex exceptione pacti posteà facti, metus, erroris, & huiusmodi, & his in casibus aliqd Iudex non potest supplere, sed est necesse, quòd hæc opponantur in processu, vt *Bart.* docuit *in l. eum, qui, §. qui ita, D de verb. obligat. Steph. Gratian. discept.* 268. *num.* 18. *Crau. cons.* 150. *num.* 2. omni iure debebit præuentorem tractare, vt contumacem, quia aliàs absquè allegatione, & oppositione admitteretur, quod admitti non potest, nisi opponatur.

85 Quod si tenere placeat, non obstabit, quòd Iudici notorium sit, fuisse præuentum, quia factum notorium non potest Iudex supplere, nisi allegetur, quamuis allegatum regularitèr non indigeat probatione, vt plenè docuit *Lapus allegat.* 1. vbi per plura iura, & Doctorũ authoritates probat, quòd notorium non releuat ab onère proponendi, licèt releuet ab onere probandi, quod & *Faber* notat *d. defin.* 1. C. *vt quæ des. Aduoc. Cacher. dec.* 1. *num.* 42. *Viu. decis.* 340. *num.* 6. *Xamar de offic. Iud. & Aduoc. par.* 1. *quæst.* 9. *n.* 136. & antè istos *glos. in clem. appellanti, de appellat Guido Papa decis.* 221. *num.* 4. *Roch. de Curte de consuet. num.* 560. vbi scribit, posse Iudicem supplere in Consuetudine notoria, nè probetur, per *glos. in l* 1. *in*

princ.

princ. C. qui, & aduersus quos, non tamen posse supplere, quando pars non allegat Consuetudinem notoriam, per *glos. in d. clem. appellanti*, refert, & sequitur *Gratianus decis. 186. num. 18.*

86 Idquè puto Ego tenendum pro constanti, data scientia in citato, & factæ præuentionis, & sequutæ deindè citationis super tenore instrumenti, aliquid enim est, quod deferatur vocantis Imperio, & contumaciæ venire renuentis, ex suprà dictis. Item quia receptissima omnium traditio est, quòd exceptiones (quarum
87 è numero quòad hoc non excipio præuentionem, vt impediatur cursus liquidationis instrumenti propter iam factam præuentionem, ità enim explico dicta *cap. 1. quæst. 1. num. 52.*) debent à parte opponi, vt Index de ijs rationem habere teneatur, etiam si de ipsis Iudici constet ex actis, vt ex *DD. in l. si vnus, § pactus, nè peteret, D. de pact.* notant *Cancer. var. cap. 18. de except. à num. 23. Guido Papa decis. 221. per tot. & Xamar loco cit. num. 141*, vbi exceptiones à *Guidone* describit.

88 Data tamen ignorantia præuentionis, vtpotè, quòd facta sit ab eius Procuratore generali ad lites, ac citationis, quia facta sit in Curia, vel alio loco designato pro persona in casu citationis, vel domi, sed clanculùm, maximè absente præuentore, puto verius esse, quod scribo *quæst. præced. à num. 42.* præsertim ex *text.* qui videtur ad hoc puntualis in *l. Papinianus, D. de public. in rem act.* vbi ex *Papin. lib. 6. quæstion.* scribitur de eo, qui per ignorantiam non est vsus exceptione, quam debuit opponere.

89 Moueor, quia Index ex officio debet supplere partis ignorantiã, vt volunt *Bart. in l. eum, qui ità, num. 4. D. de verb. oblig.* & in *l. lecta, à num. 21. D. si cert. pet.* & in *l. si vnus, § pactus, nè peteret, num. 20. D. de pact.* quibus in locis illum refert, & sequitur, alijs quoquè citatis *Escobar* dicto *cap. 38.* sub *n. 10.* in hoc enim absq; scrupulo procedet, quod dicitur in *cap. quia Clerici, de iurepatron.* posse Iudicem spoliare illum, quem iniustè possidere, sibi constet, etiam inauditum, quod & *Hippol.* obseruat *singul. 195. Gigas in tract. de intruso, à num. 108* & alij, quos refert *Barbosa in l. si de vi 37. à num. 139. D. de iudic.*

90 Nec puto, maiorem posse considerari ignorantiam, aut iustiorem causam, ob quam parci debeat vocato, si non veniat, iuxta *text. in d. l. ex quacunq; §. si quis in ius vocatus ex causa, D. si quis in ius voc.* quam respectu illius, qui aut absens vocatur, aut clanculum, aut in Curia, in qua non nisi, aut potentium, aut amicorum solet ratio haberi à Notario, qui vt plurimùm ad instantiam creditoris eligitur, & is, salua pace bonorum, qui possit creditoris diligentiæ patrocinari, quotiès voluerit liquidato instrumento sæuire in pauperem debitorem, qua de re suspectas habui semper designationes istas Curiarum pro personis, tanquàm occasionentur ruinas pauperum, & propterea in instrumẽtis, in quibus vocatus sui pro consilio, cõsului semper, nè in pacta ista contrahentes conuenirent, & magis obstrepui circa pactum, vt citatus in Curia haberetur pro legitimè citato, & de persona, quamuis Curia ibi ampliùs non regeretur, & nemo in ea habitaret, quomodò enim poterit, qui præuenit, notitiam habere citationis, aut contumax reputari, vti venire, & parere renitens, qui in loco citatur, in quo, nonnisi ianua adest, aut paries pro teste simul, & nun[c]io; aut quomodò de præuẽtione opponet in iudicio, in quo nonnisi momento temporis, aut loquendi potestas datur, aut scripturas præsentandi, quæ est tempore, quo Curia sedet pro liquidationibus instrumentorum, vocatis debitoribus, ità vt vix possit vocati à Prætone nomen audiri, nisi attentissimè homines adstiterint, & ij ad hoc assueti.

Hinc censui, semper è bono Reipublicæ esse, si in citationibus super tenore, & pro liquidationibus instrumentorum id seruaretur; quod in iudicijs ordinarijs boni Iudices solent aduertere, cùm processum est in contumaciam, nam in diffinitiuis, quæ non semper tanti sunt præiudicij, quanti est liquidatio instrumentorum ex restrictione remediorum ad impediendas in his exequutiones, & carcerationes (nulla enim potest opponi exceptio per debitorem aduersus liquidationem factam, vel pendentem, nisi in vinculis, vel facto deposito explicito, etiam pro expensis liquidationis, iuxtà nouissimam sanctionẽ, quam nunc referemus §. 7. *in fine*, etiam si esset incompetentiæ Iudicis, vt inquit *Carau. in Ritu 166. num. 74. vers. Tu autem.* & ex eo *D. Reg. Rouitus in pragm. 1. de tit. abusu, num. 4.*) mandant, notificari decreta personalitèr, ex quo multotiès procedebatur in contumaciam cum citationibus falsis, vel quæ non peruenerãt ad citatorum notitiam, & docuit experiẽ-

tia, vt plurimùm processus istos in contumaciam, aut nihil, aut parum iusti continere, comparentes etenim post tales citationes fuerunt absoluti, qui ex processu in contumaciam fuerant condemnati, faxit Dominus Deus, vt aliquandò aduertant ad ista (de citationibus in Curijs, prout consuluerunt in cæteris citationum, staudibus in *pragm.8. de instr.liquid. in §.6.* saltèm, vt solum in subsidium fierent, & quando personaliter non est repertus, qui citari debuit, prout de citatione ad domum facienda scribūt *Fulgos. cons.76.* qui tunc debere de hoc mentionem facere nuncium in relatione dicit, & *Matthesil. sing. 132. Abb. in cons. 43. & 84. lib.2. col.2. Roman. cons.454. num.4. & 5.*) qui clauum iustitiæ tenent, & Regna regunt, qui nunc, vt ità dixerim, & sanctissimi sunt, & sanctissimæ intentionis, posset namquè lege generali rebus istis consuli, & prouideri, nè pacta ista in instrumentis adijciantur, vti Reipublicæ perniciosissima, vtporè quæ possunt domos euertere, & iustitiæ detrimentum afferre, maximè cùm solitum sit, pacta ista apponi, cùm contrahunt, qui absuturi sunt à Ciuitate, vel eorum copia non sic de facili possit haberi, quis enim curam habebit, aut denunciandi absentibus, aut procurandi eorum copiam, quorum personā difficilem esse pro citatione creditor in instrumento professus est, aut nunc non procurat habere? & dato, quòd id Notarius efficiat,

91 quomodò poterunt, qui longinquis in partibus Regni degunt tàm prestò adesse, & se defendere, vt in triduo venientes cōsulant rebus suis, si triduum tantùm datur, computato tempore citationis, in quo citatus compareat, postmodùm nāquè incusantur contumaciæ, & Curia sequenti vocatus, qui nō comparet de sero, remanet condemnatus, iuxtà stylum, & praxim M.C.V. nemini ignotam, & tamen Iudices non aliò iure hos contumaces exequi, & tractari mandant, quam qui degentes in Ciuitate imperium vocantis contemnunt, quorum respectu tantummodò scriptæ leges sunt, quæ contrà contumaces insurgunt in ciuilibus, prudentiùs ergò ageret, si etiam in dubio, & cùm potest scrupulus esse notitiæ citationum, si citrà præiudicium pacti, quod damnamus, seruari facerent optimam bono publico dispositionem *prag.2. de ord.iud.* in qua forma datur citationis in Regno.

92 Præsertim cùm de nullitate dici non possit ex præuentione facta, vtporè, quæ constare non posset ex eisdem actis, iuxtà Regias Pragmaticas ad liquidationem, & carcerationem impediendam, sed extrinseca indigeat probatione ex actorum necessaria productione.

Nec obstat, si dicatur, quòd cùm hoc faciat Iudex, supplere videbitur, & quod

93 magis est, circa id, quod factum respiciat, quod ideò prohibitum est, quia debet Iudex iudicare secundùm allegata, & probata, *d.§.veritas*, & nè calumnijs materiam facilè præbens, quasi patrocinari Iudex potiùs, quàm iudicare videatur, vti *Fauorinus Philosophus* dicebat apud *Aulũ Gellium lib.14. noct. cap.2.* & ex *Gellio Ant.Faber definit.1. num.1. C. vt quæ desunt Aduoc.* aduertentibus ad prohibitionem facti, quod nunquàm supplēdum, dicit *Harmenopolus* apud *Fabr. loco* cit. *in alleg. num.4. Bartolo in l.vnica, C.eod. titul. num.1. Ludou. à Peguera decis.196. num.7. glos. in cap. bona memoria, lo primo in verbo curauimus, de postulat. Prælat.* & in *cap. examinata 15. de iudic.* & alijs apud *Xamar d.quæst.9.n.128.*

Respondetur enim, hoc vt plurimùm cessare quòad ea, quæ dicta sunt de recipienda in hac forma citatione, & quòad ea, quæ dicta sunt circa ignorantiam præ-

94 uentorum, quorum de contumacia agitur in opponendo, fuisse præuentum, aut procedere non debent in Supremis Curijs, in quibus proceditur *sola facti veritate inspecta*, hoc enim in casu posse Iudicem supplere, etiam in facto, obseruat *Escobar d.cap.38. num.8. in fine*, quod notandum est in Regno, in quo proceditur sola facti veritate inspecta, ex legibus Regni vulgatis.

95 Et quòad Iudices inferiores, & in partibus, in quibus ità non proceditur, potest obiecto responderi, quòd quando vnus solus litigat, & sic quando proceditur in contumaciam, Iudicem posse supplere de facto pro parte absente, docuit *Bart in l.2. C. de tempor. appellat. glos in d.cap. bona memoria, lo primo, de postulat. Prælat.* Vndè semper mihi fuit suspecta traditio *Iulij Cæsaris Ruginelli*, qui in libro *pract. quæst. cap.20. num.10.* censuit, quòd attēta contumacia rei semper agi possit executiuè, etiam pro instrumento non liquido, quod notandum dicit in praxi ex *Mario Freccia*, qui hoc non solùm non dicit, sed elicitur contrarium ex *par.3 n.16.* vbi illum allegat, nam, vt mittam, quæ possimus

fuimus suprà sub *num.* 82. & quòd liquiditas instrumenti dicitur de forma præsentationis, vt aduertit *Freccia de præsent. instrum. par. 9. quæst. 3. num* 94. & Iudicem de veritate pro absente inquirere posse, notat *Diaz in praxi, ver. pro quibus omnibus, num.* 5.

96 Fauetquè huic sententiæ, quia si Iudex potest repellere exceptionem calumniosam, etiam quando de malitia non constat ex processu, sed aliundè, vtputà ex confessione facta ipsi Iudici extrà iudicium, & præsumptio est pro Iudice, quòd iusta de causa illam exceptionem reiecerit, *Menoch. de arbitr. casu* 439 *num.* 7. *&* 8. *Muscatell. in praxi, par. 3. glos. dilatorias*, sub *num.* 8. qua de causa non poterit, atquè debebit petitionem calumniosam actoris reijcere, quamuis id sciat extrà processum, dùm actor, & reus non possunt iudicari ad imparia, iuribus vulgat.

Item, quia si suppleat Iudex omissæ oppositioni præuentionis datur quodammodò finis litibus, quæ oriri possunt ex diligentijs debitoris, nè soluat, & creditoris, vt exigat, in quo versatur quoquè publica vtilitas, nec solùm, vt reddatur fœlicitas Reipublicæ, quia, vt *Plin.* notat *lib. 6. cap.* 22. fœlicissima est insula Taprobanes, & Antichthonum Indiæ gens, quòd illìc nullæ lites, nulla iurgia, nulla Tribunalia sint, quod & recenset *Annæus Robertus rer. iudicat. lib. 2. cap. 16. fol.* mihi 490. sed etiam, vt homines ad exercitia redeant, & Iudex suo muneri implendo vacabit, officio enim Iudicis incumbit, subditos, & maximè litigantes ab oppressionibus, & violentijs tueri, *l. æquissimum*, cum *ibi* not. *D. de vsufr. l. 1. in fine, C. nè lic. potentior. & ibi DD* obseruat *Cancer. var. par. 2. c. 5. de fideiussor. n.* 180.

97 Quòd autèm Iudex suppleat fauore publicæ vtilitatis in facto, vt litium sit finis, notat *Gratian. tom. 1. discept.* 40. *n.* 19. & *decis. Marchiæ* 106. *num.* 1. *&* 2. & probatur, quia hac ratione in causa dotis, & in causa pia. & in omni causa concernente publicam vtilitatem, Iudicem supplere de facto, scribit *Affl. decis.* 371. *nu.* 1. *&* 2. *& Ioan. Paulus Xamar d. par. 1. quæst. 9. num.* 131. vbi & alia cumulat exempla.

98 Versariquè hanc publicam vtilitatem etiam respectu expensarum, & itinerum, qui ad Regnicolas, & exteros facilè probari potest, quando hac ratione aduertit *D. Carolus V. in pragmat.* 41. §. 3. *de offic. Sac. Cons.* nè pauperes litigantes indebitis expensis grauentur, vt namquè pertinet
99 ad officium boni Iudicis, sumptibus, & laboribus partes non grauari, vt inquit *Innoc. in cap. præsenti*, sub *num.* 5. *de rescript. in* 6. ita interest Reipublicæ, Ciues non distrahi extrà proprios lares, quod notauimus *quæst. præced. num.* 51. & probatur, vel quia Mediolanenses hoc priuilegio donatos à *Leone Papa* gloriatur *Conradus lib. 1. cap. 9. de Prætore*, §. 2. *de offic. Prætor. in ciuilibus causis, num.* 39. nè causæ fori Ecclesiastici extrà dominium traherentur, vel quia si peregrinatio gignit paupertatem, ex paupertate prouenit cruciatio, & ex cruciatione mors, prout considerat *Bart. in l. si constante, num* 20. *& seq. D sol. matrim.* & plenè *Magon. decis. Lucens.* 36. *num.* 25. ac *D. Reg. Rouitus super pragm. 7. de composit.* sub *num.* 17. *vers. Secundum*, vbi probat, & benè, hac ratione perégrinationem à propria patria esse contrà publicam vtilitatem, nam Reipublicæ interest, vt Ciuitates repleantur liberis hominibus, cuius solius rationis contemplatione sunt concessa matrimonio tot, tantaq; priuilegia, de quibus plenè per *DD. in l. 1. D. sol. matrim.* hinc enim exilij pœna ex larium, patriæquè carentia, & ipsis Romanis pro maleficij supplicio pœna fuit, & apud Athenienses pro non leni condemnatione, vt obseruat *Alexan. ab Alex. dier. genial. lib. 3. cap.* 10. *Petr. Ærod. lib. 9. rer. iudic. cap. 13. de interd. & releg. cap.* 1. & hinc variatum aliquando sententijs in Senatu scribit *Stephan. Vinand. Pigh. in Hercule prodigo, pag.* 131. quam de Principe in vniuerso tractat *Frater Io. Marquez* in sæpiùs citato opere, cui *titulus, lo Gouernador Christiano, lib. 2. cap. 31. fol.* mihi 344. *co-*
100 *lum 1. post mediũ*, an peregrè extra Prouinciã mittendus esset iuuenis Princeps, magnamq; Procerum partem, sumptuosum, & periculosum esse probasse, esseque id cõtrà morem Germanicum, qui prorsus olim ab externorum commercijs abstinuerunt. & notat *Stephanus ibi*, mille periculis obnoxias esse à patria peregrinationes, quòd occurrãt vbiquè frandes, insidiæ, errores, naufragia, lapsus, latrocinia, venena, cędes, morbi, ac mortes immaturas inter ignotos, subdens, hodiè præsertim, nostrisquè moribus tantò maiora vbiquè pericula obseruari, vt quilibet, nisi mente sit captus, fateri debeat, & prætereà peregrinationem efficere, vt qui redijt in patriam, omnes conterraneos

præ se contemnat, quasi ciuilitatem, rerumque prudentiam possideat solus, estque notandum, quòd *M. Cato*, & alij priscæ integritatis viri palam semper conquesti sunt (quod & idem *Stephan.* tradit) externas disciplinas, ac linguas frugalem Populi Romani vitam, ac masculam virtutem corrupisse, cùmq; Græcos, & peregrinis moribus Ciuitatem irrupisse mollitiē,
101 luxum, gulam, ebrietatem, & omnia turpitudinis genera, qua ratione *Solonem*, ac *Licurgum* non admisisse aduenas in eorum Republica, testatur *Frater Ioan. Marquez in opere*, cui titulus est Hispano Idiomate, *el Gouernador Christiano*, *lib. 1. cap. 2. fol. 14. col. 2. lit.* C. & *Claudium Aelianum* fuisse in magna authoritate, veluti patrij moris obseruātem, scribit *Philostratus in vita Aeliani*, quia fines Italię, in Italia natus, (prout ipse iactabat de semetipso) nunquam egressus erat, nauem nunquam inscenderat, neque nouerat mare, quæ tamen de peregrinatione excusabili accipienda sunt, non de inexcusabili, & necessaria, iuxtà terminos, in quibus loquitur Idem *Marquez loco* cit. c. 27. *fol.* mihi 161. *lit. D.*

Et hinc puto, habendam pro suspecta traditionem *Bart. in l. si vnus*, §. *pactus, nè peteret, nu.* 18 *D. de pact.* cùm ait, quòd
102 licèt Iudici cōstet de exceptione per partis confessionem, non possit de illa ratio haberi, nisi per partem opponatur, prout & sententiam, quam *Ang.* tenet *in d.* §. *pactus, nè peteret*, quòd scilicèt tunc possit Iudex de exceptione rationem habere, si velit, verumtamen, quòd non cogatur, arg. *l. non quicquid, D. de iudic.* nam si in confessis partes Iudicis non sunt, nisi in condemnando, nescio, qua ratione, aut non debeat, aut possit, si nolit, Iudex rationem non habere de exceptione, ad cuius probationem nihil exigitur, dùm nulla maior probatio est, quam proprij oris confessio, maximè cùm pertineat habita, vel non habita ratio de exceptione ad veritatem eorum, quę deducta sunt in iudicio, pro quorum eruenda veritate, eaque inuestiganda, multa facere potest Iudex, cui licet pro veritate eruenda supplere ex officio, etiam parte non opponente, vt plenè notat *Ripa in d. l. e.* §. *hoc autem iudicium*, à *nu.* 65. *D. de damno infecto*, censeo igitur, isto in casu omninò teneri Iudicem de præuentione, & liquidatione instrumenti iudicare, tanquàm si penès acta præuentionis instrumentum pro liquidatione præsentaretur, & sic impediendam esse liquidationem, quousquè de præuentione discernatur, in pectore enim Iudicis semper debet esse illuminatio veritatis, vt inquit *Bal. in l. fin. C. de edendo.*
103 Deduco item ex prædictis, liquidationē tunc impediri saltem debere ex ęquitate, iuxtà sententiam *Iacobi Cancer.* qui *d. cap.* 18. *de except.* sub *num.* 24. scribit, *Angel.* doctrinam *loco* cit. sibi æquissimam semper fuisse visam, & ipsum illam fuisse sequutum in aliquibus causis sibi commissis, & *num.* 26. *in fine*, quòd ipse censet opinionem hanc amplecti per Regiam Audientiam Cathaloniæ, iuxtà ea, quæ refert *Michael Ferrer. par.* 3. *obseruat.* 92. *vers. & fundari potest dicta obseruantia, circa med.* quamuis in exceptione præscri-
104 ptionis, si non opponatur, contrarium velit, & cum iudicio *Xamar d. quæst.* 9. *num.* 150. vbi dicit, sententiam *Cancerij* de exceptione præscriptionis loquente *d. cap.* 18. à *nu.* 27. nunquàm vidisse seruari in Senatu Cathaloniæ, & reuera, nec Sacrum Consilium nostrum de præscriptione rationem habet, nisi opponatur, ex *decis. Guid. Papæ* 211. & *Cassan.* doctrina, qui *in Consuetud. Burg. tit. des forests, rub.* 13. §. 8. *glos. vlt.* tradit, in exceptione præscriptionis non opposita Iudicem nō posse supplere, quod in causa grauissima vidi motiuatum, & habitum pro absoluto, vt indè oportuerit, quod disertissimus, idemquè doctissimus *Bartholomęus de Francho*, illius causæ Patronus recurreret ad explicationem exceptionum oppositarum per causæ Procuratorem in principio litis, opposuerat enim exceptionem carentiæ, & incompetentiæ actionis, & sub ea, dixit, exceptionem præscriptionis debere, ac posse includi, & transiuit cum illo tunc Sacrum Consilium, licèt non viderim, an causa illa decisa fuisset, scio solum, potuisse Sacrum Consilium ex eo moueri, & exceptionem præscriptionis pro opposita habere, qui enim initio litis opponit aduersario carentiam actionis, dicit, eum carere actione ex omni via, ac iuris remedio possibili, quorum numero, si requisita adsint, primum, & præcipuum est præscriptio, nec probo, quod in causa illa motiuabat tunc Consiliarius *D. Thomas Carleual*, Aulæ illius Decanus, & Antiquior, quòd exceptio præscriptionis specificè proponi debuisset, nam indè permittitur actori petere, vt conuentus declaret exceptiones in facto consistentes,

iuxtà communem opinionem *Doctorum* in *Lege cum Geminiano, C.de transact.* & notat *Reg. Rouitus in pragm. 6. de ordin. iudic. num.* 13. vt si oppositis exceptionibus dubitet, an ex hoc, vel illo excipiat reus, quod in facto consistat, possit certus reddi, si velit, at cùm illud facere omiserit, vel petere, scilicèt, vel mandari à Iudice, quòd declaratio fieret, sibi debet imputari, Ego tamen in causa illorum de Coppula, de qua disserui hoc *tit. quæst.* 1 *n.* 85. ad hæc vitanda opponi feci exceptionem præscriptionis comparitione particulari cum instantia, quòd in causa illa, stante præscriptione non procederetur, quamuis initio litis fuisset opposita exceptio carentiæ, & incompetentiæ actionis, est tamen aduertendum, aliud fuisse iudicandum, si non exceptio carentiæ, & incompetentiæ opposita à Procuratore fuisset, sed defectus iuris agendi, tunc enim quia non potest cogi conuentus declarare, qua via, vel ratione actori ius deficiat in causa, vti decisum refert *D. Regens Rouitus* in d. *pragmat.* 6. à *num.* 16. & *num.* 20, in qua re sunt quoquè videndi *D. de Franch. decis.* 263. *Muscatel. in praxi S.C. par.* 2. *glos. exceptiones, in addit. lit. A.* & *Aluar. Valasc. consult.* 97. qui & huius sunt sententiæ, prout est quoquè *Anna alleg.* 77. & insignis I.C. Aduocatorum olim, nunc Consiliariorum idea *D. Theodorus allegat.* 29. qui obijt post hæc scripta die 10. Aprilis 1648.

Infero ex dictis tertiò, debere Iudicem quamlibet occasionem sumere, ex qua
105 citatus super tenore instrumenti admittatur ad opponendum de præuentione iam facta, & hinc quia citatus comparens de sero, & posteà in secunda Curia præsentauerat supplicationem ab indebita citatione, dixerat, instrumenti liquidationem nullam esse, & fieri non posse, petieratquè, ius, & iustitiam sibi ministrari, dixi Ego cõsultus ab Amico, potuisse explicari, liquidationem non procedere, præsertim ex facta aduersus instrumentum illud præuentione, ex ijs, quæ notat *Escobar de ratiocin. d. cap.* 38. *num.* 11. vbi notat, prædictam clausulam, tanquàm herbam bethonicã esse, quæ medelã præstat in omnibus infirmitatibus, omnesquè defectus supplet, ex *Iass. in §. omnium, num.* 147. *Instit. de action.* & in *l. petens, C. de pact.*

Nec erit impedimento, quòd pro his opus esset præsentare scripturas, & acta concernentes præuentionem, quod videtur prohibitum tempore, quo quis explicare sic prætendat libellum, ex *Ritu*, & *Regia Pragmatica 4. de instrum. liquidat.*

Nam recipi tunc debent, quæ adducũtur pro declaratione libelli, ex traditis per *D. Reg. Sanfelic. decis.* 313. vbi scribit decisum, posse extrà Curiam præsentari scripturas ad declarationem productarum, quod allegamus in dies, & M.C.V. ac Sacrum Consilium passim allegationes admittunt, & recipiunt scripturas ad declarationẽ, vt suprà, in causis liquidationum extrà Bancam, cùm leguntur, & ponderãtur scripturæ præsentatæ Curia pro Tribunali sedente.

SVMMARIVM.

106 *Exceptio præuentionis quando debeat, vel possit opponi ad impediendam instrumenti præsentationem.*

Terminus ad omnes exceptiones, quòd præfigatur, an lege aliqua cautũ sit, ibid.

107 *Exceptionum quot sint species.*

108 *Exceptiones dilatorias opponenti alio tempore, quàm legibus statuatur, quæ, & quæ ex lege pœna infligatur Aduocato.*

109 *Exceptio præuentionis an dilatoria sit, debeatquè opponi antè litem contestatam, vel peremptoria sit, & indè possit opponi in omni parte iudicij liquidationis instrumenti, num.* 112. *vel qua in parte illius, nu.* 114. *aut potiùs anomala, & mixta, ac exceptio, quæ datur ratione futuri facti, temporis, vel accidentiæ, num.* 118.

Recensitis ijs, qui dixerunt, quòd exceptio præuentionis sit litis pendentiæ, & declinatoria fori, num. 109 *Qui explodũtur, num.* 111.

Consil. Gram. 95. *Idem eum* disputat. 6 Matantæ, *ibid.*

110 *Exceptio litis pendentiæ & fori declinatoria opponi debet statim, & antè litem contestatam.*

Dilatoria inutilitèr opponitur post litem contestatam, nisi causam exceptio haberet successiuam, ibid.

111 *Exceptio præuentionis iurisdictionalis est exceptio litis pendentiæ, & declinatoria fori.*

Si non opponatur antè litem cõtestatam, processus valet, ibid.

Quòad hęc, in quo differat à præuentione instrumentaria, ibid.

112 *Exceptio peremptòria quæ dicatur;*

quando

quando possit opponi, ibidem.

Pragm.8.de instrum.liquidat.in §.7.*explicatur. ibid. & num.*115.*non procedere facta pręuentione aduersus instrumentum,quod præsentatur,ibid.*

113 *Causa liquidationis instrumenti est criminalis,& quarè.*

Exceptio peremptoria in causa criminali tractanda est ante litem contestatam, ibidem.

114 *Exceptio peremptoria potest protestari antè litem contestatam,sed post probari debet,& proponi formitèr.*

116 Pragm.8.de instrum.liquid.in §.4.*explicatur, non procedere facta prauentione.*

Sacrum Consilium. aut Consiliarij domi nō possunt inhibere Magnæ Curiæ Vicaria, nè procedat, aut supersedeat in liquidationibus instrumentorum, sub pratextu pendentię litis, nec per paucissimos dies,ibid.

Quid si fuerit prauentum aduersus instrumentum,ibid.

Correctio legum vitari debet in dubio, ibidem.

117 Pragm.8.de instrum.liquid. in §.5.*explicatur,non procedere,cùm est preuētum aduersus instrumentum.*

Pręuentio an exceptio perpetua sit, vel temporalis, ibid.

118 *Exceptio anomala, & mixta qua dicatur,& quando possit opponi,ibid.*

Exceptio perēptoria in Regno qua in litis parte opponi debeat, ex Constit. Regni *incip.*Lite legitimè contestata,*& ea an vigeat nunc in Regno,ibid.*

119 *Lis contestari quando dicatur in Regno in ciuilibus, & in exequutiuis.*

In Regno non fit formitèr contestatio litis in ciuilibus,ibid.

DVBIVM TERTIVM.

Quando opponi possit, aut debeat,fuisse prauentum.

106 SEd quando cœpimus agere de oppositione præuentionis, videamus, quando debeat,aut possit opponi,fuisse præuentum,quod facilè omninò non est, dùm, vt aduertit *Vbertus de Bobio*, de quo meminit *Specul.tit. de except. & replicat.*§ 2.sub *num.*2.*lit.C.* nulla lege cautum est, quòd præfigatur terminus ad omnes exceptiones proponendas, nec omninò certum est in nostris, cuius sub natura exceptionis pręuentio militet,di-

107 latorię scilicèt, peremptorię, anomalæ, vel mixtæ,in his namque quatuor speciebus omnem reponi posse exceptionem putarunt Practici,& benè,quorum nobis antesignanus videtur *Specul.in tit.de except.& replicat.*§.1.*in princ.*sed cuncta discutiamus, nè in pœnam incidat præ-

108 uentor noster,quam *tex.* imponit Aduocato,alio tempore dilatorias exceptiones opponenti,quàm legibus statuatur in *l.penult.C.de except.*in qua,si exceptio dilatoria, quæ deber opponi antè litem cōtestatam, opponatur post, punitur Aduocatus opponens in libra auri,quod & tenet *Paul.Castr. cons.*176. *col.*1.*vol.*1.& refert ex nostris *Maranta par.6. ver. ad exceptiones oppositas aduertatur,nu.*11.

109 Videtur ergò, præuentionem ex exceptionibus dilatorijs esse,& proindè initio opponendam,& sic statim,quòd qui preuenit, citatur super tenore instrumenti, putat namquè *Marinus Freccia*,& alij,de quibus hoc *tit.quæst.*1.*num.*5.quòd præuentio dicitur exceptio litis pendentiæ, & fori declinatoria,quod & notant *Grāmat.cons.*95.*num.*33.*& Robert.Maranta disput.6.nu.*32.*in responsione ad sextum argumentum*, qua ex *disputatione* factum est *consilium* illud *Grammat.* vt, & innuit *Gram. in princ.* dicens,addidisse columnam finalem scriptis per *Marantam*, à quo dicit,se fuisse togatum in causa illa pro Bartholomęo Maranta Genitore *Roberti*,& credo ijsin temporibus,vel circa, quibus *Robertus Maranta* initiabatur, quod conijcitur,quia in scriptis illis omisit ipse, quæ posuit *Gram.* pertinentia ad praxim,inferendam in allegationibus pro defensione causæ tunc vertentis, quod est initiandorum in praxi, vel tunc initiato-

110 rum ad illam, & cùm verum est,exceptionibus dilatorijs præuentionem esse miscendam, initio esse de facta præuentione opponendum,nulli prorsus dubium est,exceptionem namquè litis pendentię opponi debere statim,& incontinenti,notat post multos,quos citat *Herring. de fideiussor.cap.*20.§.26.*num.*8.& *Bald.in l.peremptorias,in fine,C.qua sent. rescindi non possint*,& in *auth.sed nouo iure, n.*12. *C.de seru.fugit.Imola, & Calcan.* de quibus meminit,*D Reg.Rouitus cons.*88 *n.*8. *lib.*1.exceptionemquè dilatoriam inutilitèr opponi post litem contestatam,notant *D.Vincent.de Franchis decis.*295. *num.*1. *&* 2. *& D. D.Ferdinādus Arias de Mesa*

lib. 3. var. cap. 45. sub *num.* 14. qui *num.* 16. hoc intelligit, nisi exceptio dilatoria causam haberet successiuam, & continuam, quo casu etiam post litem contestatam posse opponi, dicit ex *Loffredo cons.* 12. *num.* 35. quo item iure, & fori declinatoriam opponi quoquè debere antè litem contestatam, docent Practici omnes ex *Bald. in d. auth. sed nouo iure, & in l. sepulchra, C. de sepulchro viol. Ias. in l. ità demum, C. de procurat.* & in re nostra de vtraq; exceptione *Marinus Freccia, Gram. & Maranta locis* citatis.

111 Verùm, quia *Baldus*, cuius doctrina vtuntur præcitati *Doctores*, non loquitur in exceptione præuentionis instrumentariæ, sed pro eo, quod pertinet ad iurisdictionem, vt videre est ex scriptis per *eum in d. auth. sed nouo iure, num.* 12. vbi quæstionem agit per hæc verba, *sed pone, in Ciuitate Perusij sunt duo Præsides, vnus capit furem, nunquid alter poterit procedere contrà talem furem, dic, quòd non, quia est præuentus per talem capturam, vt D. de iudic. l. si quis posteà, & l. vbi captum, Processus tamen valeret, si non opponeretur antè litis contestationem exceptio præuentionis, cùm sit exceptio declinatoria fori.*

Nec commune aliquod habet exceptio præuentionis iurisdictionalis cum instrumentaria quoad hoc, quandoquidèm agit de prorroganda iurisdictione, qui omittit opponere exceptionem declinatoriæ fori in præuētione iurisdictionali, & in præuentione instrumentaria, nō solùm de iurisdictione agitur Iudicantis, sed & de totali causæ præuentionis, & debiti amissione.

112 Recurrendum est ad verba Rituum agentium de præuentione instrumentaria, vt indè resolutionem eruamus eius, quod quærimus, & cùm *Ritus* 168. *in §. nota, &* 189. dicit, non posse procedi ad interrogationem super tenore instrumenti, aduersus quod est præuentum, nisi finita causa ruptionis instrumēti, & sic præuentionis, videtur, quòd exceptio præuētionis peremptoria sit, perimit namquè præuentio causam liquidationis, & intentionem Actoris perimit, & elidit, quæ versatur circa interrogationem faciendam, quæ fieri prohibetur, quousq; durat causa præuentionis, & exceptio, quæ actionē, sut perimit, aut elidit, peremptoria vocatur, vt in *§. appellantur, Instit. de except.* & in *l. 3. D. de except.* notat *Specul tit. de exceptione, in §. primo, numero primo.*

Et hoc attento videtur, præuentionem perpetuò posse opponi, idest omni in parte iudicij liquidationis, & præsentationis instrumēti, quod probari videtur ex dictis per *Specul. loco cit. in §. 3.* præsertim *nu.* 26. per *l. si duo, § penult. & vlt. D. de iureiur.* seù potiùs per *Alber. Galeot.* cuius esse versiculū illum, quem scribit *Specul.* aduertit *Addit. ad Speculat. ibid. lit. D.*

Idquè videtur respexisse Pragmaticos nostros, cùm in *pragmat* 8. *de instrum. liquid. in §. 7.* completa ferè causa liquidationis instrumenti, facto nimirùm verbo in Sacro Consilio, & confirmata citatione super tenore instrumēti, relaxata per Magnam Curiam Vicariæ ex solita formula, *Remissa est eidem M.C.V.* subdunt sequētia verba, *L'istesso di, che sarà fatta la parola, se ci sarà hora, ò il giorno iuridico immediatè seguente, sia obligato il debitore, instando il creditore, comparere personalitèr nella Rota in Vicaria, perche llà si possa fare l'atto della interrogazione, il quale fatto, se il debitore non compare, sacculo parato, conforme il Rito, restarà carcerato, & de più se li eseguiranno li beni insino all'effettuale, & totale sodisfattione; Con dichiaratione, che in questo caso, se lo debitore in actu interrogationis allegasse sodisfattione, ò nouatione, ò nullità, ò altr'eccettione, che impugnasse l'instromento, si sospenderà l'esecutione in bonis, restando carcerato in vinculis, ò fatto deposito, conforme stà disposto per lo medesimo Rito*, quoniam enim præuentio exceptio est, quæ aut satisfactionem dicit, & solutionem, aut nouationem, aut nullitatem, aut aliam exceptionem, ex qua fieret, sed quæ impugnat instrumentum, & eo tempore poterit opponi, vt peremptoria, & opposita exequutionem frustrabitur, non potest namquè præuentio deterioris conditionis esse, quàm exceptio, ex qua fist, vt diximus *alibi.*

113 Sed obstat his, quòd liquidationis instrumenti causa criminalis est, vt probat *Constit. Regni*, incip. *Eos*, de qua *Affl. decis.* 64. *num.* 2. & post multos nouissimè tradit *D. Reg. Capyc. Latro decis.* 58. *à n.* 5. vbi & causam, quarè criminalis dicatur, tradit post *Afflict. Caran. Foller Præsid. de Franch. & D. Reg. Tapiam*, quibus iungo *Galter. in praxi instr. verb. expediatur citatio, num.* 27. quod & *Ritus* dicit 171. & 179. vbi *Caran.* & in *Ritu* 166. *num.* 1. *in fine*, notatq; *D. Carleual tomo* 2. *de iu-*

dic.

dic.tit.2.disput.8. num.30. & in causa criminali exceptio peremptoria tractanda est antè litis contestationem, *l.Prases,C. ad leg. Flau. de Plagiar.* aduertit *Specul. d.*§.3.sub *num.2. vers.arg. tamen.*

114 Qua de re cautiùs esset, admissa sententia, quòd exceptio præuentionis sit perẽptoria, quòd opponatur, fuisse præuentum in comparitione de sero, vel saltem cum scripturis, quæ præsentantur Curia pro Tribunali sedente in secunda Curia, vel ad minus protestetur se comparẽs de sero, quòd procedi non potest ad liquidationem, quia ipse præuenit aduersus instrumentum illud, super cuius tenore citatus fuit vocatus in Curia, & postmodũ in secunda Curia præuentionem probet in forma, quã describemus suo *loco*, perẽptoria enim exceptio antè litis contestationem protestari potest, sed post proponi debet, & probari formitèr, prout intelligo Ego dicta cum contrarijs, quæ ponit *Specul. d.*§.3.*num.2.*

115 Aduerto tamen circa prædicta, quòd allegata, & probata præuentione in casu desupèr posito ex *d.*§.7 *prag.8.* non proceder, quod vltimo loco Pragmatici volunt in verbis illis, *Si sospenderà l'essecutione in bonis, restando carcerato in vinculis, ò fatto deposito, conforme stà disposto per lo medesimo Rito,* nã debebit præuentor non molestari, cui præiudicium nòluisse Pragmaticos fieri, ex illa sanctione suader, vel quòd de præuentore specifice non sunt loquuti, vel quòd *Ritui* se conformes reddiderunt, ibi, *Conforme stà disposto per lo medesimo Rito,* & *Ritus* ille hoc modo practicatur per ipsam Curiam, inquit ipsemet *Ritus 168.in* §.*nota,* videlicèt. *licèt instrumentum sit liquidũ, & omnia concurrant, qua in eo continentur, tamen si ille, qui petit, aduersarium suum interrogari, sit præuentus per citationem à dicto aduersario suo, vt rumpat ei instrumentum illud, super quo petit, interrogationem fieri, tunc non potest fieri interrogatio, nisi sit finita dicta causa ruptionis dicti instrumenti.*

116 Quo ex *Ritu* & id obitèr hìc erit repetendum, quòd nimirùm *Pragmatica* in eo, quod disponit in §.4. quòd Sacrum Consilium, aut Consiliarij domi non possint inhibere Magnæ Curiæ Vicariæ, nè procedat in causa liquidationis instrumenti, vel in ea supersedeat, sub prætextu pendentiæ litis in Sacro Consilio, nec per paucissimos dies, quod inconcussè seruatur in Sacro Consilio, ità quòd in literis inhibitorialibus expressè dicunt in Sac. Cõs. *M.C. non procedat, dummodò nõ tractetur de causa liquidationis instrumenti,* & cùm hoc omittitur in decreto, quo inhibitoriales literæ scribuntur, statim illæ, comparente creditore, moderantur, & explicantur.

Locum sibi non vindicat, quando lis pendet in Sacro Consilio ob factam in illo præuentionem, tunc enim non solùm inhibitoriales literæ concedendæ sunt absquè clausula prædicta, sed nec relaxãdæ sunt per paucos dies, sed indefinitè, *Donec finita sit in S. C. causa præuentionis,* vel *donec aliter per Sacrum Consilium fuerit prouisum,* non etenim ex *Pragmatica* factum præiudicium est *Ritui 168.in d.*§.*nota*, disponenti in casu, quo facta sit præuentio, illis in verbis, *tamen si ille, qui petit, aduersarium suum interrogari, sit præuentus,* &c *tunc non potest fieri interrogatio, nisi sit finita dicta causa ruptionis.*

Etiam, vt correctio legum vitetur in dubio, quod apertissimis legibus cantum quisquè poterit reperire in *l.præcipimus, in fine, C.de appellat.* notat *Carau. in Ritu 297. nu.2.*

117 Et cum ista quoquè animaduersione erit *Pragmatica* eadem censenda, dùm in §.5.*in vers. il simile ordinamo à rispetto delle cause introdotte in Conseglio, prima, ò dopoi della citatione super tenore instrumenti, che con occasione di quelle non si possi impedire il corso della liquidatione dell'instrumento,* causa enim introducta ex remedio isto præuentionis, si mota sit, antequàm citatio exeat super tenore instrumenti, impediet liquidationem in M C.V. quod tradimus *alibi*, & probat *Ritus* prædictus, de quo agemus *infrà cap.3.de temporibus præuent.instrumentaria.*

118 Ego in designanda specie exceptionis, sub qua præuentio militet, censui semper, non minùs errasse illos, qui dilatoriæ sub specie eam voluerunt cõprehendi, quàm, si qui sunt, qui sub peremptoria eam signari debere prætendant, si respectum omittas, quem considerauimus hoc *tit. quæst.1.* sub *num.130.* impediendi nimirùm solummodò processum liquidationis instrumenti, non etenim perpetua est, vt peremptoria exceptio præuentionis, sed quousquè pendet iudicium præuentionis suspenditur, non perimitur liquida-

tio,

tio,& interrogatio, nec differt tantummodò liquidationem, quæ & eam perimere poteſt, & elidere in totum, & perpetuò, ſi in ea actor non ſuccumbens demonſtret, caſſandum eſſe, vel reſtituendum inſtrumentum, & indè ſententia fetatur, quòd illius vigore non moleſtetur.

Putoquè exindè attentis verbis *Ritus 168. in §. nota*, ſuprà relatis, exceptionem præuentionis conuenire naturæ exceptionis anomalæ, & mixtæ, iunctis alijs verbis, *quæ finita videbitur, ſi eſt locus interrogationi, vel non*, dubium namq; quoniam eſt, an præuentor ſuccumbat, vel non, & indè an perpetua ſit exceptio, vel temporalis præuentio debet dici exceptio, quæ datur, ratione futuri facti, ſeù temporis, vel accidentiæ, quæ anomala eſt, & mixta, vt inquit *Speculat. in d.* §. 1. ſub *num.* 7. *verſ. anomalæ verò ſunt*, & hac de cauſa (quicquid nonnulli iactent ex *Conſtitut. Federici*, quæ incipit *Lite legitimè conteſtata*, quā non vigere nunc in Regno, cum iudicio dicit *Maranta par.6. ver. ad exceptiones*, ſub *num.* 17. & notat pro parte *D. Reg. Tapia* ad d. *Conſtit. in lib. 3. Iuris Regni, tit. de termino, lit. D. ver. eodem die, vel ſequenti in princ.*) poterit opponi in omni parte iudicij prænentionis, vt dictū eſt *num.* 112. quia, vt ſcribit Idem *Specul. d. num.* 7. anomalæ exceptiones ſunt, quæ non ſequunturnormam aliarum, quia poſſunt antè litis conteſtationem opponi, & poſt litis conteſtationem.

119 Diceturquè lis conteſtata in materia, vbi primùm citatus, quomodocunq; reſponderit, eſt enim præſertim in Regno, in quo formitèr lis non conteſtatur in ciuilibus rei prima reſponſio in exequutiuis, vt docet *D. Reg. Capye. Latro deciſ.* 102. ſub *num.* 32. ſicut in ordinarijs prima reſponſio, quæ datur poſt terminū, vt *alibi* dicemus, ſi dederit Dñs Deus.

S V M M A R I V M.

120 *Forma opponendi, quòd ſit præuentum aduerſus inſtrumentum, quæ ſit.*

Periculoſum eſt allegare, fuiſſe præuentū, producendo proceſſus factos in cauſa præuentionis, ibid.

An cautiùs tunc fiat, ſi appelletur ab indebita citatione, nu. 126. Authoris *opinio in hoc, num.* 132.

121 *Reus, ſi velit, poteſt excipiendo producere, quod dixerat principalitèr agendo.*

122 *Deciſio in cauſa Federici Canalis, quàrè proceſſerit, explicatur.*

Iudex cùm viderit, quòd exceptio malitioſa eſt, & friuola, vel calumnioſa, poteſt eam nō audire, & reijcere impunè, ibid.

Dom D. Michael Gomez *Iudex M.C.V. laudatur, ibid.*

123 Ritus M. C. V. 168. in §. nota, & Ritus 189. *nō procedit, cùm præuentio facta eſt, & probationes non releuant præuentorem, aut cauſam eius dubiam non reddunt.*

Quod quando procedat, ibid.

124 *Saluumcōductum qui habet, ſi illū non producat, niſi in fine litis, illi renunciare videtur, & condemnatur in expenſis, tanquàm calumnioſus.*

Præuentor ſi differat in finem vſq; litis producere, & allegare noua, non debet audiri & quarè, ibid.

Differens exhibere acta Iudici vſq; in tēpus prolationis ſententiæ punitur tanquàm calumnioſus, & condemnatur in expenſis, ibid.

Quid ſi præiudicium ſit irreparabile, & quando hoc procedat, vel ſecùs, ibid.

125 Pragmat. 8. de inſtr. liquid. in §. 1 *diſpoſitio recenſetur, & an vigeat hodiè.*

126 *Si appelletur ab indebita citatione ſuper tenore inſtrumenti, qualis fiat decretatio à Spectabili Præſide S. C. & quomodò, & quando impleri illi debeat.*

Pragm. 8. de inſtr. liquid. in §. 7. *explicatur, ibid.*

Non procedit cùm eſt præuentum, n. 129. *& quando ſecùs, n.* 130.

Indebitum an dicatur debitum, aduerſus quod eſt præuentum, ibid.

Indebitum accipimus, non ſolùm ſi omninò non debeatur, ſed etſi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poſſit, ibidem.

127 *Præueniens ſi appellet ab indebita citatione ſuper tenore inſtrumenti, an, & qua ratione deferri poſſit appellationi per Sacrum Conſilium, vel ſecùs.*

Sacrum Conſilium in cauſa appellationis non iudicat, niſi deducta in illa, ibid.

Quomodò prouideat tempore relationis M.C.V. ſi in eo præſententur tunc ſcriptura, vel in M.C. poſt interpoſitū decretum, ibid.

128 *Quod eſt impeditiuum litis ingreſſus non ſufficit, quod allegetur, niſi cum effectu exhibeatur.*

Citatus cùm dubium eſt, an ſit exemptus, valet proceſſus, ſi alleget priuilegium, ſed illud non exhibet, ibid.

131 Ritus *Regia authoritate factus non potest limitari, aut reuocari, nisi ab ipso Rege, vel habente potestatem a Rege.*

Consilium Collaterale non potest, inconsulto Principe declarare legem Regis, ibidem.

Prorex non potest declarare mentem Regis, ibidem.

DVBIVM QVARTVM.

De forma opponendi, fuisse prauentum, quomodò scilicet opponi debeat de facta prauentione aduersus liquidationem instrumenti.

110 Diximus de tempore, quo opponi potest, aut debet, fuisse præuentum, videamus nunc, quomodò hoc debeat opponi, quod nemo tractauit hucusquè, & est valdè necessarium in praxi, quapropter procedemus in hoc, examinando, quod consuetum est fieri per aliquos,

Solent igitur quidam Curia pro Tribunali sedente præsentare ad liquidationem impediendam processus, quos conflarunt in causa præuentionis integros, allegantes, fuisse præuentum, præuentionemquè hoc modo probantes.

Puto tamen Ego, modum hunc opponendi satis periculosum esse, quia etenim 121 tunc producuntur acta in vim exceptionis, quod fieri posse non est ambigêdum, reus namquè, contrà quem productum est instrumentum, si vellet excipiendo producere, quod dixerat principalitèr agendo, de iure poterit, vt fundant *Alex. in l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic. & Angel. in l. 3. de except* sed pendebit supersedimentum, ac impedimentum in liquidatione, & interrogatione super tenore instrumēti, si, & quatenus ex actis factis in iudicio præuentionis apparebit probantem, vel secùs de causa, ex qua fuit præuentum, nullitate scilicèt, vel alia, propter quam debitor, aut liberetur, aut pêdeat sub dubio liberatio, vel condemnatio, facta etenim relatione ad actum, & processum nullitatis dicetur quis probasse, vel secùs in promptu exceptionem impedientem instrumenti exequutionem, ad *tex. in l. certum, si cert. pet.* cum alijs apud *Ancbar. consi. 211. incip. de iure communi*, & notat ex nostris *Marin. Freccia de præsent. instrum. par. 9. quæst. 7. nu. 26.*

122 Et in his terminis potuit procedere decisio, quam retulimus hoc *capite, quæst. 1. num. 85.* in causa Federici Canalis, alias nullo modo procedet, prout notauimus *ibidem*, citatus namquè hic, vt & retulimus *loco* nupèr cit. præsentauit acta, in iudicio præuentionis fabricata, & quia ex illis non constabat de iure præuentoris, fuit practicata conclusio, quòd quando Iudex viderit, quòd exceptio malitiosa est, & friuola, vel calumniosa, poterit eam nō audire, & impunè reijcere, quam conclusionem firmant *Innoc. in cap. post electionem de concess. praben. Bald. in l. peremptorias, C. sent. rescin. non posse, n. 31. Abb. in c. ex parte,* & *in c. Pastor, §. quia verò, de off. ord.* & *in c. nullus, ext. de præscript. Afil. in Cōst. Exceptiones. n. 31. & in Constit. Si exceptio, de except. malit. oppos. Menoch.* qui alios adducit *de arbit. casu 439. num. 7. & seq. Muscatell. in prax. par. 3. glos. dilatoriis, num. 8.* latè *Castill. decis. 54. à num. 3. Marinus Freccia de præsent. instrum. par. 9 quæst. 2. nu. 52.* & sic fuit processum ad actum interrogationis, præuentione non obstante, vt aperuit mihi *D. Alexander Rouitus*, qui fuit causæ illius Commissarius in M. C. V. & posteà relator in Sacro Consilio, quo eodem ex motiuo vidi, ità quoquè decreuisse, quòd scilicèt, non obstante præuentione contrà debitorem exequeretur, non expectata cōpilatione processus in causa præuentionis, sed quando Partes confitebantur, aliud in causa non esse, eruditissimum Dominum *Don Michaelem Gomez* Iudicem eiusdem Magnę Curiæ integerrimum, & ęquè doctissimum, ac nobilissimum, in causa quorundam de Turri Ottāna, in Banca Scoppę.

123 Nec eo in casu pugnabunt eum his ea, quę diximus *d. quæst. 1. num. 81. & seq.* ex dispositione *Ritus 168. in §. nota, & Ritus 189.* quia cùm in vim probationis producuntur probationes factę, ac receptę in causa, & iudicio pręuentionis, quę producentem non releuant, vel saltem causam eius dubiam non constituunt, ijsque contentus producens alias probationes, vel asserit, non habere, vel faciendis quodammodò renunciet, nihil habet, quod expectare debeat Iudex, vt iudicet, tanquàm compilato processu, optimo iure causa finita dici tūc poterit, quod *Ritus* citati expetunt, maximèq; id locum habebit, quotiès ex deductis Iudex conijciet, nihil re vera posse deduci per pręuētorem, considerato libello, nè in calum-

nias incidat eorum, qui exclamant, in ter-
minis primi, aut secundi beneficij, vel in
eodemmet termino, si duret in causa præ-
uentionis, aliud habere, quod deducant,
potest nàmq; hoc admittere, si videt, fa-
ctum in libello deductum non esse, aut
plenè, aut sine exceptione, & legitimè
probatum, possitq; præueniēs circa idem
alios adducere testes, aut producere scri-
pturas, ex quibus omninò fundet inten-
tionem, ex qua præuenit, aut protelletur,
quòd in continenti velit probare, quod
proponit, militabit etenim isto in casu di-
spositio *Ritus*, qui mandat, quòd donec
finita sit causa præuentionis, supersedea-
tur in liquidatione, ex latè deductis per
Castill. loco cit. sub num. 3. post *Bald. An-
char. & Muscatell. locis* ab eo relatis,
qui omninò videndi sunt, cùm casus ac-
cidet.
124 Cessabit autem dispositio hæc, si noua
tùc allegare velit, aut probare, nàm & qui
habet saluum conductum, & illum non
producat, nisi in fine litis, censetur illi re-
nunciasse, & debet in expensis cōdemna-
ri, tanquam calumniosus, *Bald. in l. paren-
te, num. 2. C. de testam. in l. 2. num. 2. C. de
bon. auth. Iud. possid. & in l. alia, num. 8.
vers. tu dic, C. de his, quib. vt indign. Blan-
chus in tract. de compromiss. in 5. parte
princip. num. 3. & 4. Tusch. lit. C. concl. 9.
num. 19 & conclus. 244. num. 4.* & facit,
quia præuentor hic in nihilo melioris cō-
ditionis esse debet eo, qui differat exhi-
bere acta Iudici vsq; in tempus prolatio-
nis sententiæ, quem tanquàm calumnio-
sum puniri debare, & condemnari in ex-
pensis, voluit *Cassador. decis. 3. de appellat.
Tiber. Decian. cons. 241. in princ. Gramm.
voto 18 num. 15. & per totum*, præsume-
tur nàmq; tunc præuentor, vt & exhibēs,
de quo nupèr, producere, & allegare iura
in tali statu causæ ad differendam iustitiæ
cognitionem, & hinc ex quo Iudex non
potest iura illa discutere, quòd nec tenea-
tur illa attendere, nec cogatur super illis
pronunciare, consuluit *Alex. cons. 218 co-
lum. penult. lib. 2. & Felin. in cap. de cæte-
ro, num 11. & seq. vers. limita, de re iudic.*
vbi ponit regulā, & ampliat, etiam si præ-
iudicium esset irreparabile, quandò vehe-
mens est præsumptio, quod in casu vehe-
mentis præsumptionis Ego admitte-
rem, & quandò nullatènus tempora, &
scripturæ præsentatæ visionem permitte-
rent, ex notabili doctrina *Innoc. in d. cap.
post electionem, de concess. præbend. in fin.*
vbi loquitur in obijciente exceptionem
pacti de non petendo, & ait, quod si Iu-
dex vehementèr suspicaretur, pactum de
non petendo proponi causa morandæ li-
tis tantùm, quòd non malè faceret, si hac
exceptione non admissa sententiam fer-
ret, nec cassabitur sententia propter hoc,
quòd non admisit Iudex exceptionem,
nisi probet veritatem exceptionis, alias
in casu modicæ dilationis putarem ex di-
ctis per *Fr. Io. Marquez lib. 1. de Guber-
nat. Christiano, cap. 20 fol.* mihi *119. lit. C.*
iuncto indicio *Gellij lib. 14. noct. c. 2.* Iudi-
cem errare, qui ità censuerit, prædictis
duobus non concurrentibus simul, quid
enim periculi erit, si hodiè negotium non
expediatur, sed manè, Argiuorum exem-
plo, qui disceptantibus olim *Danao*, &
Gelanore de Regno, quia vterq; ad Popu-
lum probabilia, ac iuri consentanea di-
cebat, causam in crastinum retecerunt,
vt ex *Pausania* scribit *Petrus Aerod lib. 4.
rer. iudic. tit. 11. de probat. cap. 5.* qui euen-
tu probat exindè fieri, vt omninò certus
iudicet Iudex, credoquè propterea, posse
Alex. & Felin. sententiam practicari in
125 casu, quo intrar dispositio *prag. 8. de in-
strum. liquidat. in* § 1. qua vetus ordo rè-
nouatur expediendi causas liquidationū,
referendas in Sacro Consilio infrà quin-
decim dies, nàm si in decima quinta die
præsentarentur scripturæ, quæ tamen re-
cipi deberent, ac possent, non obstante,
quòd præsentatæ non fuissent Curia pro
Tribunali sedente, proùt mandat post *Ri-
tus pragm. 4. tit. de instrum. liquidat.* vbi
Rouitus num. 14. & scripturæ essent tales,
vt hora discussionis causarum ciuiliū pro
earum inspectione, aut ponderatione non
sufficeret, posset Sacrum Consilium de ijs
rationem non habere, tanquàm inducen-
tibus vehementem præsumptionem dila-
tionis contrà producentem in fraudem
dispositionis præfatæ *Regiæ pragmaticæ*,
quod arbitrio eiusdem Sacr. Consil. & Iu-
dicum in causis similibus remitti potest,
dùm & antiquata est *pragmatica* illius
dispositio, & redijmus ad id, pro quo exit
pragmatica quòad §. illum, quia relatio-
nes istas differri videmus arbitro Iudicā-
tium, sumpto quolibet prætextu, puto ta-
men Ego, id fieri ob maxima causarum
impedimenta, & citrà, aut conscientiæ, aut
inobedientię noxam, sed hactènus de his,
modò redeamus ad ea, quæ fieri alij vo-
lunt, vt præuētionis exceptio rectiùs, atq;
cautiùs opponatur.

126 Dicunt isti, cautiùs agi, si citatus super tenore instrumenti, contra quod est præuentum, appellet ab indebita citatione, putantes, posse, ac debere Sacrum Consilium, aut aliud Tribunal, vel Iudex Superior ei, qui relaxauit citationem, præuentori consulere, nè molestetur, quousq; lis finiatur mota per præuentorem contra eum, ad cuius instantiam relaxata proponitur citatio.

Verùm & hunc quoq; modum non semel Ego damnaui, vti & periculosum nimis, & plenum expensis, aduerti enim, supplicationem admitti in Regno vigore *d.pragm.8.in §.7.colum.1.in fin.* ab indebita citatione cum decretatione Spectabilis Præsidis Sacr. Consil. si relaxata citatio sit à Magna Curia Vicariæ *comparente supplicante personaliter, & præstante cautionem de parendo mandatis Sacri Cōsilij*, & debitor adimplere cogitur, cautionem præstando per totum diem, qui sequatur Curiam, in qua supplicatio præsentatur, qui tamen non feriatus sit, sed in quo Curia regatur, qui dies per Magnam Curiam differri, aut prorogari non potest, neq; per Sacrum Consilium, aliàs relaxātur literę exequutoriales, tanquàm si supplicatio præsentata non fuisset, & in contumaciam realitèr, & personalitèr, vt expresè dictat *pragm. in d. §.7.* & in hoc dispendia versantur, & expensæ, quæ taxari non possunt, quia Magistri actorum se concordant pro cautione ad libitum, nihilo facientes taxam *pragmatica* circà fideiussiones capiendas, propter pericula, quæ in fideiussionibus subeunt.

Estq; remedium periculosum, quia vltrà quòd præuentor duplici grauatur fideiussione, altera, quam præstitit in causa præuentionis, & altera, quam cogitur præstare pro remedio isto, item quòd ei multiplicantur inimici, quorum potissimus est Actuarius, qui fideiussionem cępit, & fideiussores, qui inhiant pro carceratione appellantis, casu, quo succumbat, in Sacro Consilio periculum habet, qui præuenit, quia quamuis videatur, posse dici indebitum id, quod deberi videtur ex instrumento, aduersus quod est præuentum, quandoquidèm indebitum accipimus non solùm si omninò non debeatur, sed etsi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat, *l.26.§.3.D. de condit.indeb.* notat *Hotbom. in Comm. verb. iuris, verbo indebitum, lo 2.* tamen quia id ex dictis in *dubio praeced.* non omninò tutum est, & iuris explorati non est,

127 an deferatur appellationi, quia cùm Sacrum Consilium in causis appellationum non indicet, nisi deducta, an circà illa grauauerit Magna Curia, vel non, & citatio non videatur indebita, quòd exierit super tenore instrumenti, contrà quod fuerat præuentum respectu Iudicis, cuius factum attenditur, vt quis grauatum se iustè, & ritè dicat, & possit appellare, si Iudex, à cuius citatione fit supplicatum de præuentione notitiam habuisse non conuincatur ex actis, non videtur, quòd cautè appelletur, & ab appellatione ab indebita citatione sperari possit, quòd releuet præueniētem, quia parùm referre videtur, quòd notum sit parti de causa, ex qua citari quis non debeat, nisi id notum Iudici sit, à quo citatio petitur, quòd citatio relaxari non debeat, vt est *text. in cap. si duobus 7. de appellat.* ibi *Nisi Iudex cognouerit, eum ad audientiam Romani Pontificis appellasse.* & in *c. cùm contingat 24. de rescript.* ibi *si sibi forsan innotuerit*, & ibi *an super hoc nihil omninò sciuisti*, vbi *Nauar. Dec. in d.c. si duobus, num.8. Panormit. in c. super literis, col. penult. post princip. de rescript. Felin. in cap cùm ordinem, n.14. eod. tit. de rescrip Roman in d.l.2.col.3. in princip. D. si quis in ius voc.*

Et secundùm ista fuit decisum per Sacrum Consilium sub die 26. Septembris 1647. ad relationem Domini *Honufrij de Palma*, olim Aduocati Primatij, vti testatur quoquè *D. Reg. Sanfelic. decis. .. .. . in fin. par. 3.* nunc Iudicis M.C. V. integerrimi simul, & lepidissimi, de cuius virtutibus, gentilitia nobilitate, & moribus latè scribit *D. Episcopus Riccius collect. 3986. par. 9.* cùm etenim institisset Thomas Anellus Starla, declarari nullam liquidationem instrumenti factam per Magnam Curiam Vicariæ ad instantiam Horatij Cacacis, & potissimum fundamentum poneret, quia liquidatio facta fuerat postquàm decreto *D. Regentis Capycij Latro*, coràm quo prætendebat Starla, instrumentum esse nullum, vti factum ex errore, pendente dilatione quinquennali, iniunctum fuerat creditoribus, inter quos erat Horatius, quòd comparerent, & interim donec aliter fuerit prouisum partibus auditis, non molestaretur Starla, quia tamen ordo non fuerat pręsentatus Curia pro Tribunali sedente, & indè V.I.D. Horatius Fagiolus, qui desēdebat liquidationem strenuè, vt moris fuit semper, & de-

ctè diceret, inhibitionẽ Parti intimatam, & Iudici non præsentatam, acta non afficere, Sacrum Consilium decreuit, quòd causa remitteretur eidem M.C. quæ prouideret,liquidationem esse validam,reuocando decretum M.C.V. quæ iudicauerat contrariũ ex ordine prædicto,& quòd citatio facta fuerat in Curia designata in instrumento,inscio prorsùs citato. Actuarius est Pintus.

Maximè si iungas,quòd non præsentatis actis in Magna Curia Vicariæ, Curia pro Tribunali sedente,non potest Sacrum Cõsilium legem tradere Iudicibus M.C. prout solet,quando præsentantur scripturæ,quas M.C.non viderat, quòd præsentatæ non erant tempore, quo decreuit, cum formula, *Magna Curia super scripturis nouitèr productis prouideat*,& indè alia ratio periculi emergit,quia,cùm neq; tunc præuentori credatur, quia dicat in supplicatione, se præuenisse, dùm acta præuentionis non præsentauit,necessariò citatio confirmari debebit, & exindè vanum redditur adinuentum opponendi de facta præuentione per appellationem ab indebita citatione, quod etenim est im-

128 peditiuum litis ingressus, non sufficit, quòd allegetur,nisi cum effectu exhibeatur,vt ex *Parif.conf.4. num.6.lib.3.* notat *Tusch.lit.C.d conclus.9. num.20.* & licèt Ego *consilium Petri Pauli Cardinalis Parisij* non repererim hoc dicens, censeo tamen, verissimam esse propositionẽ, pro qua facit *conf.Paul.Castr.432. nu.6. d.lib.1.* vbi scribit, quòd quando est dubium,an citatus sit exemptus, vt quia forensis,non aliàs valebit processus,cũ quis allegat priuilegium,sed illud non exhibet, quàm valet, cùm factus sit in contumaciam, quia non compareat, id, quod & *Tusch.*probat *d.concl.244.n.9.*

129 Erit tamen aduertendum pro explicatione *d.pragm.8.de instrum.liquid.§.7.* quatènus *ibi* dicitur. *Volemo, che quando la supplica si dà ab indebita citatione, nella quale ordinariamente si suole allegare, che l'instrumento è illecito, pattionato, ò che habbia altro mancamento, per lo quale non si possa procedere via Ritus, ò che la persona, ad instanza della quale si expedisce la citatione, non sia legitima, ò che la citatione sia nulla, ò altro difetto, per lo quale non s'impugna la sostanza dell'instromento, & la verità del debito, in questo caso, quando nell'vltima Corte si presenta la supplica del Sacro Conseglio con la decretatione solita*, comparente supplicante personalitèr,& præstãte cautionem de parendo mandatis Sacr.Consil. *si ammetta, & si riceua la supplica, mà il debitore citato sia obligato de ademplire con la pleggiaria, per tutto, & insino all'vltima hora del Tribunale della Vicaria, nella giornata giuridica immediatè sequente, la quale non si possa dilatare, sospendere, nè prorogare, nè dalla Vicaria, nè dal Conseglio, & quella elassa senza ademplire si espedisca l'esecutorio realitèr, & personalitèr in contumaciam, come se il debitore non fosse comparso, & la supplica non fosse stata presentata, con fare descriuere la liquidatione, come fatta, nel libro dell' inferno all'istesso pũto, la quale nõ si possa sospendere, ancorche adempisse dopò incontinente*, hoc non procedere, quotiès esset præuentum aduersùs instrumẽtum, super tenore cuius citatus præuentor appellaret ab indebita citatione, tùm quia præuentio, vt *alibi* dictum est, impugnat substantiam instrumenti, & veritatem debiti, qui casus exceptus est à *pragmatica*, ibi, *per lo quale non s'impugna la sostanza dell'instromento, & la verità del debi-*

130 *to*, nisi tamen præuentio ex causa facta esset, cui verba hæc non congruerent, quo casu esset alio modo, & secundùm *pragmaticam* censendum, tùm quia *pragmatica* disponit circà carcerationem, & executionem instrumenti, aduersùs quod est præuentum, & certum est, quòd *Ritus* contrarium voluit, facta præuentione, vt *tot.* hoc *tit.* vidimus.

131 Nec videtur, quòd *pragmatica* ista voluerint Domini Conditores, *Ritum* esse correctum, vt *suprà* quoquè dictum est,& nunc addo, quòd etsi voluissent, forsan non potuissent, dùm *Ritus* authoritate Regia factus, quia rectè omnia nostra facimus, inquit *Iustin.in l.1. §. sed quid, vers.omnia, C.de vet.iur.enucl.* non ab alio, quàm à Rege ipso potest reuocari, limitari, & moderari, aut ab habente hanc in specie authoritatem à Rege, qua vtatur, quod suadere potest assiduus recursus, qui habetur ad D. Regem Nostrum, respectu eorum, quæ geruntur per DD. Proreges. Immò nec totum Collaterale Consilium, D. Prorege inconsulto posse declarare, aut limitare *Pragmaticam*, scripsit *D.Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. de diuers. prouis. tit. 10. de decret. Collateralis Consilij, nu. 11.* benè tamen consulto D.Prorege, in quibus sanè ter-

minis

minis dico procedere, quæ ſcripſit *Dom. Reg. Tapia* in ſuo *Opuſculo de præſtantia Regalis Cancellariæ Neapolitana, in tit. de poteſtat. Reg. Cancellar. n.* 50. ſed an Vicarius Regis ſolus poſſit declarare mentem Regis, videndus eſt *Ioann. Vincentius de Anna allegation.* 52. *num.* 56. de quo memor fuit *Antonius de Ballis variar. tract. lib.* 5. *tit. de offic. Proregis, num.* 15.

132 Hæc, quæ excitaui dubia in prædictis effecerunt, vt quandò caſus accidit, conſuluerim Ego, quòd præueniens, qui citatur ſuper tenore inſtrumenti, aduersùs quod eſt præuentum particulari comparitione, cùm comparet de ſero, aut in ſecunda Curia, opponat de præuentione aduersùs inſtrumentum illud facta, ſuper cuius tenore in prima Curia vocatus fuit ad inſtantiam præuenti, & cum comparitione præſentet fidem Scribæ aut Actuarij cauſæ præuentionis factam præcedente ordine Iudicis, quòd Scriba, vel Actuarius faciat fidem veritatis, ſic nàmq; allegabitur, fuiſſe præuentum, & probabitur id quoq; ſimul ſcriptura, de cuius authoritate non poterit controuerti, dũ præſentatur facta de ordine Iudicis ab eo, qui acta præuentionis conſeruat iure proprio, vitabunturq; expenſæ, & pericula cautionum, & vt plurimùm ſcrupuli, qui ſolent fieri in ſcripturis, quæ præſentantur Curia pro Tribunali ſedente, & poſteà diſcutiuntur in aula, ſeruata forma *Ritus*, & *pragmaticarum* Regni, quæ quamplura eſſe ſolent, & via largiores probationes faciendi non præcludetur, iuxta ea, quæ poſuimus *nu.* 90. & hac cautela attenta deſtruetur cauillatio illorum, qui proceſſus præuentionis occupant, nè poſſint præſentari à præuentoribus tempore, quo vocantur in Curia, fides nàmq; Scribæ, vel Actuarij cauſæ præuentionis ſupplebit defectum proceſſus.

Eſt benè verum, quòd cùm placet prima cautela, & proceſſus detinebitur per creditorem, vel alterũ eius nomine, practicari poterit expediens, quod practicauit ad impediẽdam liquidationem inſtrumẽti, inſignis Præſes S.C. Dominus *Vinc. de Franch.* apud *D. Thor. in* 1. *part. Compend. verb. inſtrumentum liquidari*, contra illum, qui liquidabat inſtrumentum pendente compromiſſo facto, & occupabat acta compromiſſi, nè illud poſſet probari ad liquidationem impediendã, licèt & illud ſuſpectum ſit, ſi Iudex non ſit propitius, maximè attenta *pragm.* 8. *de inſtr. liquidat.* quæ non aderat tempore *Dom. de Franch.* ſed debebit eo caſu practicari illud expediens, etiam hodiè, nè *pragmatica* patrocinetur fraudibus.

SVMMARIVM.

133 *Procurator an admittatur in iudicio liquidationis inſtrumenti ad opponendum, quòd fuerit præuentum, vel debeat ad hoc principalis cõparere de perſona, & n.* 139. *vndè negatiua.*

134 *Procurator in cauſa criminali an, & quandò admittatur in Regno.*

Cauſa liquidationis inſtrumenti eſt criminalis, & quæ fuerit eius pœna, ibid.

Pœna corporis afflictiua, cùm venit imponenda, debet citatus comparere perſonaliter, ibid.

135 *Procurator in cauſa criminali non admittitur ad allegandum aliquid, per quod cauſa diſcutitur, & examinatur, ſecus ſi opponat declinatoriam fori, ineptitudinem libelli, & quod pertinet ad annullandum iudicium.*

136 *Procurator an admittatur ad opponendam inualiditatem citationis ſuper tenore inſtrumenti.*

137 *Excuſator quibus in caſibus, quibuſquè cum ſollemnibus admiſſus fuerit olim, & admittatur hodiè ad impediendam liquidationem inſtrumenti, relata praxi pro excuſante, & pro Iudice.*

An tunc excuſator abſq; ſollemnibus admittatur ad demonſtrandas nullitates liquidationis ex eiſdem actis, ibid.

D. Andreas de la Torre Iudex M. C. V. *laudatur, ibid.*

138 *Exceptio nullitatis notoria, apparentis ex eiſdem actis, non ſolùm allegata per procuratorem, ſed per quemcunq. aliũ admittitur aduersùs liquidationem inſtrumenti.*

Impedit, nè procedatur ad condemnationem non comparentis, nec aliter ſit contumax, ibid.

Dom. D. Thomas Caranita Iudex M. C. V. *laudatur, ibid.*

140 *Procurator non admittitur in cauſa liquidationis inſtrumentorum, nec ad media, & quarè, & n. ſeq.*

141 *Procurator non admittitur, cùm quis vocatur in citatione de perſona, & vt principalis.*

142 *Instrumenti illiquiditas potest per quemcunq. allegari, & opponi, eoq; reperto illiquido per eius lecturam, suspenditur condemnatio, & contumacia debitoris citati, & quarè.*

Quomodò tunc decerni solitum sit, ibid.

Nullum quod est, pro nihilo reputatur, ibid.

143 *Præuẽtio quarè non opponatur per Procuratorem.*

Procurator in liquidationibus instrumẽtorum non admittitur in his, quæ requirunt altiorem indaginem, ibid.

144 *Excusator, & Procurator in quibus differant.*

Exceptiones dilatoriæ, declinatoriæ, vel peremptoriæ non opponuntur per excusatorem, sed sunt proponẽdæ per Procuratorem, ibid.

Procurator an admittatur ad producendum in iudicio liquidationis instrumẽti aliud instrumentum, illiquidans præsentatum per creditorem, vt impediat liquidationem, ibid.

145 *Creditor non potest impugnare instrumentum à se præsentatum.*

Alicui cùm aliquid licet, potest ad illud alios conuocare, per quos actum expleat, ibidem.

146 *Procurator si fuerit admissus in liquidatione instrumentorum, an, & quando acta valeant.*

147 *Vniuersitas, aut si vltrà decem præueniant, an Procurator admitti debeat ad opponendum de præuentione, & an ad hoc requiratur speciale mandatum.*

Admittitur etiam ad defendendum Vniuersitatem, vel citatos vltrà numerum denarium aduersus liquidationem instrumenti, ibid.

148 *Accusati vltrà decem in causa criminali se defendũt per Procuratorẽ, & quarè.*

Vniuersitas est nomen iuris, & non personarum, ibid.

149 *Cautela, cùm liquidandum est instrumentum contrà plures, vltrà decem.*

Quæ an vera sit, si citandi sint decem, & non vltrà, n. 150.



DVBIVM QVINTVM.

Procurator an admittatur ad allegandam præuentionem aduersus instrumentum, super cuius tenore relaxata fuit citatio, vel præueniens ipse debeat opponere hoc personalitèr in Curia, in qua præsentatur instrumentum.

133 SEntentiam affirmatiuam, quòd scilicèt Procurator possit admitti ad allegandum pro citato super tenore instrumenti, quòd aduersus illud instrumẽtum fuit præuentum, & propterea quòd citatio non procedat, probant *Grammat. cõsil.* 95. *num.* 33. & illius consilij Author *Maranta disput.* 6. *num.* 32. quod & *Bernardinus Pandus* absq; dubio sensit *p.* 2. *declarat.* 24. *num.* 100. Mouentur primò, quia exceptio præuentionis est declinatoria, & litis pendentiæ, quæ potest opponi per Procuratorem.

134 Secundò, quia quamuis causa liquidationis instrumenti sit criminalis, & in causa criminali Procurator non admittatur, vt præter iura vulgaria mandauit in Regno *Rex Ferdinandus Primus* in anno 1481. de quo est *Capitulum secundum in pragm.* 30. *de offic. Magistri Iustitiarij*, vbi limitationes, idq; *Ritus* M.C.V. 269. anteà disposuerat, & explicauerat, & *ibi Carau. & Troysius, Nouar.* ad d. *prag.* 30. *collect.* 8. *num.* 1. vbi loca iuris communis coaceruat, & diuersas Orbis decisiones, ac limitationes, quod in propria materia citationis super tenore instrumenti scribit *Galter. in praxi instrum. verbo expediatur citatio, num.* 37. quia secundùm *Ritus* 171. & 179. imponitur pœna corporis afflictiua truncationis manus, & quòd cùm venit imponenda pœna corporis afflictiua, debet citatus comparere personalitèr, per *l. seruum quoq;* §. *publicè, D. de Procurat. l. accusatore,* §. *ad crimen, D. de public. iudic.* conuocato ad idem *Carau in Ritu* 182. *num.* 2. & 3. & tradit *Afflict. decis.* 64. *num.* 2. licèt id non

135 ità simplicitèr intelligatur, sed debeat intelligi, quando comparet Procurator ad allegandum aliquid, per quod causa ipsa discutitur, & examinatur, secùs quando opponit declinatoriam fori, vel ineptitudinem libelli, venitq; ad annullãdum iudicium, quia tunc admitti debet Procurator, vt in puncto explicant ad rem nostram *Gram. & Maranta locis* cit. qui propterea docent, quòd tunc debet Pro-

cura-

curator admitti, etiam in causa capitali, quia per hoc crimen non examinatur, ex *Bart. in l.penul. §. ad crimen, col. penult. D.de public. iudic. & Bal.in l.prima,col.2. C.quomodò. & quando Iudex.*

136 Videturq; tertiò, posse ad idem considerari, quod hoc in casu Procurator opponit inualiditatem citationis super tenore instrumenti, ad quod opponendum admitti Procuratorem scribit *Galter.loco* cit. *num.*41.

137 Quibus ex iuribus, atq; considerationibus cùm admitteret *Ritus* Procuratorem pro excusatione citati super renore instrumenti solummodò in casu infirmitatis ad impediendam liquidationem instrumenti, vt legitur in *Ritu* 264. & in *pragm.7.de instrum.liquid.*& notat *Frãcifcus Ant. confider.*4.à *num.*12. vbi praticam ponit in materia excusationis pro excusante, & pro Iudice, nè errent, quod innouarum nunc est ex *pragm.*8. *eod. tit. in* § 8. præcipitur namq; hac vltima Cõstitutione (quod & olim seruasse M.C.V. testatur *Affict. in Cõst.Edictorũ,n.*27.*in fine*) vt non sufficiat simplex fides infirmitatis procurara à Medico, prout sufficiebat olim ad impediendam liquidationem, sed quòd ea fieri debeat, & scribi à Medico, qui iuret in manibus Officialis loci, vbi degit infirmus, ac præsentari per publicum instrumentum in loco liquidationis, cum procuratione similitèr per instrumentum publicum, & in specie ad illam causam, pro qua exijt citatio, & post illius notificationem, ità vt alitèr facta nõ profit ad excusationem & liquidatio non impediatur, illis in *Pragmatica* verbis, *Volemo, che da quà auanti non si debbiano ammettere queste procure così generali, ma che debbiano essere specifiche in quella causa, per la quale si è espedita la citazione, & dopò la citazione ad allegar quella infirmità, della quale all'hora, & in quel medesimo tempo se tratta, & che se contiene nella fede, che nel medesimo instante si presenta, & che non possa seruire per altra causa per allegare altra infermità, & à rispetto delle fedi d'infirmità non volemo, che si ammettino fedi semplici, e priuate, mà solamente fatte per atto publico con giuramento prestando dal Medico in mano dell'Vfficiale di giustizia dello luogo, reassunto per atto publico per Notaro publico, e non altrimente,* quamuis solemnitas ista scripturarum seruata non fuisset in excusatione infirmitatis Marci Antonij de Natale, citati ad instantiam Melchioris, & aliorum de Stasio super tenore instrumenti, & indè fuisset partibus præsentibus in plena Banca dictum, quòd non poterant scripturæ recipi Curia pro Tribunali sedente, & receptæ non poterant impedire exequutionem decreti, quod pro exequutione eiusdem *pragmatica in d.§.7.* latum erat, ea verborum formula, *Condemnetur, verùm non ponatur in libro Inferni, donec visis scripturis extrà Bancam, alitèr fuerit pro iusum*, referente integerrimo Iudice Hispano Domino *Andrea de la Torre*, nihilominus fuit admissus Procurator idem pro præfato Marco Antonio ad ostendendum, quòd dicti de Stasio indebitè, ac nullitèr prætèdebãt literas exequtoriales ex nullitatibus apparẽtibus ex eisdẽ actis, & instrumento, licèt pars ex aduerso acritèr defenderet cõtrarium pro exequutione dictæ *Regia Pragmatica*, rem ità oretenus definiẽte Nobilissimo Equite Sãcti Iacobi de Spara, Iudiceq; integerrimo simul, & meritissimo Domino *Don*

138 *Thoma Carauita*, estquè in puncto celebris doctrina *Carauita in Ritu* 269. *num.*20. vbi dicit, seruari in practica in Regno, quòd exceptio nullitatis notoriæ, ex eisdem actis apparentis, non solùm per Procuratorem, sed per quemcunq; allegata admittitur, & impedit, nè procedatur ad condemnationem non comparentis, nec alìter fit contumax.

139 Verùm his, & similibus haud refragantibus, contrarium Ego puto verius esse in quæstione, quam agimus, Procuratorẽ nimirùm haud admittendum esse ad opponendum pro citato, super tenore instrumenti fuisse præuentum, vt exindè liquidationem impediat.

140 Ducor, quia vt aduertunt *locis* citatis *Maranta, num.*6.& *Grammat.* sub *nu.*9. qui allegat præuentionem comparet in iudicio super præsentatione instrumenti, in qua *Ritus* non admittit Procuratorem, prout vltimum probant *Doctores* suprà citati, præsertim *Affl. d. decis.*64. *num.*2. *Francisc.Ant.de Iudice Roberto de liquid. instrum.consider.*4.*nu.*10. vbi dicit, quòd Procurator in liquidationibus istis nec admittitur ad media, & quòd non admittatur in iudicio liquidationis Procurator, scribit post *Barz.* & alios, quos citat *Pandus par.*2.*declar.*24.*num.*95. qui *num.*96. dicit, rationem esse, quia in hoc iudicio tàm creditor, quã debitor examinãtur de

veri-

veritate, quo casu etiam attento iure cōmuni quis debet adesse personalitèr, *Domin. Franch. in cap. 1. de iudic. in 6.* & post alios, qui multorum, & omnium loco est *Dominus Regens, & Præses* S. C. dignissimus *Dom. D. Franciscus Merlinus controu* 82. sub *num.* 6. qui ità iudicatum refert in *versf. Verùm*, cuius verba sunt, *Verùm diximus, Procuratorem esse prohibitum interuenire, vbi vellet debitorem defendere, excusare, siuè causam agere iudicialitèr aduersus creditorem, impugnando instrumentum*, & ex his quoties præuentio non opponitur in iudicio ordinario, aut vigore pacti, sed in iudicio liquidationis instrumenti ad impediendam liquidationem, difficile erit practicare sententiam *Gram.* & *Marantæ*, nupèr adductam.

141 Dicor item, quia in citatione super tenore instrumenti, vt vidimus *quæst. præced. num.* 38. vocatur debitor de persona, iubeturq; quòd personalitèr, & vt principalis compareat, quibus ex verbis omne prorsus dubium cessat, nā ex illis Procurator excluditur, qui aliàs admitteretur, verbis his in citatione non positis, vt inquit *Bernard. Pandus*, quem refert, & sequitur *Galter. d. verbo expediatur citatio, num* 37. *in fine, Arnon. singul.* 41. *Viu. decis.* 252. *Capiblanc. in pragm.* 4. *de Baronibus*, sub *nu* 109. vbi & alibi se citat, *Surd. decis.* 89. *num.* 19.

Nec obstant contraria, quòd exceptio præuentionis sit declinatoria fori, & litis pendentiæ, quia hoc esse falsum probauimus suprà à *num.* 109. & reliqua vno cadunt verbo, quia scilicèt quamuis vera sint, quæ de procuratore dicta sunt, & excusatore, nā & quæ dicta sūt de procura-
142 tore, excusatore, & alia qualiber persona, quòd admittatur ad allegandam illiquiditatē instrumenti, quod præsentatur per creditorem, Curia pro Tribunali sedente, dixit *Carau. loco,* suprà relato, & quòd eo reperto illiquido, per eius lecturam suspendatur condemnatio, seù contumacia debitoris citati, docuit antè *Carau. Franciscus Anton. de Iudice Roberto d. consider.* 4. *num.* 25. à quo verba transcripsit *Carau.* licèt magis se extendat *Carau.* in explicatione exceptionum, & vera item sit ratio, qua *Robertus ibi* mouetur, quia nimirùm ipse debitor nullitèr citatur vigore instrumēti non liquidi, prohibente *Ritu*, quē *ipse* citat, & quod nullum est, pro nihilo reputatur, *l.* 4. *§. condemnatum, D. de re iudic.* quapropter solet tunc decerni, quòd procedatur ordinariè, & nō iuxtà formam *Ritus*, vt subdit Idem *de Iudice Roberto ibid.* hæc tamen non similia sunt, sed diuersa à casu,
143 de quo nos agimus, nam præuentio nō est de ijs, quæ constent ex eisdem actis, vt appareat in promptu, sed requirit altiorem indaginem, quæ per procuratorem allegari non posse, docet Idem *de Iudice Roberto d. consider.* 4. *num.* 36.

144 Item, quòd dicta de excusatore, non procedant à pari cum dictis de procuratore, non solùm constat ex dictis per *Afflict. in d. Constit. Edictorum, num.* 25. vbi docet, quòd exceptiones dilatorias, declinatorias, vel peremptorias allegare non potest excusator, quòd istę allegationes sint proponendæ per procuratorem, vt voluit *Innoc. in cap. constitutus, de Procurat.* sed ex dictis quoq; per eundem *de Iudice Roberto loc. cit. num.* 36. vbi quærit, an procurator admitti deberet ad producēdum in iudicio liquidationis instrumenti aliud instrumentum in forma probante, illiquidans instrumentum præsentatum per creditorem, & exinde auditi ad liquidationem impediendam, & quāuis dixerit videri, quòd sic, quia exceptio fundata in alio instrumento æquè sollemni, possit opponi, secundùm *Dec. in cap. ex parte, lo secondo, ext. de offic. deleg. in* 15. *fallent.* resoluit tamen contrarium, quia procurator in hoc iudicio extraordinario non admittitur, nisi ad excusandum, & quòd principalis debitor debet personalitèr cōparere ad excipiendū vigore secūdi instrumēti tēpore, quo, vel cōparet de sero, vel dū vocatur in secūda Curia, & cū sit interrogatio, seù liquidatio instrumēti, nam creditori competit defensio aduersus secundum instrumentum, quam facere non debet ex forma *Ritus*, debitore absente; & hoc si dicitur in instrumento æquè liquido, putes, quid dicendum sit in iudicio præuentionis pendente, & sie si in viridi, quid in arido, vt est in adagio.

145 Et facit pro voto in causa Marci Antonij de Natale, quia fuit admissus excusator, & procurator ad demonstrandam illiquiditatem instrumenti, apparentem ex eodem instrumento præsentato per creditorem, quia non potest creditor ipse impugnare instrumentum à se præsentatum, & hoc esse de rigore *Ritus*, dicit *Robertus ibid. num.* 27. quod puto verum, quia & hæc spectant ad officium Iudicis,

qui non prohibetur, quod ipse potest, vt & per alium, vel cum alio faciat, ad tradita in casu quo alicui aliquod permittitur, vt pro actu illo explendo possit & alios convocare, per quos actum expleat.

146 Erunt tamen duo notanda in hoc, quorum primum est, quòd si in iudicio liquidationis fuerit admissus Procurator ad opponendum de præuentione, processus non ob id irritabitur, sed valebit, ex not. per *Annibalem Troys. c. Ritu 269. num. 3.* & per *Nouar. in d. collect. 8. num. 9.* post *Bald. decis. 482.* & alios, quos citat *Troys.* qui dicunt, quòd in casibus, in quibus Procurator admitti non potest, si admissus fuit ad excipiendum pro parte citati, acta facta cum eo valent, quod & *dd.* notauerat *loco* cit. per *Troys.* cum *glo.* de quibus *ibidem*, quamuis *Bart. Bald. Angel.* & alij hoc intelligant verum, liquidato negotio, hoc est, si aduertatur, finita causa, secus si in via. & sic in medio litis, quod tamen Ego credo recipiendum in causis, in quibus vnicus actus fieret, & hic superesset, nam respectu actorũ præteritorum idem ius est, quod de negotio liquidato, tu tamen cogita, cùm casus accident.

Secundum, quod noto, est, quòd si Vniuersitas, vel particulares vltrà decem præuenissent aduersus instrumentum, in quo

147 vel insolidum, vel pro rata obligati sunt, & postmodùm citarentur super tenore instrumenti, quòd & Vniuersitas, & isti admitti deberent ad opponendam præuentionem per procuratorem specialitèr deputatum ad hoc, ex dictis per *Franciscum Antonium d. consider. 4. num. 11.* vbi dicit, nedùm admitti procuratorem cum speciali mandato ad excusandum citatum super tenore instrumenti, sed etiam ad defendendum Vniuersitatem, vel cita-

148 tos, si plures sint, quam decem, non obstante, quòd sit causa criminalis, ex *cap. Regni incip. Statuimus, vt quoties, in rub. quòd liceat spetialibus personis in criminalibus causis constituere Procuratorem, si in numero decem ad minus conuenian-tur*, & ex *cap. incip. Studio prosequentes, in rubr. quòd in causis criminalibus possit constitui procurator per plures, vltrà denarium numerum accusatos*, & ex *Constit. Regni*, quæ incipit *Generalia iura*, estque ratio, quia numerus denarius, seù decem, vt subdit *ibi Franciscus Antonius* facit Vniuersitatem, quæ non potest personalitèr comparere, cùm nõ habeat corpus, nam Vniuersitas est nomen iuris, & non personarum, quod & docuit *Innoc. in cap. grauem, in glos. in verbo Consiliarios, num. 1. extr. de sent. excom.* & post *Bald. Castr. Iaf. Gayll.* & alios *Nicolaus Losæus I.C. Taurinensis in tract. de iure Vniuers. par. 1. num. 8.*

149 Hinc dicit Idem *Franciscus Antonius ibidem*, quòd in Magna Curia Vicariæ fuit inuenta cautela ad euitandum comparitionem procuratoris ad defendendum in causa liquidationis instrumenti, quòd quando sunt obligati in vno instrumento insolidum, aut pro rata plures, quàm decem, expediuntur plures citationes, & in vnaquaque ipsarum describuntur nouem debitores ad plus, & non vltrà, vt talitèr citati omnes comparere debeant personalitèr, & non admittatur procurator ad defendendum, sed solùm ad excusandum, vt *suprà* dictum est.

150 Id, quod etiam in numero ipso decem statuunt *Capitula* supra relata, nè scrupulus emergat, quem agitant nostri de sententia M.C.V. quæ habet exequutionem infrà summam ducatorum 150. vti disponitur in *pragm. 3 num. 4. de offic. Sac. Reg. Consil.* (quamuis vsque ad summam ducatorum quincentum aureorum hoc alio rescripto fuisset quandoque extensum rescripto Serenissimi *Regis Philippi Secũdi in pragmat. 73. de offic. Sacri Consf.* sub *num. 3.* die 3 Septembris 1597, quod nunquàm fuit seruatum, nec sine Tribunalis huius, quod maximum est in Regno, dedecore, ac litigantium præiudicio) an procedat dispositio si sententia sit ducatorum 150. neque plus, neque minus, ex *decis. Præsid. de Franch. 703.* vbi *Viscont.* dicit, hoc conferre ad intelligentiam *Ritus M.C.V. 257.* per quem non datur appellatio à decreto duarum vnciarum ciuilitèr petitarum, & quòd ità ipse iudicauit, & obtinuit, *D. Reg. Rouit. in d. pragm. 3. nu. 11. Ricc. collect. decis. 162. in fine, D. Thor ver. sententia Magna Curia in 1. par. Compend. decis. fol.* mihi 498, *col. 1. in fine.*

SVMMARIVM.

151 *Index si opposita præuentione nihilominùs procedat in liquidatione instrumenti potest appellari, & debet appellationi deferri.*

Debet tunc desistere à procedẽdo, alioquin dare iustam causam appellandi, qui dixerint, ibid.

152 De-

152 *Debet tamen qui opposuit de præuentione appellare, aliàs processus esset validus.*

Iudex procedendo ad vlteriora videtur tacitè pronunciasse, ibid.

153 *Quid si Iudex mandet, procedi ad vlteriora, reseruata exceptione ad merita, & in fine litis?*

Præuentio est præiudicialis ad liquidationem, ibid.

Quarè eius exceptio non potest reseruari ad merita, ibid.

Exceptiones peremptoria cùm sunt liquida, & clara, Iudex super ijs tenetur pronunciare, præuia causa cognitione, quod si negligat, an grauet solummodò, vel etiam nulliter agat, ibid.

Præuentionis exceptio semper liquida est, & clara, cùm opponitur ad impediendam liquidationem, & quarè, ibid.

In eius admissione, vel reiectione an cadat interloquutoria, vel solùm decretum diffinitiuum, ibid.

154 *De emergenti præiudiciali, & de negotio principali simul tractari non potest.*

155 *Confusio, & inordinatio processus non potest reparari per appellationem.*

Sententia lata non deciso articulo præiudiciali existente in medio est nulla, & quando secus, ibid.

Iudex si habet articulum pro calumnioso, & non releuanti, vel cùm exceptio clara non est, & liquida, an teneatur decidere exceptionem, & articulum, ibid.

156 *Quid cùm præuentor aliqua ex causa impediatur allegare præuentionem?*

Contumax non allegat exceptionem præuentionis, ibid.

157 *Appellatio iniusta si recipiatur, an, & quando Inferior illi debeat deferre?*

158 *Præses Sacri Consilij cùm aditur, vt recipiat appellationem, non se intromittit in cognitione causa principalis, si iusta sit, vel iniusta, sed solùm, an sit appellabilis, vel secus.*

DVBIVM SEXTVM.

Iudex si opposita præuentione nihilominùs procedat ad ea, quæ incumbunt pro liquidatione instrumẽti, an ità grauet, vt appellari possit, & debeat appellationi deferri.

NON id quærimus hoc loco, quod resoluimus nu. 92. sed quid iuris sit, cùm reiecta est, aut non est admissa exceptio præuentionis, ea etenim non opposita, si possit dici, vel secùs de nullitate processus liquidationis, tetigimus *loc. cit.*

151 Et quidèm vtroquè in casu posse præuentorem appellare, apertè probat *Sigism. Scaccia de iudic lib. 1. cap. 12. num. 71. & in tract. de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 103. vers. exemplifica sextò,* quibus in locis scribit, desistere debere tunc Iudicem à procedendo, essequè alioqum iustã causam appellandi, docet ex *Ant. de Butr. in cap. cùm M. Ferrariensis, sub num. 59.*

152 *vers. primus, de constit.* & hoc citrà dubium ità cõstitui potest, vt moneri oporteat præuentorem, quòd si tunc non appellet, processus remanet validus, & ratio est, quia Iudex procedendo ad vlteriora, videtur tacitè pronunciasse, & ab hac tacita pronunciatione debet appellari, per ea, quæ ponit idem *Scaccia d. lib. 1. cap. 101. sub num. 17. & num. 18. & in tract. de appellat. q. 1. 2. nu. 84. & q. 17. limit. 6. membr. 7. nu. 47* quod & repetit in eod. *tract. de appell. q. 19. remed. 1. concl. 5. sub n. 55.*

153 Quòd si Iudex opposita exceptione præuentionis procedi mandet ad vlteriora, facta prouisione, quòd de exceptione præuentionis habeatur ea ratio, quæ de iure haberi debet in expeditione causæ, vel illa reseruetur ad merita, iuxtà diuersas censendi formulas, an & isto casu poterit appellari, videamus? & posse appellari ab ista pronunciatione, si oppositam exceptionem præuentionis Iudex reseruet in fine litis.

Probatur primùm, quia præuentio est præiudicialis ad liquidationem, vti deduximus hoc *tit. q. 1. num. 50.* & quãdo articulus tẽtatus est præiudicialis causæ principali, pendente dicto articulo est supersedẽdũ in causa principali, vt diximus *ibid. sub n. 49.* ex ijs. quos ibi retulimus, quibus nunc addo *Mastrill dec. 125. per tot. Mut. dec. 99. à n. 33. Giurb. dec. 33. n. 7. & dec. 36. nu. 14. Magon. decis. 37. n. 5. par. 2. Paulum Castr. ac Lancellot.* de quibus post *Giurb.* meminit *Castill. dec. 54. lib. 1.* antè *num. 7.* cùm ergo qui reseruat, & procedit interim ad vlteriora, grauet, si reseruat, appellatio omninò concedi debebit, ad *text. in cap. exhibita, de iudic. & in cap. ex parte, lo 2. de appellat.*

Item, quia quotiès exceptiones peremptoriæ sunt liquidæ, & claræ Iudex tenetur super ijs pronunciare, præuia causæ cognitione, *l. nam & posteà, D. de iur. iur. l. elegãtèr, §. si quis post, D. de condit. indeb.*

cum alijs apud *Marant. in prax. par. 5. gl. reseruatis, num. 42* ità quòd si aut non adhibita cognitione, quasi negligendo, & cōtemnendo legum istarum prouisionem, Iudex processerit ad vlteriora, processus erit nullus, vti *Marant.* credidit, ex notatis per *Castr. in l. fin. D. si cert pet.* cum alijs *ibi* citatis, aut grauat ad minus, si adhibita cognitione non pronunciat expresse super exceptione, sed procedat ad vlteriora, & hoc probat, quod asserimus ex *d. cap. exhibita, & cap. ex parte.*

Quòd verò exceptio præuentionis semper liquida sit, & certa, ad finem, vt vel admitti debeat, vel reijci præuia cognitione, iuxtà *d. l. nam & postea*, & simil. patet, vel quia de per se impedit semper liquidationem, & processum ad vlteriora, ex *Ritibus*, ità expressim disponentibus 168. *&* 189. vel quia mixturam facti non admittit, nisi in persona, & casu, aut tempore, quo, & per quam fiat, quod vel & iuris est, vel potest incontinenti videri, qui casus æquiparantur, eandemquè recipiunt determinationem in doctrina *Maranta loco* nupèr adducto.

Tertiò, quia vt & deducitur ex dictis in materia exceptionis præuentionis non videtur, posse cadere interloquutoria, sed admissio, vel reiectio exceptionis, quæ cōstabit ex actis, & in promptu, quapropter semper habebit decretum admissionis, vel reiectionis huius exceptionis vim diffinitiui, ità namquè diffiniet negotium, vt nihil omninò maneat, quod postmodùm tractari debeat quòad præuentionē.

154 Quartò, quia ità docet in puncto *Sigism. Scaccia d lib. 1. cap. 102. num. 2. & in d lim. 47. num. 97.* post *Abb. Pacian. Ruginell & Felin. locis* ab eo relatis, subdens *num. 98.* rationem esse, quia de emergenti præiudiciali, & de negotio principali simul tractari non potest, quia esset cōfun-
155 dere, & inordinate processum, quæ confusio, & inordinatio non potest reparari per appellationem à diffinitiua, ex *Bald. in auth. habita, num. 3. vers. quæro, nunquid, circa med. C. ne fil. pro patre*, & alijs, quos refert, & sequitur *Becc. cons. 31. sub num. 2.* addens, quæ pro hac ratione posuit eum iudicio in eod. *tract. de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 7. num. 113. restrict. 12.* quibus addo *Magon. d. decis. 37. num. 6 Marant. loc. cit. num. 42 & Castill. d. decis 54. nu. 1. & 7.* qui dicunt, quod & tetigimus sub *num. 153.* quòd scilicèt sententia, & actus, qui fiunt non decisa exceptione, aut articulo præiudiciali existente in medio, sententia, vel interloquutoria est nulla, & ad vitandam hanc nullitatem *Castill.* refert *num. 7.* practicam Regni Siciliæ, quæ mihi nullatenùs potest probari, dicit enim, solere apponi literam P. qua significatur impedimentum ex releuantia articuli, & si non apponitur lit. P. proceditur in causa principali, quia tunc Iudex non habet articulum pro releuante, sed pro calumnioso, & non apto impedire processum, hoc etenim neque iure cauetur, neque fundari potest in iure, nisi, vel cùm exceptio clara nō est, & liquida, quo in casu Iudex non tenetur pronunciare de necessitate, nisi voluerit, ex *l. 1. C de ord. iudic.* iuncta doctrina *Bart. in l fin. eo tit.* vel cùm pars patitur procedi ad vlteriora, aliàs enim, & in casu exceptionis liquidæ omninò debet Iudex expressè pronunciare, ex suprà dictis.

156 Erunt tamen hæc intelligenda respectu eorum, qui possunt opponere de præuentione, nam si aliquo modo impediātur, prædicta non procedent, & indè ratio haberi debebit de scriptis à Nostris in hoc, nam & contumacem non posse allegare præuentionis exceptionem, cùm notat *Scacc. d q. 17 lim. 47. memb. 3. nu. 9. in fine*, ex causis *ibi* discussis, quod & nos docuimus *cap. 1. num. 43.* post alios *ibi* citatos, quibus addo *Pandum de præsent. instr. par. 4. declar. 19. num. 112.* vbi alios citat, & eo relato *Galter. in prax. instr. verb fuerit ab eo præuentus, sub nu. 9. vers. ex prædictis etiam, & Camill. Borrell. in summa decis. tom. 1. tit. de contum. n. 71.* absurdum esset dicere, hunc posse appellare, & appellationem esse recipiendam, si reijciatur exceptio, eaquè non obstante Iudex procedat ad ea, quæ incumbunt, præsertim ex traditis a *Castill. d. decis. 54. nu. 3.* vbi docet, quòd quotiès articulus est notoriè cauillosus, vt ipse loquitur, Iudex non tenetur decidere, sed potest procedere eo nōn obstante, etiam si adsit protestatio, quod in omni casu simili recipiendum est, ex doctrina *Innoc. ibi* relata.

157 Sed hinc insurgit quæstio, Iudex in casu, quo non tenetur decidere, & potest procedere, procedit, sed Superior admittit appellationem, an tunc deferri debebit appellationi, & supersedere in liquidatione instrumenti, & exequutioni illius? & puto, omnes Iudices facere debere, quod boni Iudices faciunt, qui supersederi mādant, quousquè, aut ordo reuocetur, aut

deci-

decidatur articulus corã Iudice ad quem,
158 sicuti enim non debet appellationis receptor iustitiam, vel iniustitiam negotij examinare, cùm aditur, sed tantummodò an causa sit appellabilis, ità Iudex à quo non debet videre, an causa sit appellabilis, vel nè, cum recepta est à Superiore appellatio, non etenim eius erit iudicare, an Præses Sacri Consilij, verbi gratia, iustè admiserit, vel iniustè appellationem, spectat etenim ad Iudicem ad quem examen exceptionis, quòd fuit appellatum in casu à iure prohibito, vt inquit *Abb. cons.* 14. incip. *indiuiduę, col. 2. vers. sed his non obstãtibus, lib.* 1. vbi scribit, quòd Iudex à quo debet exceptionem istam ante omnia discutere, & super ea pronunciare tacitè, vel expresè, sed parere debebit inhibenti Iudex à quo, & in alio non se intromittere, & ità vidi practicatum in dies, tàm in M. C. V. quàm in Sacro Consilio, quibus in Tribunalibus præsens est Superior, & potest de facili adiri, exemplo eorum, quæ scribunt Doctores in rescripto subreptitiè obtempto, aut per obreptionem, adhibita distinctione, cùm rescribens præsens est, aut abest, ità vt de facili possit, vel non possit adiri.

SVMMARIVM.

1 *Pendente iudicio præuentionis an impediri debeat exactio tertiarum, & interesse, & nu. 7. 17. 19. 21. 22. 26. nu. 35. & n. 152.*

2 *Omissum in statutis,* Ritibus, *& in omni dispositione habetur pro omisso.*

3 Ritus *in Regno constituunt ius municipale, & debent intelligi propriè.*

Comparantur statuto, ibid.

Ius municipale non extenditur, & propriè debet intelligi, ibid.

Statutum dicitur lex municipalis, & quod dicitur de vno, dicitur de alio, ibid.

4 *Quod lex non dicit, nequè nos dicere debemus.*

5 *Iudex, coràm quo petitum est capitale, & interesse, si pronunciat super capitali, non facta mentione de interesse, censetur absoluere super omisso.*

6 *Restitutio in integrum concessa super sorte, non extenditur ad vsuras, & ad accessoria, ac fructus.*

Quamuis vsuræ inde sequutę posteà essent, aut existerent tempore restitutionis concessæ, ibid.

8 *Beneficia* C*ardinalium si fuerint exempta ab impositione capitalis dùmtaxat, non facta mentione de vsuris posteà sequuturis, exemptio non extenditur ad vsuras, & interesse posteà sequutas.*

9 *Vsurarum stipulatio non perimitur, quia mouetur iudicium, & num. 153.*

Vsuræ an currant, & peti possint pendente iudicio super nullitate contractus, & lite super sorte, ibid.

Quid si allegetur furiosus is, qui redditus annuos constituit, ibid.

Pendente iudicio super nullitate contractus concessionis in emphyteusim, instrumentum an debeat exequutioni demandari pro censibus ad instantiam petentis rescissionem, ibid. & n. 143.

10 *Obligatus transactione ad soluendum, vel alio modo, si petat rescissionem contractus, pendente lite, soluit vsuras.*

11 *Pendente iudicio simulationis contractus, interim stari debet instrumento, præsertim facta præuentione, num. 66.*

12 *Vsurarum petitio an prohibeatur pendente causa nullitatis, cùm adest iuramentum in instrumento.*

13 *Pendente iudicio præuentionis an exigi tertia possint, si creditor præuentus sit in possessione, vel quasi illas exigendi, relatis decisionibus affirmatiuis.*

Accusatus de falso interim non debet durare in officio, ibid.

Exceptio nullitatis citationis ad dicendum causam, quarè exequi non debeat instrumentum pro censibus decursis, an proponi possit ad impediendam possessionem, vel quasi in exigendo census, ibid.

14 *Interdictum retinendæ competit, si quis turbatur in possessione, vel quasi exigendi.*

15 *Denegans solutionem pensionis, vel fictorum, quam consueuerat præstare annis præteritis, connumerari debet inter fures.*

16 *Solutio facta vigore alicuius instrumenti, operatur, vt similes retardari nequeant sub prætextu nullitatis eiusdem instrumenti.*

17 *Interesse petitur eadem actione, & iudicio, ac via exequutiua, qua sors ex clausulis instrumẽti, vnà* cum omnibus, &c.

Sed pro eo non liquidatur instrumentum, estquè agendum via ordinaria, ibid.

Defensio competit aduersus moram, ibid.

18 *Instrumentum est cautio continens debitum, per quam quis se reddit cautum, atquè securum super probatione crediti sui.*

19 *Instrumenti veritas, atquè validitas cùm vocatur in controuersiam, desinit res esse clara, & liquida*

Liquiditas instrumenti requiritur de substantia, vt sit exequibile, ibid.

20 *Formula recensetur. qua Romani se abstinebant à iudicando, cùm res non omninò pateret.*

Lites vindiciarum in quo versabantur, ibid.

Consultus *dùm lis est, an ego debeam, hoc incerto, non permittit, vt à me exigatur, ibid.*

Exequutionem ad remorandam nihil refert, an certum sit, non deberi, an incertũ deberi, ibid.

21 *Solutio vsurarum, argumentum est debiti sortis.*

Iudicis ex vsu, & officio non est, causam, rimquè de qua cognoscit, interloquutionibus suis ità exprimere, vt anteà sententia tempus notionem fecisse videatur, ibid.

22 *Interusuria contractus bullaris habent eandem prælationem, & anterioritatem cum sorte, & qua de causa.*

23 *Dispensatio operatur etiam in his, sine quibus dispensatio nullum sortiretur effectum.*

24 *Prauentio nullum sortitur effectum, nisi eius iudicio pendente prohibeatur exactio tertiarum, & quarè.*

Sors *est demortua, & irrepetibilis, facta venditione annuorum introituum, ibid.*

Tunc tertia debentur principalitèr, & de per se, & succedunt loco sortis, ibid.

D. Cæsar Aldersius *laudatur, eiusq; officia recensentur, ibid.*

25 *Pactum, quòd ob non solutionẽ tertiarũ, facta illarum venditione, possit sors repeti, est validum.*

26 *Exequutio obligationis Cameralis impeditur propter nullitatem, siuè illa sit in contractu, & obligatione, siuè in instrumento.*

An tamen de ea constare debeat incontinenti? ibid.

27 Ritus *loquentes de prauentione sunt largè interpretandi, & quarè.*

Instrumenta, attento iure communi non habent exequutionem paratam, sed eo attento est procedendum ordinariè, ibid.

Statuta concedentia instrumentis paratã exequutionem sunt strictè intelligenda, ibid.

28 Ritus *loquentes de instrumentis disponunt tàm de sorte, quàm de vsuris in instrumento contentis.*

29 *Sortis, & vsurarum vnicum, & connexum est debitum, & num. 32.*

Vsuræ oriuntur, et emergunt ex ipsa sorte, eamq; augent, ibid.

Creditor nõ tenetur recipere sortem absq; vsuris, ibid.

Sors producit vsuras, et fructus, ÿq; an conuentionales sint, ciuiles, vel industriales, ibid.

30 *Qui habet iurisdictionem limitatam, cognoscit etiam de emergentibus, & interesse.*

31 *Sententia continens condemnationem ad interesse, non deducta in libello nisi sorte, an sit nulla, & quibus ex clausulis saluari possit, vel requiratur nouum iudicium pro interesse.*

32 D. Antonius Miroballus Regius Consiliarius *laudatur.*

33 *Fœnus vndè dictum sit? Fœtus est in fructu pecudum, ibid. Fœtus gregem auget, non constituit nouum gregem, ibid.*

Vsuræ fructus pecuniæ sunt, & debitum augent, non constituunt nouam debiti speciem, ibid.

34 *Sors, & tertiæ quomodò considerentur, & stent simul, vt vnum, vel tertiæ considerentur vt sequela, accessorium, vel additamentum.*

An debeant vno, vel diuerso iure censiri, ibid.

Additamentum eadem actione repetitur, qua dos, ibid.

Dispositum de principali, est quoq; dispositum de sequela, ibid.

Sequela cum principali stat, vt vnum, ibid.

36 *Connexorũ idem est iudicium. Quod disponitur in vno ex connexis disponitur & in alio, ibid.*

Qui prauenit in principali, prauenit etiã in accessorio, ibid.

Accessorium sequitur naturam sui principalis, ibid.

Principali sublato, cætera quoq; cessant, quæ accedunt, ibid.

Vsuræ censentur legatæ, sorte legata, ibid.

Pactum appositum super sorte extenditur ad vsuras, ibid.

37 *Interesse, & tertiæ veniunt appellatione sortis.*

Continentur sub dispositione sortis, ibid.

Hypotheca pro sorte etiam in obligationi-

bus

bus cameralibus, quamuis aliquid non exprimatur de interesse, debet, & potest ad illud extendi.

38 *Dispositum de sorte decidit casum tertiarum, & interesse cuiuscunque generis personarum.*

39 *Res obligata pro sorte censetur obligata etiam pro vsuris.*

Res aliena obligata cum consensu Domini pro sorte censetur etiam obligata pro vsuris, nisi tamen obligatio sit concepta per verba taxatiua, ibid.

40 *Assensus pro sorte an operetur quoad interesse. An in hoc differat cōtractus stricti iuris à contractibus bonæ fidei. ibid.*

An operetur etiam quoad interesse tertiarum, ibid.

Quid si in cōtractu adsit clausula, pro quibus omnibus obseruandis Partes ipsæ obligauerunt, &c. *vel* cum omnibus damnis, expensis, & interesse, *ibid.*

41 *Assensus, & restitutio in integrum est gratia, & conceditur de iure speciali.*

In ijs extincto principali potest durare accessorium, & quarè, ibid.

41 *Feuda non sunt in communi commercio sine licentia Principis.*

42 Rituum *ius est commune in Regno, & quarè.*

Ritus *est practica confirmata à Curia, ibid.*

43 *Arbiter, & Arbitrator possunt cognoscere de fructibus, & expensis, quamuis de illis non agatur in compromisso.*

Fructus, & expensa veniunt in consequentiam in compromisso, ibid.

Optimi *hominum in dicendo breuissimi stil, ibid.*

QVÆSTIO IV.

Pendente iudicio præuentionis an saltem pro tertijs, & interusurio exequi possit instrumentum, tertiaque currant, aut interesse aliquod debeatur pro tempore, quo mota, absoluitur causa præuentionis.

1 EXpeditus ab ampliationibus *Carauit.* iure veluti postliminij redeo ad impedimenta in exigendo propter præuentionem, & cùm egerimus vsquè huc de conueniendo, eogendoue, aut secùs præuentore, donec durat iudicium præuentionis, congruum est, vt nunc scribamus, quomodò interim de tertijs sētimus, & de interesse, quando de ijs non sentiant Nostri vniformiter eum eo, quod scriptum de sorte relinquerunt Antiqui, estque in materia, quod non explicatur ex scriptis indistinctè in *quæst. 1.* hoc tit.

Et videtur non ita sentiendum de tertijs, aut currentibus, dum durat iudicium præuentionis aut decursis, antequàm illud institueretur, prout relatū est *loco* cit. de sorte, & vt dicimus de capitali

2 Primò, quia *Ritus* de præuentione loquentes, nec verbum quidem habent de tertijs, & regula est in statutis, quorum sub censura *Ritus* censeri debent, & iudicari, omissum haberi pro omisso, vulg. *l. quicquid adstringendæ, D. de verb. oblig. l. si extraneus, D de condict. ob caus. l. si cū dotem, in princ D. sol. matrim.* id, quod ampliandum in omni dispositione docēt *Anchar. conf. 120. in princ. & conf. 245. num 5. & Cardinalis Tuschus lit. O. concl. 116. num. 56.*

3 Probatur assumpti pars prior, quia *Ritus* in Regno constituunt ius municipale, quod it: statuto comparari, dixit *Floridus Mausonius lib. 1. de caus. exequut. ampliat. 29. nu. 76.* & in *Opusc. de contraband. q. 8. num. 2.* vt nec extendi debeat, ex *tex. in l 3. vers. quid tamen, si lex municipij, D. de sepulchr. violato*, vt meritò dixerit *Dyn. in l. 1, D. de verb. signif.* quem sequitur *Signorol. conf. 144. nu. 2. & Becc. conf. 76. num. 9.* intra municipalia esse propriè intelligenda, quod in specie de *Ritibus* illis probauimus *cap. 1 q. 5. num. 6.* nam & statutum dici legem municipalem, & dici de vno, quod dicitur de alio, subdit *Becc. d. num. 9.* & eo relato *Iacob. Cancer. variar. par. 2. cap. 1. sub num. 167.*

4 Et quòd debuerit expressa mentio fieri de interesse in *Ritu*, vt indè concludi potuisset pro præuentore, probatur, vltrà brocardicum, quod lex non dicit, nequè nos dicere debemus, *l. illam*, vbi *DD. C. de collat.* cum simil. quia si Iudex, coràm quo petitum est capitale, & interesse, pronunciat super capitali, non facta mentione de interesse, censetur absoluere super omisso, vt scribit *Aym. Grau. conf. 320. Bertach. in verbo Iudicis potestas, vers. 216. & 272. & Cardin. Tusch. d. conclus. 116. num. 100.*

5

6 Videturquè probari expressiùs ex *l. vlt. §. Lucius Titius, D. de condict. sine causa*, vbi *Sceuola* respondit, restitutionem in integrum concessam super sorte, non extendi ad vsuras, quod verum esse in dubio,

bio, deducit ex eo *text. Roderic. de ann.*
reddit. lib. 3. cap. 9. num. 8. & de restitu-
tione in integrum obtempra super prin-
cipali, quòd non porrigatur ad accessoria,
notat post *Roman. sing.* 543. & alios mul-
tos, quos citant *Bal.* qui dicit, hunc *text.*
ad hoc esse singularem *in l. fin. C. quando*
prouoc. non est necesse, *Sfortia Oddus de*
restit. in integr. par 1 *q.* 45. *num.* 6. &
Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud. q. 20. nu. 9.
talemq; restitutionem non extendi ad
fructus, per hunc *tex.* dicit *Socin. in l. mul-*
cta, num. 1. D. de condit. & demonstr. &
Abb. Panormit cons. 35. num. 1. par. 1. vbi
consuluit, quòd restitutio in integrum
concessa respectu capitalis, non extendi-
tur ad vsuras indè sequutas, quamuis exi-
sterent tempore restitutionis concessæ.
7 Qua ex traditione videtur inferendum,
quòd præuentio non impedit exequutio-
nem, etiam pro tertijs decursis, tempore,
quo mouetur quæstio nullitatis contra-
ctus, quod & probari videtur ex *l. 1. C. de*
iudic. & ex traditis per *Abb. loc.* cit. cùm
8 firmat, quòd si beneficia Cardinalium
fuerint exempta ab impositione capitalis
dùmtaxat, nullaq; tunc proponatur men-
tio facta de vsuris posteà sequuturis, quòd
propterea exemptio non debebit exten-
di ad interesse, & vsuras posteà sequutas,
ductus argumento, quia cùm ex separatis
non fiat illatio, *cap. 2. de translat. Prælat.*
l. neq; natales, C. de probat. nullatenus in-
ferri posse videretur ad tertias, & interes-
se, cùm de capitali, & sorte aliquid dicatur
tantummodò, quasi quòd vsuræ sint sepa-
ratæ à prima impositione respectu capi-
talis.
9 Secundò, ex *d. l. 1. C. de iudic.* ex qua
probatur, quòd non ideò, quia mouetur
iudicium, perimitur stipulatio vsurarum,
& exindè, quòd pendente iudicio super
nullitate contractus, & lite super sorte,
currant, & peti possint vsuræ, notat *Ma-*
strill. decis. 95. num. 8. vtrumq; enim dicit
in eo corpore *decisionis, & summario* il-
lius numeri, & ad vtrumq; allegatur à no-
stris locus iste *Mastrilli*, quod idem vo-
luisse *Bald. in d. l. 1.* dicit *Aloys. de Leo*
ibid. num. 1. Estq; ad id insignis *decisio*
Præsidis nostri *de Franch.* 373. in qua
refert decisum per Sacrum Consilium,
quòd lite pendente super nullitate con-
tractus concessionis in emphiteusim, in-
strumentum debebat exequutioni demã-
dari pro censibus ad instantiam petentis
rescissionem, & magis in specie stringunt
decisiones, quas ex *Rebuffo* retulimus hoc
tit. q. 1. sub num. 27. continentes, quòd
contra petentem rescindi contractum
fuerat decisum, vt teneretur interim ob-
seruare contractum, & sic soluere iuxtà
instrumentum, dicitq; *Rebuff. tom. 1. ad*
Constit. Franciæ, in tract. de sent. prouis.
in præfat. num. 132. quem sequitur *Aze-*
uedus in l. 1. num. 144. tit. 21. lib. 4. recopil.
& alij, de quibus infra *num. 99. in 2. dub.*
ita fuisse practicatum illo in Senatu die
3. *Iulij* 1513. & quotidiè sic fieri, quinim-
mò & hunc esse stylum Parlamenti, scri-
bit *tom. 2. in tract. de rescis. contract. art.*
vnic. glos. 4. nu. 7. vt pendente contractus
rescissione cogatur reus soluere id, quod
est deductum in contractum, & ita fuisse
pronunciatum, præsertim die 15. Maij
1515. qua fuit condemnatus petens re-
scissionem contractus ad continuandum,
& soluendum redditus, lite pendente, licèt
allegaretur furiosus is, qui redditus con-
stituerat, sed quòd cautio dari deberet à
recipiente, repetens ad hoc decisionem,
quam retulerat *in tract. de sent. prouis. lo-*
co tamen minimè relato.
10 Hinc, transactione si quis est obligatus
ad soluendum, vel alio modo, quòd petens
rescissionem contractus, pendente eadem
causa rescissionis debeat condemnari sal-
tem per viam prouisionis, inquit ex *Re-*
buffo Camillus Borrellus in summ. decis.
tom. 2. tit. 19. de instrum. liquidat. n. 114.
11 Et quòd pendente iudicio simulatio-
nis stari interim debeat instrumento, no-
tant *Iacob. Thoming. dec. 35. num. 28. & in*
fin. & post *Intrigl.* & multas *Rota Romana*
decisiones Cenc. de Censibus, q. 95. nu. 44.
in vltima impressione Taurinensi.
12 Videturq; ità concludendum, vt præ-
uentor aliquid deferat iuramento, nam
cùm adest iuramentum in instrumento,
quòd pendente causa nullitatis non pro-
hibeatur petitio vsurarum, scribit ex *Sa-*
lic. in rubr. de vsur. & Herculano in tract.
de attent. cap. 30. num. 171. *Vinc. Caroc. in*
tract. de except. except. 47. sub nu. 85. vers.
& pendente causa super nullitate.
13 Maximèq; procedent, quæ suprà dicta
sunt, si præuentus sit in possessione exigẽ-
di annuos introitus, dari etenim manutẽ-
tionem existenti in possessione, vel quasi
exigendi annuas præstationes, inquit *D.*
Episcopus Maranta post alios, quos citat
respons. 63. par. 3. & nos infrà latè videmi-
nus, contenti pro nunc referre, iuxtà hæc
fuisse iudicatum per Magn. Cur. Vicariæ
refe-

referente *D. Tassono*, sub die 16. Ianuarij 1633. in causa inter Catharinam Bergottinam, & Victoriam eius sororem, cùm etenim per plures annos Catharina obligata cum Bartholomeo, & Notario Francisco fratribus correspondisset de annuis ducatis quatraginta ad beneficium Victoriæ, vigore capitulorum matrimonialium, quæ, posteà dicebat Franciscus, esse falsa, quia Notarius Franciscus Antonius Caluanese, qui tenuerat acta Notarij Marci Antonij de Viuo, fuerat condemnatus ad Regias triremes, ob multas falsitates cómissas in dictis actis, & exindè peteretur exhibitio prothocolli originalis, fortasse ex ratione *tex. in l. reus delatus, D. de muner. & bonor.* per quem *text.* inquit *Boer. decis.* 150. *num.* 15. quòd accusatus de falso interim non debet durare in officio, quod sequitur quoq; *Azeued. in l. 2. sub nu. 9. tit. 7. lib. 3. recopilat.* oppositis non obstantibus fuit ordinatum, quòd dicta Catharina, & Doctor Iacobus Anellus Russomandus coniuges soluerent annatas decursas, aliàs prouidebitur, vt ex decreto, cuius copia est præsentata in processu Magnifici V.I.D. Ioannis Angeli Russomādi, cum dicta Catharina, in banca Ioannis Antonij de Licto Actorum Magistri Sacri Consilij, *fol.* 141. *à ter.* & supplicatione, in qua prædicta obiecta leguntur, *fol.* 140. *& seq.* & decretum fuit confirmatum per Sacrum Consilium, ad quod fuit appellatum, vt est videre in banca Figliolæ, similitèr Actorū Magistri S.C. vbi processus M.C.V. fuit transmissus inter Notariū Franciscum Bergottinum, cum dicta Catharina.

Quod iterùm fuit iudicatum, tàm per Magnam Curiam, quàm per Sacrum Consilium in causa Hieronimæ, & Elionoræ Sgambato cum Reuerendo D. Francisco Antonio, & Anello fratribus de Sgambato, cùm etenim instituisset Hieronima, quòd sibi cassaretur instrumentum, stante pacto de non petendo summam in instrumento cōtentā respectu portionis Hieronimæ, in quo tandèm obtinuit, me patrocinante, sub die 20. Decemb. 1638. referēte *D. Francisco Antonio Muscettula* Regio Consil. ingeniosissimo, ac de praxi omnigena nō mediocritèr benemerito, pendente iudicio Anellus fuit conseruatus primo loco per Magnam Curiam Vicariæ in possessione, seù quasi exigendi tertias, & posmodùm per Sacrum Consilium decreto tunc Consiliarij *D. Didaci de Soria* domi lato, sub die 15. Decemb. 1636. præstita tamen cautione de illas restituēdo ad omnem ordinem, vt ex processu pœnès acta Sacri Consilij inter dictum D. Franciscum Antonium cum Fabritio de Iuliano in banca Io. Antonij de Licto.

Et anteà ità quoq; fuit iudicatum per Sacrum Consilium ad relationē eiusdem Magnæ Curiæ, opposita exceptione nullitatis citationis ad dicendum causam, quarè exequi non deberet pro censibus decursis contra hæredes debitoris, vt refert *D. Carolus Regens de Tapia in pragm. 2. de censibus, num. 138. lib. 4. recopil. iuris Regni*, & ex eo *D. Thorus in Compend. decis. Regni tom. 1. ver. exceptio nullitatis, fol.* mihi 188. *col. 1. in fin.* vbi scribit, fuisse in Sacro Consilio ad relationem M.C.V. inter votandum habitum pro vero, nullitatem prædictam non posse opponi, quando creditor reperiretur in possessione exigendi, & ità fuisse conclusum.

14 Competere namq; interdictum retinēdæ, quandocunq; quis turbetur in quasi possessione exigendi, docuit *Bart. in l. 1. §. vlt. num. 18. D. vti possid. & in l. vnica, §. 1. num. 3. C. eod. tit. Alex. cons. 92. nu. 4. vol. 1. Couarr. pract. q. 17. num. 3.*

15 Quinimmò, quòd denegās solutionem pensionis, vel fictorum, quam præteritis annis præstare consueuerat, connumerari debeat inter fures, inquit *Crau. cons.* 107. *Io. Cephal. cons. 289. n. 22. lib. 2. Rol. à Valle cons. 6. num. 37. lib. 2.* vbi alios citat, probatq; conclusionem *tex. in l. si quis conductioni, C. locati*, vt aduertit *Rol. ibi.*

16 Et quòd solutio facta vigore alicuius instrumenti operetur, vt similes retardari nequeant, sub prætextu nullitatis eiusdem instrumenti, scribunt *Mantua cons. 6. per tot. Crau. cons. 158. num. 1. & cons.* 274 pro quo & scripta nostra citantur *in q. 1.* hoc *tit. sub num.* 109. in vltimis verbis.

Hæc sunt, quæ probant, præuentorem posse, & debere cogi pro obseruantia contractus, etiam dùm pendet iudicium præuentionis.

17 Verùm his, & similibus non obstantibus, credo ego, cōtrarium esse verius pro eo, quod attinet ad articulum generalem de interesse; namq; de quo expressè, etiam in summa conuentum non est, nulla potest probabilis esse dubitatio, quamuis illud peti posse eadem actione, & iudicio, ac via exequutiua, prætendant ex clausulis in instrumento apponi consuetis, *vnà cum omnibus damnis, expensis, & interesse, Milan. decis. 14. num. 91. lib. 1. Amat.*

resol.43. in fine, & alij, de quibus *D.Octa-*
uius Caracciolus in allegat. insertis post
decis.Sicil.24.num.19. cum namq; illiqui-
dum sit interesse, quamuis verbis, vt suprà
clausulatum, & sententia indigeat, non
credimus, posse in iudicio liquidationis
venire, ad quod impediendum vtimur re-
medio præuentionis, ex consideratis præ-
cæteris à *Pando de præsent. instrum. p.3.*
declar.21.n.66. & *D.Theodoro*, qui *alleg.5.*
sub num.7. notat, quod non potest liqui-
dari instrumentum pro interesse, sed quod
pro eo agendum erit via ordinaria, quia,
vt subdit *ibid sub num. 30. circa finem*,
interesse, quamuis liquidatum, distinctū,
& certum, requirit distinctam petitionem,
& condemnationem ex mora, aduersus
quam competit quoq; defensio, vt & *Affl.*
vidit *decis 20.*

Moueor, quia *Ritus* de præuentione
loquentes indistinctè de instrumēto scri-
pti sunt, prohibentes creditori vsum in-
strumenti, & Iudici, ne de illo cognoscat,
donec finiatur causa præuentionis, &, vt
dicit *Ritus*, ruptura ipsius instrumenti, vt
vidimus *in quæstionibus* præcedentibus,
& cùm loquuntur de instrumento, dispo-
nunt de debito, quod cōtinetur in instru-
18 mento, non etenim aliud est instrumentū,
quàm cautio continens debitum, per quā
quis se reddit cautum, atq; securum super
probatione crediti sui, vt *Ang.* notat *cons.*
49. circa finem, vers. item instrumentum,
& eo relato *Tusch. lit. I conclus. 235 nu.7.*
& concl. 236. num. 14. vt indè quicquid
continetur in instrumento, dormiat pro
tempore, quo vertitur, ac pēdet iudicium
præuentionis, siue de tertijs, & interesse
cautum sit in instrumento, siue de sorte
tantummodò.
19 Secundò, quia, vt aduertimus hoc *tit.*
q.1. à num.73. cùm vocatur in controuer-
siam instrumenti veritas, atq; validitas, &
ei aliquid obijcitur, res desinit esse clara,
ea claritate, qua negotium liquidò con-
stet, sitq; propterea exequibile, quòd re-
quiri ad substantiam præsentationis in-
strumenti, eiusq; liquidationis, diximus
20 *quæst.* præced. *sub num 95* & hac ratione
tantùm abest, vt possit decerni, quòd præ-
uentor soluat, vt potiùs debeat iurari, non
liquere, formula, qua Romani abstinebant
à iudicando, cùm res non omninò pate-
ret, cuius rei testimonium est *in l.13. §. vlt*
D. de arbit. in l. 36. D. de re iud. & apud *Gell.*
lib. 14 noct. attic. cap. 2. quo loci se ita pra-
cticasse refert circa *finem*, meminitq; de
form: la ista *Brisson lib.5 formul. & de*
verb. signif. lib.10. verb. liquere, *Petr. Ae-*
rod. lib 7. rer. iudicat. tit. 9. de forma, & or-
dine perduell cap. 13 in fin. Ascon. in diui-
nat. Senec. epist. 66. & Quintil declam.
365. esseq; hunc morem apud Romanos
hac formula se abstinendi, quotiès lateret
res, ità vt rectè dubitare deberent, adie-
ctis, emmissisq; in vrna, qua sententię col-
ligebantur punctatis scœdæ literis N & L.
tradimus alibi ex *Ascon. loc.* cit. de quo
meminit quoq; *Bernardin Pand. in tract.*
de præsent. instrum. par 3. declar. 21. n. 64
& ex alijs quamplurimis, liquet quod iam
idoneè dijudicari potest; Nō liquet, quòd
causa iam cognita, & peruenta ad conclu-
sionem, iustitiam non habet compertam,
est autem mos iste, quo dicitur à Iure
Cōsultis *non liquere* à vetustate sumptus,
l Pomponius D. de re iudic. l idem Pompo-
nius, D. de arbitr ità *Iacobus Spiegel. in*
lexico, verbo liquet, nec est qui non
videat, quæstionem, cùm pendet iudicium
præuentionis, pertinere magis ad vindi
cias, hoc est constituere litem vindiciarū,
quæ, vt ex *Asconio* notat *Brisson. lib 5. de*
formul fol 447 exq; *Asconio*, & alijs *Schar-*
dius in lexico, verbo lis dicitur, cùm liti-
gatur ea de re apud Prætorem, cuius in-
certum est, quis debeat esse possessor, &
magis ad licium *Aristotelis*, quam ad Cō-
sults iudicium, qui dùm lis est, vtrùm ego
debeam quicquam, hoc incerto non per-
mittit, vt à me exigatur, eò, quòd putat, ni-
hil referre ad remorandam exequutio-
nem, an certum sit, non deberi, an incertū
deberi, in *l. qui promisit* 48 & in *l. sufficit*
5 D. de condict. indeb. cum alijs, quæ po-
suimus *loco* cit. *num.74.*
21 Tertiò, quia ex decreto, quòd soluat
præuentor tertias, aut alterius speciei in-
terusurium, fieret præiudicium causæ præ-
uentionis, vt probat Theorica *Cuiac.* qui in
lib. 29. quæstionum Papin. ad l. cùm de in
rē verso, D. de vsur. to. 4. col. mihi *661. lit. D.*
scribit, solutionem vsurarum argumētum
esse debiti sortis, cùm tamen ex vsu & of-
ficio Iudicis non sit rem, causamq; de qua
cognoscit, interloquutionibus suis ità ex-
primere, consignareq; vt anteà sententiæ
tempus ex eis, quæ apud eum in præsens
confusè, varièq; dicuntur, perindè quoq;
in loco, ac tēpore mouetur, signa, & indi-
cia faciat motus, atq; sensus sui, vt *Fauori-*
nus Philosophus docet apud *Gell d. cap. 2.*
ex quo scribit *Gellius ibi*, quòd qui seda-
tiores, & grauiores putantur, negant, Iudi-

cem

cem debere antè sententiàm, dùm causa vtrinq; agitatur, quotiès aliqua re proposita, motus est, totiès significare, quid sentiat, euenturum etenim aiunt, vt quia pro varietate propositionum, argumentorũq; alius, atq; alius motus animi patiendus est, alitèr, atq, alitèr eadem in causa, eodem in tempore sentire, & interloqui videatur.

22 Quartò, quia si præuentio impediret liquidationem instrumenti pro sorte, & capitali, non autem pro tertijs, & interesse cõuento in casibus à iure permissis, ad nihilum præuentio deseruiret, essetq; præuẽtionis remedium futile, & inane esset eius adinuentum, argum. traditorum à *Castillo*, qui agens in *decis. Siciliæ* 17. *lib*. 1. an interusuria contractus bullaris haberent eandem naturã circa prælationem, quam habet sors, dicit *num*.45. quòd quia capitale non est repetibile, & ideò annui redditus succedunt loco capitalis, maxima cum ratione statutum est, quòd habeant eandem anterioritatem, nàm si anterioritas esset tantùm respectu capitalis, qnia illud non est repetibile, ad nihilum deseruiret talis anterioritas.

23 Probatq; assumptum istud *Freccia d. q.* 20. *sub num.9. in addit.* incip. *operatur dispensatio*, vbi etiam in materia dispensationis dicir, eam quoq; operari in ijs, sine quibus nullum sortiretur effectum, ex *l. si stipulatus fuerim, D. de verb. oblig.* & *cap. si postquàm, de elect. in 6.*

24 Quòd autem præuentio nullum sortiretur effectum, si prodesset solummodò pro capitali, patet, quia cùm interesse altero ex duobus modis deberi consueuerit, vel venditis annuis introitibus, vel pro tempore, quo data est dilatio quòad sortem, & vtroq; in casu, cùm locus est petitioni annuatum præstationum, vel interesse conuenti, non sit locus repetitioni sortis (excepto casu rescissionis contractus, in qno non potest cadere quæstio præsens) & qui præuenit non sit debitor sortis, quia sors dicitur demortua, & debitum solùm est tertiarum, adeò qnòd ipsæ tertiæ debètur principalitèr, & de per se, & propterea pariunt interesse, quod dicitur interesse tertiarum, quia ipsæ dicuntur verè sors, & succedunt in locum sortis irrepetibilis, vti ex *Alber. in l. iubemus, sub num.* 3. *C. de sacros. Eccles.* & *Oldr. cons.* 207. scribunt *Dec. cons.* 123. *D. Cæsar Alderisius* ex Patria mea Aduocatus insignis, & exindè Regius Consiliarius, sacriq; Collegij Doctorum Vicecancellarius, ac demùm Proregens Regiam Cancellariam, & vigilantissimus Annonæ huius Fidelissimæ Ciuitatis Præfectus in *allegat.* quas inseruit *Reg. Tapia tom.4. iurii Regni ad pragm.* 2. *de censib. num.* 1 *fol.* 12. *Vinc. de Franch. decis.* 254. *num.* 17. *Anna* pater *singul.* 261. *Anna* filius *cons.* 48. *num.* 18. *Castill.* citata *decis.* 17. *num* 44. *& decis.* 29. *nu* 6. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 291. *num.* 6. *Milanens. decis.* 8. *num.* 351. *cum seq lib.* 1. incertus *Author in tract. de censibus* apud *Petr. de Gregor. num.* 1. *D. Octauius Caracciolus in alleg.* post *dec.* 24. *num.* 15. nota. q; *D. Theodor. alleg.* 5. *num.* 4. qui & hoc colligi scribit ex theorica *Anchar. in reg. accessoriũ, col* 3. *vers. sed hic, de reg iur in* 6. *& Socin. cons* 41. *num.* 7. *vers. si ergo, vol.* 4. præuen-
25 tio ad nihilum deseruiet, si non deseruit ad impediendam exactionem tertiarum, quarum ex non solutione solet præsertim esse locus repetitioni capitalis ex pacto, quod valere, non est ambigendum ex traditis per *Mastrill. & Milanens. locis*, de quibus apud *D. Tapiam loc.* cit. *num.* 117. & ex solidissima praxi, qna vtimur.

26 Moueor quintò, quia ità censuere viri grauissimi, quorum Catalogum agit *Cenc. in tract. de censibus, q.* 82. in impressione nouissima Taurinẽsi, & horũ numero sunt *Riminald. senior cons.* 89 *num.* 6. *lib.* 1. *Socin. cons.* 78. *num.* 4. *vers. respondeo, & n.* 5. *in princ. lib* 3. *Roder. Suarez in l. post rem iudicatam, D. de re iudic. fol.* 640. *Roman. Gram. Carol. de Graff. & Asin.* de quibus meminit *num.* 5. *Roman. Corn. Bald. Marant. Craff.* & alij apud *Caroc. except.* 47. *sub num* 86. vbi allegat *Galles. ad form. Cameral. par.* 1. *q.* 3. *num.* 4 concludentem, impediri Cameralem exequutionem, siue nullitas sit in contractu, & obligatione, siuè in instrumento, & *Felician. de Solis in commentar. de censibus, tom.* 1 *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. *sub vers. non tamen præfati, in fine*, ibi, *verùm cùm hæc*, de quo *Cenc. ibidem num.* 1. vbi relatis, qui desiderabant, quòd ad finem, vt impediretur exactio, cõstaret in continenti de opposita iniquitate, vel nullitate, qnia tunc petitorium absorberet possessorium, argum. *cap. cùm dilectus, extr. de caus. possess. & propriet.* adducto præcereris *Ang. in l.* 1. §. *si quis ità, num.* 3. *D. de verb. oblig.* respondet authoritati ex *Roder. loc.* nupèr cit. sub *d. n.* 5.

27 Nec obstant adducta in contrarium, & primò dictum de *Ritu*, quòd debeat intelligi strictè, id enim falsum esse quòad *Ritus* loquentes de præuẽtione, indè mi-

hi ſuadeo, quòd nimirùm cùm reducant rem ad ius commune, per quod, vt dictùm eſt *q.* 1. hoc *tit. num.* 10. inſtrumenta parata exequutione non ſuperbiunt, ſed eo artẽto deber ordinariè procedi, oblato, vt aiunt, libello, *l. minor 25. ann. cui fideicommiſſum, D. de minor.* & notat *Graſſ. de except. in prælud. num. 1. & num. 210 Felic. de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 1. n. 3. Genc. de Cenſib. q. 95. n. 1.* in vltima impreſſione, ex cogn tione, & regula contrariorum debẽt largiſſimè interpretari, dùm ſtatuta concedentia inſtrumentis paratam exequutionem. debere ſtrictè intelligi, cenſent *Alex. in l. ſi cùm dotem, § eo autem tempore, num. 6. D ſolut. matrim Franc. Marcus deciſ. 393. num. 1. Theſ. deciſ. 26. n. 2. Scacc. de iudic. cap. 62. num. 1. in fin.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem Doctorum.

28 Secundò, non obſtat, quòd *Ritus* omiſerit prohibitionem quoad tertias, & vſuras, confunditur etenim ex dictis *num.* 18. quia *Ritus* loquuntur de inſtrumento, & indè de ſorte diſponunt, & de vſuris, iuxtà explicationem *ibi* poſitam.

29 Quibus addo, ſortis, & vſurarũ vnicum eſſe debitum, ità ſunt connexa ſors, & vſura, ex theorica *Cyn. in l. 1. C. de ſolut.* quod & probatur, quia vſuræ oriuntur ex ipſa ſorte, & ſortem augent, item quia creditor non tenetur recipere ſortem, abſq; vſuris, vt ſcriptum eſt in *l. tutor, § Lucius*, cum ſimil. *D. de vſur.* quod ſtatui non potuiſſet, ſi plura eſſent debita, non vnum, ex *l. 1. cum ſeq. D. de ſolut.* quas ità intelligere *gloſ. in l. ſi vſuras, ver. facultatem, in fine, C. de vſur.* aduertit *D. Theodor. d. alleg. 5. ſub num. 23. in fine* qui *num.* 24. obſeruat, præſupponi connexitatem debiti per I.C. in *d. §. Lucius*, quia videmus, ſortem producere vſuras, quæ proindè dicuntur fructus ciuiles, vel induſtriales, aut conuentionales, vti appellantur à *Bald. in l. pro oneribus, C. de iure dot.* & *Couar. lib. 1. var. cap 3. Hieron de Laurent. in præludi. ad l. in fideicommiſſariam, D. ad Trebell. Vinc. de Franch. deciſ 13. num. 3.* vndè & vſuras emergere à ſorte, notat *Marinus Freccia lib. 2. de ſubfeud. q. 20. ſub num. 4.*

30 quo *loci* ſcribit, quòd qui habet iuriſdictionem limitatam ſuper ſorte, cognoſcit etiam de emergentibus, vt eſt intereſſe, poſt *Bal.* quem citat in *l. fin. C. ſi aduerſ. fiſc.*

31 Et hinc vidi quandoq; iudicatum, ſubſtineri ſententiam, de cuius nullitate dicebatur, quia orta erat condemnatio ad intereſſe, cùm non eſſet in libello deducta, niſi ſors. ſed erat petita vnà cum emergẽtibus, fuit etenim dictum, verbo illo *emergentibus* venire intereſſe, & propterea fuiſſe rectè ſententiarum, quod eſt vtile pro materia *l 1. C. de iudic* & indè in ſupplicationibus pro commiſſione cauſarum in Sacro Conſilio ſemper fui ſolitus ſupplicare, quòd cauſa cõmitteretur vnà cum annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus, ad vitandum nouum iudiciũ pro ijs, quæ emergunt pendente iudicio, & diſputationem agitari ſolitam contrà *Odofr. in l. non poteſt, D. de iudic.* & *Ioan. Fabr. in §. ſin minus, à nu. 5. Inſtit. de act.* de quibus *Gizzarell. deciſ. 65. nu. 6.* & *Ronit. in prag. 1. de cenſib. num. 43.* nam vſuras decurſas pendente iudicio non poſſe deduci officio Iudicis mercennario in ſẽtentiam ferendam ſuper principali, ſed eſſe opus alio iudicio ſeparato, putat *Alex. in d l. 1. C. de iudic. nu. 12.* eſt benè verum, quia ſolemus in Sacro Conſilio petere, ius miniſtrari in cauſis, non ſolùm pro annatis decurſis vnà cum intereſſe decurſo, & decurrendo vſquè ad integralem ſatisfactionem, vt ceſſent hæc omnia. & quandoquè fuit deciſum in Sacro Conſilio, tertias, & intereſſe decurſas poſt ſententiam, vigore eiuſdem ſententiæ exigi poſſe, & pro ijs poſſe exequi vigore literarum exequutorialium, non obſtante, quòd fuiſſent expeditæ pro tertijs decurſis antè ſententiam, & fuit in cauſa Ill. Principis Petræ Elcinæ cum illis de Petruccio, in banca Caprilis, prout retulit mihi D. Conſiliarius, & cauſæ illius Commiſſarius Nobiliſſimus, & integerrimus, ſimulq; doctiſſimus Dominus *Antonius Miroballus*, neſcio tamen ſi decreto, de quo valdè dubitaui, quieuerit Princeps.

32 Quòd verò ſors, & vſura ſint connexa, conſtituantq; vnum debitum, nedùm iuris noſtri locis ſuaderi poteſt, quibus ex humana adinuentione, & induſtria lex ciuilis, vel conuentio elicit vſuras ab ipſa ſorte, ſicut natura fructus ab arbore, de quibus donec pendent, & non amouentur, iudicatur idem, quod de ipſa arbore *in l. fructus, D. de rei vindic. in l. ſi vſufructuarius, D. quibus mod. vſufr. amitt. in l. ſi in ſingulos, D. de ann. legat.* & notat nouiſſimè *Montanus controu. 27. à num. 6.*

33 Sed etiam ex iudicio eorum, qui humaniores literas profitendo, proprietates verborum, proprioſq; ſermones docuiſſe

præ-

pte cæteris crediti sunt, habet enim hæc
connexitas sortis & vsurarum locum insi-
gnem, quem Gell obseruat lib. 16. noct.
attic. cap. 11 in fin. ex M. Varrone in lib. 3.
de lingua latina, vbi scribit, fœnus dictum
à fœtu, quasi à fœtura quadam pecuniæ
parientis, atq; increscentis, quasi quòd fœ-
nus nihil aliud sit, quàm fœnebris pecu-
niæ partus, quod & vidit D. Theodorus,
qui solus nunc dici potest eruditus ex no-
stris d. alleg. 5. num. 25. vbi obseruat ad
hæc, in pecudum fructu fœtus esse, ex §. pe-
cudum, Instit. de rer. diuis. fœtus verò gre-
gem augere, non autem nouum gregem
constituere, l. grege. D. de leg. 1. §. si grex,
Instit. eod. tit. vt simili modo vsuræ fru-
ctus sint pecuniæ, & debitum augeant, nõ
autem nouam debiti speciem producant,
quod & repetit ibid. num. 30.

34 Nec mutat prædicta, quòd tertias & in-
teresse non stare vt vnum cum sorte, sed
vel considerati vt sequelam sortis, censue-
rit Camer. in l. imperialem, fol 52. in princ.
& Molfes. ad consuet. Neapol. par. 4. tit. de
success. ab intest. q 10. num. 12. vel vt ac-
cessorium, & additamenrum iudicauerit
Vinc. de Franch. decis. 623. sub num. 2. &
num. 5 & 7. & notant Christoph. Martius
inter Decis. Senens. exam. 48. sub num. 7.
Gaitus de credito, cap. 4. q 10 sub nu. 1171.
in fin. & nu. 1177. Barz. decis. Bonon. 108.
atq; vt connexum, & accessorium, prout
censuit D. Merlin contr. 61. sub nu. 9. lib. 1.
Mart. in summ success par. 4. q. 21. art. 10.
num. 53. & Caber. decis 129. num. 11. nam
quomodocunq; stet etiam ex modis præ-
dictis, quia non potest diuerso iure cense-
ri sors, & interesse, vndè est, quòd addita-
mentum eadem actione de dote, qua dos
repetitur, l. etiam, C. de iur. dot. & dispositũ
de principali est quoq; dispositum de se-
quela, quia sequela cum principali stat vt
35 vnum, l. quicunq; §. pen D. de instit. Ritus
prohibẽs, exigi sortẽ, dùm pendet iudiciũ
præuẽtionis, si in eo, quod loquitur de in-
strumento, conuincatur loqui de forte,
quod omninò falsum est, interpretari
quoq; debebit de tertijs, & interesse, etiã
si vti connexum interesse censeri debeat,
36 nam in connexis idem est iudicium, &
quod disponitur in vno ex connexis, di-
sponitur & in alio, l plerunq; D. de ædil.
edicto, siuè vt accessorium, quandoquidẽ
qui præuenit in principali, prænenit in
accessorio, inquit Lapus alleg. 79. num. 11.
vers. ad sextam, & ex eo Card. Tusch. lit. P.
conclus. 645. num. 2. in fin. & cum iudicio,
nam accessorium sequitur naturam sui
principalis, vt in reg. accessorium, ità quòd
sublato principali, cœtera cessare, quæ ac-
cedunt, probat in propria materia tex. in
l. Aurelius, §. legauit, D. de liber. legata, ait
enim ibi Iure Consultus, quòd lẽgata sor-
te, & vsuræ legatæ censentur, & notat Paul.
de Castr. in l. lecta, n 11. D. si cert. pet. post
Bart ibi, q. 17. num. 8. quòd pactum ap-
positum super sorte, extenditur ad vsuras.

37 Et confirmantur prædicta, quia interes-
se, & tertias venire appellatione sortis, vo-
luit Aloysius de Leo in l. 1. num. 6. C. de iu-
dic. & interesse contineri sub dispositione
sortis, probat formula, quæ est in obliga-
tionibus Cameralibus, vt data hypotheca
pro sorte, quamuis aliquid non exprima-
tur de interesse, ad illud possit, & debeat
extendi, notat Barz. d. decis. 108. à nu. 28.

38 Quòdq; dispositio de sorte decidat ca-
sum tertiarum, & interesse, plura sunt, quæ
probant; nam & id tradit de interesse cu-
iusuis generis personarum Bart. in l. sti-
pulationes non diuiduntur, num. 42. ad
fin. D de verb. oblig. cum alijs apud Gra-
tian. discept 42. num. 16.

39 Et hinc etiam est, quòd licèt in contra-
ctu nulla sit facta mentio vsurarum, tamẽ
in dubio, rem obligatam pro sorte, cen-
seri obligatam etiam pro vsuris, constat
ex l quæro, D. locati, ex l. centum Capua, D.
de eo, quod certo loco, quarum legum ex
argumento tradit hoc expresse Bar. in
l. pignoribus, C. de vsur. & D. Merlin. con-
trou. 43. n. 5. lib. 1. qui ex his refert iudi-
catum, rem alienam cum consensu Domi-
ni obligatam pro sorte, cẽseri etiam obli-
gatam pro vsuris, nisi tamen obligatio sit
expresse concepta per verba taxatiua.

40 Quibus ex terminis suspecta mihi sem-
per extitit sententia Freccia d. q. 20. cùm
voluit, quòd assensus pro sorte non ope-
retur quòad interesse, prætextu, quòd de
interesse facta mentio non esset in assen
su, referens ità decisum in fine quæstionis,
etiam in contractibus bonæ fidei per to-
tum Sacrum Consilium die 20. Nouemb
1557 in causa Ioãnis Baptistæ Rauaschẽ-
rij, & Nicolai Pauensis, Actuario Tramon-
tano, censuiq; propterea, potiùs assentien-
dum D. Reg. de Ponte, qui scribit cons. 75.
nu. 6. & seq. quòd assensus præstitus obli-
gationi bonorum feudalium pro vendi-
tione annuorum introituum, comprehen-
dat etiam interesse tertiarum, tanquàm
accessorium, quod nouissimè probauit
contrà Frecciam D. Donat. Ant. de Marin.

vir de iure nostro optimè meritus, & Aduocatus perspicacissimi ingenij, moribus, ac fide insignis *quotid. resol. cap. 76. n.* 8. attētis præsertim quæ de cōtractibus bonę fidei contra decisionem S.C. nupèr scriptam considerant *Reg. de Ponte loc.* cit. & *D. de Marin. ibid. nu.* 9. vbi prædicta limitat in contractibus stricti iuris, & cum iudicio, dum in contractibus stricti iuris nō venit interesse, nec ex mora, nec ex natura contractus, nisi à tempore litis contestatæ, vt ipse aduertit, qui itá, dicit, posse saluari *Freccia* sententiā, maximè si saltem in fine instrumenti adesset clausula, *pro quibus omnibus obseruandis partes ipsa obligauerunt se, & bona omnia, &c.* vel clausula, *cum omnibus damnis, expensis, & interesse*, de quibus *Freccia* non loquitur, immò excludit expressè sub *num.* 6. illis ex verbis, *ideò summam principalem expressit, vt ulteriori summa non astringeretur*, & sub *num.* 9. ibi, *& si referret se ad instrumentum*, itá namq; data clausula damnorum, expensarum, & interesse, decisum refert Consiliarius *Paschalis in tract. de virib. patr. potest. p. 2, cap. 7. n.* 44.

Est benè verum, quod quæstio hæc temporibus istis euanuit ex praxi, quæ inoleuit contrahendi, semper expresso interesse, saltim ex clausulis suprà positis, quæ ex instrumentis exarantur à Notarijs in memoriali, & precibus Principi offerendis pro assensu, & itá ego semper consului, etiā ad vitandas controuersias pro interesse tertiarum.

Quandò tamèn accidet ex facto, & præualeat opinio *Freccię*, non obstabit obiectum, quod indè resultaret ad rem nostrā, quia respondetur eodem modo, quo respondetur ad *tex. in l. vlt.* §. *Lucius, D. de condict. sine causa*, cum alijs positis *num.* 6.

41 quòd scilicèt assensus, & restitutio in integrum gratia est, & conceditur de iure speciali, & proptereà quia in ijs extincto principali potest durare accessorium, idq; vti de iure speciali habet diuersam naturā propter ius speciale, vt probat *D. Freccia*

42 *loco cit. num.* 9. vbi subdit, ex hoc argui in feudis, quæ non sunt in communi commercio sine licentia Principis, potest considerari vti separatum interesse à capitali, quod non est in casu nostro, in quo facta præuentione, tàm attento iure communi Romanorum, quàm Regni, & *Rituum*, (quod similitèr commune est in Regno, ex quo confirmat practicam Magnæ Curiæ Vicariæ, nam *Ritus* non est aliud, quàm practica confirmata à Curia, vt vidit *Seaghonus in ritu* 1. *nu.* 6.) necesse est, vt procedant regulæ, quas posuimus *num.* 29 *& seqq.* vt indè, quia dato contractu annuorum introituum, vel cū alio interesse cōuēto, vel interesse solùm debetur, vt est dictū, vel vtrūq; debitum est de iure communi, & sine specialitate, aut gratia aliqua, fors nimirum, & interesse, vt est probatum.

43 Hoc autem vt constet prò parte facit, quia in ijs, quæ iuris communis sunt, & non sapiunt specialitatis, non eodem modo censemus, vnde est, quòd opus non est, quòd in compromisso de fructibus agatur, vt de illis possit Arbiter, vel Arbitrator cognoscere, sed hi poterunt de fructibus, prout & de expensis condemnare, licet in compromisso de his actum non sit, vt vidit *Catellianus Cotta in memorab. verbo Arbiter, vel Arbitrator, fol. mihi* 27. qui mouetur ratione, quia fructus, & expensæ veniunt in consequentiam, ex *Bald. Iaf. & Lanfranch. locis ibi* relatis.

Et ex his finem imponimus quæstioni, reiectis confutationibus contrariorum, quæ supersunt in dubia sequentia, puto namq; hoc modo rem explicari commodius istis in temporibus, in quibus nihil placet magis, quàm breuitas, sit, vel quia corporis vires non vt anteà vigent, suntq; nunc tenuissimæ, vel quia, & in hoc quoq; grassatur malitia Hypocritarum, qui optimi videri volunt ex breuitate scriptorum, quia legunt, quòd optimi hominum in dicendo breuissimi sunt, vt *Apollo*, seu *Apollodo*. Græcus dicere solebat, apud *Rebuff* inter *Constit. Franc. ad tit. de literis ciuil. art. vnic. glos. vlt. in fine.*

S V M M A R I V M.

44 *Tertia maturata antèquam prauentionis iudicium instituatur, an exigi possint, dùm pendet iudicium prauentionis, & num.* 48. 52. *& à num.* 53. *& nu.* 63. *& sub num.* 67.

45 *Tertia qua ratione dicta sint, & quas vsurarum species comprehendant, & sub num.* 46.

46 *Vsura appellantur redditus annui, & menstrui.*

47 *Non soluens in termino statuto dicitur periurus.*

48 Tex. in l. 1. C. de iudic. *expenditur, & explicatur num.* 49. *& sub n.* 52. *& n.* 68. *Debitores pro vsuris eius temporis, quod non est deductum in iudicium, conue-*

niri

niri possunt, quamuis litem postea intẽtuant, ibid. & num. 51.

Vsurarum petitio non perimitur ob iudicium, quod inchoetur, ibid.

50 Ritus prohibentes, molestari debitorem pendente iudicio prauentionis, qua ratione fundentur, ex l. 1. C. de iudic.

54 Causa dum pendet, pendet & causatum.

Sors dicitur causa tertiarum, ibid.

55 Bona fideicommisso subiecta alienari possunt tàm pro dote constituenda, quàm pro eadem restituenda.

Etiam pro vsuris, & interesse dotis, ibid.

Et quamuis fideicommissum non ab ascendente scriptum fuisset, sed à transuersali, dummodò bona reperiantur in transuersali tempore obligationis, ibid.

Dispositum in dote, censetur etiam dispositum in annexo natura contractus dotalis, ibid.

Dom. D. Franciscus Merlinus Regens Regiam Cancellariam *laudatur*.

56 Feudum ex pacto, & prouidentia alienari potest, etiam pro interesse dotis.

57 Mulieres eodem priuilegio prælationis gaudent pro interesse dotis, quo gaudent pro dote contra creditorem, cuius pecunia res empta est, vel refecta.

58 Gratia Capituli concessi mulieribus Neapolitanis habet locum etiam in interesse dotis.

59 Assensus non est bonæ fidei, sed stricti iuris.

Præstitus super obligatione bonorum feudalium pro restitutione dotium extenditur ad interesse, quamuis non expressum, ibid.

60 Alimenta debita per maritum vxori sũt accessoria ad dotem, & eius additamentum.

Gaudent priuilegio tacitæ hypothecæ, prout & dos, ibid.

61 Vsura, & interesse eandem habent prælationem, quam habet & sors.

Creditor potior in sorte, est quoq; potior in vsuris, ibid.

Affl. dec. 186. ac alia S.C. decisio his contraria examinantur, ibid.

62 Interesse, vt plurimùm, est sequela necessaria sortis.

Dicitur non alia, sed eadem res cum sorte, ibid.

Lex semper intelligit de interesse, ibid.

Omnia censentur expressa, quæ ius intelligit, maximè si ex necessitate inferantur, ibid.

64 Præueniens qua ratione non incidat in moram.

Qui iustam causam habet ignorandi, se non debere, non constituitur in mora, ibid

Litigandi iustam causam qui habet, si retardet solutionem, moram non facit, ibid.

Lis quo pacto constituat litigantem in mora, ibid.

65 Promissio omnis intelligenda est secundùm ius.

In ea verba sunt intelligenda ciuilitèr, ibid.

Debitor si promisit aliquid soluere, intelligitur, quatenùs de iure soluere teneatur, ibid.

67 Iuramentum nunquàm omittitur in instrumentis de stylo Regni Neapolitani.

Iuramentum non debet seruari, vbi æquitas non suadet, ibid.

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, ibid.

68 Tex. in l. 1. C. de iudic. dispositio in secunda eius parte correcta est, aut non aptatur in materia præuentionis, & quarè, num. 69.

69 Præueniens non rectè, ac propriè debitor dici potest, & quarè.

Debitor dicitur, à quo inuito pecunia potest exigi, ibid.

Et is, cui nulla competit exceptio, ibid.

Debitores accipimus eos, qui ex administratione reliquantur, vel qui ex pollicitatione, quæ recusari non potest, ibid.

Debitor desinit esse, qui nactus est exceptionem iustam, ibid.

70 Creditor præuentus propriè creditor dici non potest.

Creditor quis dicatur ex Vlpiano, ibid.

71 Præuentionis factæ exceptio perpetua non est ab initio, potest tamen esse perpetua, & quarè.

72 Creditor præuentus an dici possit creditor sub conditione?

Creditor accipitur, etiam is, cui debetur sub conditione, ibid.

Tex. in l. creditores 10. D. de verb. signif. explicatur, ibid.

Præuentio est ex conditionibus omninò incertis, & dubijs, & quarè, ibid.

Conditio nihil ponit in esse, ibid.

73 Præuentor an, & quando cogi possit ad recognoscendum apocham antè tempus solutionis, & pendente iudicio præuentionis.

Et an tunc recognoscens debeat, aut possit condemnari ad garniendum, ibid.

74 *Præuentionis iudicium dùm pendet, expers est nouitatis, etiam volente præuẽtore, si de alterius, non sui præiudicio agatur.*

Dilationi iam obtempta non potest renunciari in præiudicium eius, cui aliquod ius fuit quæsitum ex tali dilatione, ibid.

An, & quando possit, qui præuenit soluere creditori præuento, si sit grauatus ære alieno, non expectato fine litis, & agnoscere bonam fidem, ibid. & num. 76.

Præuentio constituit debitum illiquidum, ibid.

Debitor quamuis non decoctus non potest debitum illiquidum facere liquidum in præiudicium alterius creditoris, qui debitum liquidum habet, ibid.

Pecunia soluta à debitore creditoribus an, & quando possit auocari à cõcreditore, ibid.

Dolus præsumitur ex omissione remediorum, ibid.

Præuentionis iudicio pendente quando timetur fraus inter præuenientem, & præuentum, iubetur, nè renuncietur liti ad instantiam concreditoris, vel quòd liceat concreditori assistere liti, ibid.

75 *Creditor, cui purè debetur, an, & quando agat reuocatoria respectu pecuniæ, aut interusurij contrà creditorem, cui fuit soluta pecunia antè tempus.*

76 *Nemo cogi debet, aut prosequi, aut accipere lites.*

Lites execrandæ, & fugiendæ, ibid.

Pactum valet, & renunciatio de re dubia, factum à Prælato, & à Capitulo ad effugiendas lites, etiam in præiudicium Ecclesiæ, ibid.

Confessio Prælati, quæ non nocet Ecclesiæ, nocet, si fiat ad euitandas lites, & super dispendio litis verosimili, ibid.

Fructus litis sunt dispendia, & consumptiones, ibid.

Minor restituitur aduersus aditam hæreditatem, licèt non sit damnosa, quando habiturus esset lites, quæ dispendia causantur, ibid.

Litigare dicitur damnum, & interesse, ibid.

Athenienses *laudãtur, quòd forũ fugerint, & litigatores videri abhorruerint, ibid.*

Vir bonus qualis esse debeat in exigendo, ex Cicerone, *ibid.*

Sicula *gens damnatur, quòd natura est procliuis ad lites, & iurgia, ibid.*

Aegiptiorum *genus controuersum, & assuetudine perplessitatis litigandi lætissimum, ibid.*

DVBIVM PRIMVM.

Tertiæ decursæ antè tempus, quo litem instituat præuentor, an exigi possint, durante iudicio præuentionis.

44 SED videamus, an, quantumq; obstet
quod dictum est suprà *num. 6. in fin.*
de tertijs maturatis tempore, quo moue-
tur iudicium præuentionis, habito enim
pro absoluto, nihil obesse præuẽtori, quòd
cesserit dies solutionis, nisi pro debito ci-
tatus proponatur, & validè super tenore
instrumenti, qui præuenire intendat, vt vi-
debimus infrà *cap. 3.* & tetigimus *cap. 1.*
num. 30. & seq. vtile est inquirere, an ob-
stet, quòd tacuerit præuentor, & pro tanto
45 tempore, vt passus videatur, quod tertiæ
decurrant, quarum nomine vsuras omnes
complecti volumus, & cuiuscunq; speciei
redditus annuos, quia etenim per mensiũ
dimensionem, & dinumerationem pende-
bantur vsuræ iure ciuili ex annua pensio-
ne, ità æstimari consueuerunt, vt omnes
eius partes ex anni ratione fuerint intelle-
ctæ, prout obseruat post alios *Roder. de*
ann. redit. lib. 1. q. 1. num. 16. vbi notat in
46 *fin.* vsuras appellari redditus mẽstruos, &
annuos, & nos tertiarum nomine vtimur,
quia qualibet anni tertia parte vsuræ diui-
di, & pendi consueuerunt, quæ in singulos
annos promittuntur, singulis scilicèt qua-
tuor mensibus annuæ vsuræ pars tertia,
exemplo vsurarum, quæ per sex partes, si-
ue solutiones pendi consueuisse, elegantèr
dixit *Cæsar lib. 3. Commentar.* & memi-
nit ex nostris post *Glareanum Iacob. Spie-*
gel. in lexic. verbo sexies dies sinè vsuris
credere, remansitq; vsuris hoc nomen in
Regno, quamuis, aut in duobus tempori-
bus vsurarum paciscerentur solutiones,
aut in fine anni.

47 Prima igitur facie videtur interesse
multùm, an eo tempore, quo litem insti-
tuat præuentor, anni pars aliqua lapsa sit,
qua qui præuentus est, possit petere, quòd
sibi soluatur iuxtà instrumentum, tùm
quia vti constitutus in mora, videtur qui
præuenit, posse dici periurus, quia statuto
in termino non soluit, vt Nostri deducunt
ex *cap. debitores. de iur. iur.* vt intret, quod
ex *Salyc. & Herculano* scripsit *Caroc.* rela-

48 rus *num.22.* tùm quia pro vsuris eius tē-
poris,quod non est in iudicium dedu-
ctum, posse conueniri debitores, non
obstante,quòd litem instituant, est *text.*
rotundus in *d. l. 1. C.de iudic.* vbi rescri-
pserunt *Seuerus*,& *Antoninus* his verbis,
*Iudicio cœpto vsurarum stipulatio non
est perempta, superest igitur, vt debitorē
eius temporis,quod non est in iudicium
deductum,conuenire possis.*
49 Duo namquè statuerunt *Cæsares* illo
in *tex.* qui & partes duas habet,& duo
tempora includit,vnum de tempore,quo
quis litem mouit instrumento,nàm debi-
tum illud fuisse instrumentarium, non
chyrographarium,probat *tex.*ibi *vsura-
rum stipulatio non est perempta*,& notat
Roder.de ann.redit.lib.3.cap.9.sub nu. 8.
& pro hoc statuerunt, non posse debito-
rem conueniri,ex rationibus,quibus cō-
firmauimus conclusionem præcedentem
à *num.*17. ità vt possit videri,*tex.* illum
in hac parte fundasse practicam, qua *Ri-*
50 *tus* nostri 168.*&* 189.prohibent,conue-
niri debitores,qui præuenissent,quòd ex-
pediret cognosci priùs de negotio,quàm
vrgeretur,qui posset non debere,vt vidi-
51 mus hoc *tit.q.1.sub num.*74. Alterum
de tempore,quod non est deductum in
iudicium,& de hoc tāquàm de certo per-
miserunt exactionem, hoc namquè mihi
probat formula illa verborum,qua *Cæsa-
res* vsi sunt, ibi *Superest igitur, vt debi-
torem eius temporis,quod non est in iudi-*
52 *cium deductum,conuenire possis*,ità quòd
scrupulus esse non posse videatur, quòd
præuentor soluere debeat tertias decur-
sas antè motum iudicium præuentionis,
quia *Imperatores ibi* partem rescripti se-
cundam posuerunt,vt illationem,conclu-
sionem,aut sequelam eius,quod dixerant
in prima,vt videtur notasse *Bald.* ad illam
legem num. 2. ibi *præmittit rationem, ex
qua infert conclusionem*,& postmodùm
explicat verbum illud, *superest*, pro *se-
quitur*, quasi quòd in consequentiam
eius, quod erat dictum de non conue-
niendo debitore pro tempore, quod erat
deductum in iudicium, veniret decisio
quæstionis de tempore,quod deductum
non erat.
53 His tamèn non obstantibus, puto ego
ità verius esse,vt præuentio impediat etiā
in casu isto, quòd amplianda sit conclu-
sio, quam fundauimus *quæstion. præ-
cedenti*, vt procedat, quàmuis tertiæ
debitæ dicantur, antequàm iudicium
præuentionis moueretur.
Primò, quia nullam video ex *Ritibus*
de præuentione loquentibus,aut alio ex
iure aliquam probabilem differentiam in
tertijs,quæ pendente iudicio prætendan-
tur,& quæ præteritæ proponantur,& dici
possent decurrisse,antequàm præuenisset,
qui se debitorē non esse cōtendit, sed de
omnibus,& indistinctè vniformis, & ge-
neralis est prouisio,quòd præuētor mole-
stari,& conueniri non possit,in *ritu* 168.
§.*nota*, in *ritu* 186. & in *ritu* 189. ergò
generalitèr,& indistinctè in omnibus ter-
tijs erit dicendum,quòd non possit, qui
præuenit,molestari,pendente iudicio præ-
uentionis.
54 Secundò,quia non video causam,qua
possit pendere causa,hoc est instrumen-
tum,& sors,quæ dicitur causa tertiarum,
& non pendere causatum,hoc est exactio
tertiarum,ex iudicio præuentionis,quan-
do certum sit,quòd pendente causa,pen-
det quoquè causatum,ex *text.in l.* 12. §.
vlt.& in *l. sed & si quid* 25. §. 1. *D de
vsufr.*in *l.seruus* 43.§.1.*D de acq rer.dom.*
obseruat *Ant.Faber defin.* 10.*num.*7.*in
allegat. C.de hæredit. action.*
Tertiò,quia video semper, eadem ra-
tione censeri vsuras,& sortem, nulla vn-
quàm adhibita differentia præsentium,&
præteritarum,nisi tàmèn particularis ali-
qua ratio id suadeat,quod,vt dictum est,
non est in casu,& re præsenti.
Et probatur hoc vltrà considerata in
resolutione quæstionis principalis à *n.*29.
ex eo, quod in vulgato illo articulo iu-
ris dixit *Iacob. Anton. Marta* de priuile-
gio, *auth. res,quæ, C.com.de legat.*cū cor-
55 pore vndè sumitur, quòd nimirùm bona
fideicommisso subiecta,quæ alienari pos-
sunt,& obligari,tàm pro dote constituen-
da,quàm pro eadem restituenda,vti post
glos. & alios communitèr interpretatur
Schola Doctorum apud *Fusar. de sub-
stit. q.* 532. obligari possint, & alienari
etiam pro vsuris,& interesse dotis,quàm-
uis de vsuris,& interesse dotis nulla mē-
tio sit eo in *textu*,quia,vt dicit *Marta
in summa successf.legal.par.4.q.*21.*art.*10.
*num.*52.*& duobus seqq.* non oportebat
de ijs meminisse,quandoquidèm erat in-
teresse annexum naturæ ipsius cōtractus
dotis,& ideò dispositum in dote, cense-
batur etiam dispositum in annexo naturę
ipsius,& iuxtà *Marta* sententiam,quam
particularibus allegationibus defendi in
anno 1634. post *Camer. in l.Imperialem,*

fol.51 à ter.in fin. & *fol.52. Peregrin.de fideicomm.art. 42. num.95. lo primo*, *sub vers.ex aduerso considero, Fusar. loco cit. q.531.num 42. Præs de Franch.dec.613.* quem ità intelligunt *Reg.de Ponte dec.34. num.39.Consil. Paschal.* acerrimus huius sententiæ assertor *d.par.2.cap.7.à nu.40. Io: Baptista de Thoro in compend decis. Regni tom.1.ver. auth. res quæ*, *fol 61.* fuit decisum per Sacrum Consilium, vt refert *Reg.Rouit.in cons.54.55.& 83. in fin. lib.1.* & fuit ità quoque decisum in causa Magnifici Roberti Camerlinghi contra Vincentium Borrellum, referente Papiniano nostri seculi *Dom. D Francisco Merlino*, tunc Consiliario Regio, nunc dignissimo Regente Regiam Câcellariam in supremo Italiæ Consilio, demùm ornatissimo Præside nostri Sacri Consilij, in Banca Figliolæ, qui processus fuit vnitus in banca Carboni, vbi adest processus Creditorum Iô. Andreæ, & aliorū de Borrello,& aliàs fuit ità quoq; decisū per idem sacrum Consilium, me similitèr patrocinante, referente Consiliario Carleual,in causa tunc Regij Consiliarij, postmodum Regentis Hectoris Capycij Latro,cessionarij Virgiliæ de Vrso,contrà Didacum,& Mauritium de Marra,in bāca Simeonis pro Felice, quæ fuit magna decisio,quia fideicommissum factum erat à transuersali,& nō ab ascēdente,licèt postea bona reperta essent in trāsuersali tēpore obligationis,& côtractus matrimonij.

56 Et quòd feudum ex pacto,& prouidentia,etiam pro interesse dotis possit alienari,fuisse decisum in Regno Siciliæ testis est *Peregr d.art.42.num.96.in fin.Petrus de Gregorio de concess feudi, q.10.* & alibi apud *Præsid. de Franch.* qui alias Regni prædicti Siciliæ decisiones cumulat *d. cis 613.in fin. Reg de Ponte loc cit.nu.53.* & *Milanes.dec.8 sub num.369.lib.1.*

57 Probatur item in eodem priuilegio dotis in § *his consequens,auth. de æqual. dot.* vbi *Iustinianus* loquitur de dote, non expresso interesse,& in casu strictiori propter verba,quibus vtitur Constitutio illa, *cadant à lucris*, & tamèn priuilegio illo gaudere mulieres indistinctè côtrà creditorem,cuius pecunia res empta est,vel refecta,non solum pro sorte, sed etiam pro vsuris, refert iudicatum *Dom. Merlin.controu.26.lib.1.*

58 Quod & seruari in terminis Capituli Neapolitanis concessi circà conseruationem dotium mulieribus, docet *Reg.de Ponte d. decis.34.num.38.*

59 Adeò quòd in fortioribus terminis assensus,qui non est bonæ fidei, sed stricti iuris, vt notat *Camer.d fol.52.* sub *lit. E.* assensum præstitum super obligatione bonorum feudalium pro restitutione dotium,extendi ad interesse,quàmuis non expressum,docuit *Camer.ibid.f.51.col 4. à vers.ex quibus*, cuius sententiam semper receptam dicit *Reg. de Ponte d.n.38.*

60 Datur itèm instantia in alimentis debitis per maritum vxori,quæ eadem ratione,quòd sunt accessoria ad dotem, siuè ipsius additamentum,vt latè probat *Negus.de pignor. par.2. memb. 4. à num. 47. Surd.de alim.tit.8 priuil.49 in princ.* gaudent priuilegio tacitæ hypothecæ, prout & dos,quàmuis de alimentis nulla mentio sit in *l.vnic.§ & vt plenius. C. de rei uxor act.* qua ex *lege* dispositum est, quòd dos gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ,ita *Bart.in l.si cùm dotem, § sin autem in sæuissimo*, vbi *Castr. num. 38. D solut.matr Negus.loco cit. Affl.dec.10. num.3. Freccia d.q.20.num.3. Gutier de iuram confirm.par.1.cap.46.num.3. Corduba in l.si quis à liberis,§ si quis ex his, D.de liber.agnosc.* quorum opinionem æquiorem esse, indèq; receptam in Camera Imperiali,refert *Minsynger. obseru. 64. cent.1.* notat *Episc.Ricc.collect. 2958.* & tenent *Bursat.cons.32.num.26.* & *Surd. d.tit.8.priuil.59.num 8.* vbi ait, hanc esse communem opinionem, & vanum esse super ea disceptare in iudicando.

61 Et demùm, vt alià omittam similia, quæ propè infinita sunt, probatur assumptum ex ratione *text.in l. Lucius*, *D. qui pot.in pign.hab.* & similium,quibus ex iuribus decantata conclusio est, vsuras, & interesse, eandem habere naturam circà prælationem, quam habet & sors, vndè vulgarum est, creditorem potiorem in sorte, esse quoquè potiorem in vsuris, quam conclusionem communem esse,& receptam,affirmat *Barz.d.dec.108. à num 5.* & dicunt ità decisum *Vrsill.ad Affl.dec 186 Mastrill decis.219.num.11. lib.2. Felician de censibus tom. 1. lib.3. num.18.* vbi verius, & receptius hoc teneri testatur,*Reg.de Ponte cons 67 nu.12.* qui semper in Sacro Consilio ità refert fuisse practicatum, & vanum esse de hoc disputare,dicit in *d. decis 34. num.30.* & *num 52.* exclamās aduersus nouam quādam decisionem in contrarium factam per idem Sacrum Consil. & benè,quain-

uis illam defendere conatus sit *Ioannes Baptista de Thoro*, vir sanè laboriosus, in *compend. decis. par. 1. verbo prælatio, siuè potioritas, in fin. fol.* mihi 408. *col. 1.* cùm commune sit axioma positum in contrarium per *Reg. de Pont.* quem sequitur *Valenz. cons. 56. num. 31. Paschal. loco* cit. à *num. 40.* & alij apud *Gaitum loco* item cit. quibus addo Doctores citatos per *Reg. Capye. Galeotam contr. 56. à num. 35. lib. 1.* & decisiones nouissimè relatas per *D. Merlin. d. contr. 61. num* 10. & anteà in *d. contr. 26. nu. 2 lib. 1* & mirum est, quòd *D. de Thoro* ad suam fundandam sententiam non adduxerit *decis. Affl.* 186. quam tamen esse falsam, notat *Pisanell. ibi in addit.* licèt non omninò benè quòad totam illam decisionem, sed benè quòad illius partem secundam, de qua nos hìc, ad hanc etenim partem falsò *Affl.* allegare *tex. in d. l. Lucius*, demonstrauimus *ibidem in notis, & animaduersionibus*, quas adhùc non vulgauimus ad *Affl. decisiones*, & obseruat nouissimè *D. de Marin. lib. 1. resolut. 76. num. 1.*

62 Quæ omnia probat ratio illa generalis, quia vt plurimùm, & præsertim in casibus suprà relatis, interesse est sequela necessaria, & hæc non alia, sed eadem res dicitur, *Camer. in d. l. Imperialem, fol. 50. lit. I.* & *lit. D.* ac nouissimè *D. Marcell. Marcian. cons. 16. sub n. 12. col. 2. lib. 1.* itèm, quia de interesse semper lex intelligit, & omnia censentur expressa, quæ ius intelligit, maximè si ex necessitate inferantur, ad tradita per *Cagnol. in l. cùm quid, num. 32. D. si cert. pet.* & per *Cumiam in Rit. Magnæ Regiæ Curiæ cap. 6. à num* 84. de quibus meminit *Ruginell. pract. quæst. cap. 20. num. 5.* & notat *Cardin. Tusch. lit. P. conclus.* 734. præsertim *num. 2.*

63 Quartò, & demùm, quia *Ritus*, quotquot sunt de præuentione, supponunt terrias decursas antè præuentionem, dùm prohibent procedi ad interrogationem super tenore instrumenti ob iudicium præuentionis, & certum est, quòd interrogatio, quæ supponit citationem, supponit quoq; debitū, & q̄ pro eo cesserit dies solutionis, quod in specie probabit *Ritus* 186. qui dictat, præuentionem impedire interrogationem, quotiès facta non est eadem die, qua citatur debitor super tenore instrumenti, citari namquè nequè solet, nequè potest debitor, præsertim ad liquidationem instrumenti, & interrogationem faciendam, nisi cessisse diem solutionis proponatur, atquè probetur.

64 Nec obstant contraria, & primò, quod posuimus ex deductis à *tex. in cap. debitores*, cum simil. nam, vt relegem alibi, quæ sunt ad explicationem *text.* illius, nulla protsùs in præuentore potest considerari mora, in quo, aut iustam litigandi causam supponimus, aut iustam ex lite causam ignorandi, si deberet, quando, & vtrumquè ex his excusari à mora, sūt loca aperta in iure nostro, eum namquè, qui iustam causam habuit ignorandi, se non debere, non constitui in mora, est *tex. in l. qui sine dolo malo 64. D de reg. iur.* in *l. si quis 24 vers. vtiquè si iustè, l. Paratum 47. D. de vsur. l. si seruum 91. D. de verb. oblig.* & de eo, qui iustam causam litigandi habuit, si retardet solutionem, quòd tamèn moram non faciat, notat *Andr. Tiraq. in tract. de retr. lign. ag. § 4. glos. 2.* & *Ant. Pichard. in disput. de mora, num. 33.* estquè appositissimus ad ista *Pauli* locus *lib. 34. ad edictum*, vndè sumpta fuit *l si quis solutioni 24. D. de vsur.* cuius verba sunt, *Si quis solutioni quidèm moram fecit, iudicium autem accipere paratus fuit, non fecisse videtur moram, vtiquè si iustè ad iudicium prouocauit*, nè pugnet cum *tex. in l. nemo, §. 1 D. de verb. obligat.* vbi constitutus quis dicitur in mora propter litem, quia iustam non habuit causā litigandi, vt aduertit *ibi Accurs. in verb. prouocauit, lit. L.*

65 Et facit, quia omnis promissio est intelligenda secundùm ius, & sic in casibus, in quibus qui promisit, non haberet iustā causam litigandi, vt probat *tex. in l. quæstio, § inter locatorem, D. locati*, & notat post *Anchar. cons. 6. nu. 7. Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priuil. 13. num. 24.* qui *num. 26.* docet, quòd in qualibet promissione verba sunt intelligenda ciuilitèr, & indè quòd si debitor promisit aliquid soluere, intelligatur, quatenùs de iure soluere teneatur, ex *Afflict. dec. 399. num. 13.* & *Gramm. dec. 103. sub nu. 168.*

66 Vndè mihi suspecta semper extitit traditio, quā ex *Herculano*, & *Caroc.* posuimus *n. 12.* & *n. 47.* in materia nostra præuentionis, quandoquidèm nō video, quo pacto saluari possit opinio eorum, quan-
67 do *Ritus* contrarium statuant in instrumentis, in quibus de stylo Regni huius iuramentum nunquàm omittitur, vltrà quòd in generè, & de iure communi, ac in omni materia erit aduertendum, quòd *Salyc.* quo vtitur Authore *Hercu-*

lanus,einſquè tranſcriptor *Caroc*.non di-
cit id, ad quod allegatur, & hucuſq; non
inueni Doctorem, qui priuilegium hoc
tribuat iuramento, placetq;multis,quod
ſcribit *Seraph. priuil*.71. *num*.35. quòd
ſcilicèt iuramentum non debet ſeruari,
vbi æquitas non ſuadet, quia dici ſolet
etiam ab Eccleſiaſticis,cùm relaxant iu-
tamenta ad finem agendi, hac enim clau-
ſula,& formula vtuntur in reſcriptis,quòd
iuramentum non debet eſſe vinculum
iniquitatis, per *cap*. 5. *de ſimon. can. inter
cætera* 22.*q* 4. & facit in argumentum
tex.in lalliceitas, in princ. de offi. *Præſid*.
nulla etenim patitur æquitas,quòd coga-
tur præuentor,aut quiſquis alius,qui pro-
miſſionem nullam,aut probat aperte,aut
ex iure, vel ex facto dubiam ſoluere,
quod poteſt ſaltem indebitum apparere,
& eſſe in incerto, iuxtà ea, quæ ſepiùs
dicta ſunt in *quæſtionibus præcedentibus*.
68 Secundò,non obſtat *text in d.l*.1. *C.de
iudic*. eius etenim diſpoſitio quòad ſecũ-
dam illius partem, de qua in præſenti,
aut correcta eſt, aut non poteſt aptari in
materia, ac iudicio præuentionis; Cor-
rectio conſtat ex contrarietate diſpoſito-
rum,quando *text*. permittit exactionem
eius, quod eſt decurſum, antequàm mo-
ueretur iudicium, ibi *conuenire poſſis*,
& *Ritus*, qui præſcribunt materiam præ-
uentionis,indiſtinctè prohibent exequu-
tionem inſtrumentorum, prout latè mõ-
ſtrauimus alibi, & conſtat ex *ritu* 468.*in
§.nota,in fin*. illis in verbis, *tunc non po-
teſt fieri interrogatio,niſi ſit finita dicta
cauſa ruptionis dicti inſtrumenti, qua
finita videbitur, ſi eſt locus interrogatio-
ni,vel non*, & in *Ritu* 189 ibi, *interim
verò donec cauſa præuentionis pendet,
non procedatur ad interrogationem in-
ſtrumentorum contra debitorem ipſum,
&c*.
69 Et quòd diſpoſitio *tex.in d.l*. 1.non
aptetur diſpoſitioni *Rituum* in materia
præuentionis, vltrà prędicta confirma-
tur, quia *Cæſares* in contextu habue-
runt pro abſoluto, quòd is,qui iudicium
mouit,debitor ſit pro tempore, quod nõ
eſt in iudicium deductum,illis ex verbis,
quæ retulimus. *Supereſt igitur,vt debi-
torem eius temporis, quod non eſt in iudi-
cium deductum, conuenire poſſis*, cùm
tamèn is,qui præuenit, neq; conueniri
poſſit ex *Ritibus*, nequè rectè, ac pro-
priè debitor dici poſſit, eſt namq; debi-
tor, non ſolùm is, à quo inuito exigi pe-
cunia poteſt,vt ait *Modeſtin. in l*.108.*D.
de verb.ſignif*.& in *l*. 16.§.*fideiuſſor.D de
fideiuſ*. ſed & cui nulla competit exceptio,
vt poſt alios inquit *Calu.in lexico,verb.
debitor*, vndè debitores accipimus, ſcri-
bit *Briſſon.lib*.4.*de verb.ſignif. verb. de-
bitor*, eos demùm, qui ex adminiſtratio-
ne reliquantur,vel qui ex pollicitatione,
quæ recuſari non poteſt, obſtricti ſunt,
ex *l*.6.§ *ſed & eos demùm*,& §.*ſi ex polli-
citatione, D.de muner. & honor*. qua ra-
tione, quia, vt & *alibi* diximus *quæſt*. 1.
hoc *tit*. ſub *num*.74. qui præuenit,cogi
non poteſt, poteſtq; recuſare promiſſio-
nem,& obligationem,qua videtur obſtri-
ctus, eo debitoris verbo,eaq; nominis ſi-
gnificatione,qua vſi *Cæſares* ſunt in *d.l*.1.
nequaquam poteſt contineri,quinimmò
ex præuentione,quia nactus eſt exceptio-
nem, qua reſpondere poſſit creditori, &
Iudici,ſe non teneri,donec præuentionis
iudicium finiatur, poteſt optima ratio-
ne dici, quòd deſierit debitor eſſe, nàm
deſinit debitor eſſe, qui nactus eſt ex-
ceptionem iuſtam, inquit *Iulianus in l.
Marcellus* 68. *D. de reg. iur*. & notant
*Franc.Othom.in comment. verb.iur. ver
debitor*, quàmuis *tex*. citet ſub *tit. de
verb. ſignif*. & *Briſſon. loc*. cit. quorum
vterq; *textum* citat,numero corrupto.
70 Vt nũc omittam,quod notauimus *loc*.
cit. nimirùm creditorem præuentum
propriè creditorem dici non poſſe, atq;
talem,vt permitti debeat,quòd exigat, ei
namq; non conuenit, quod *Vlpianus*
exigit in creditore,vt talis dici poſſit,in
l. creditores 10. *D. de verb. ſignif*. cùm
ſcribit, *Creditores accipiendos eſſe con-
ſtat eos, quibus debetur ex quacùnquè
actione,vel perſequutione,vel iure ciuili,
ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione,
vel honorario,vel ordinario, vel extraor-
dinario, ſiuè purè,ſiuè in diem,ſiuè ſub*
71 *conditione*, quàmuis namq; exceptio
præuentionis factæ exceptio perpetua
non ſit ab initio,quia tamèn talis eſt, quę
poſſit eſſe perpetua, quoniàm poteſt,
qui præuentus eſt,ſuccumbendo excludi,
ac remoueri perpetua exceptione, inte-
rim vti creditor haberi non debet, cui
correlatiuum debitoris deficit.
72 Nec prædicta mouet, quòd præuen-
tum nominauimus creditorem, ſed ſub
conditione *d.q*.1.hoc *tit. nu*.45. & quòd
creditor accipiendus ſit,ex *Vlpiano in d.
l.creditores*,etiam is, cui ſub conditione
debetur,ibi *ſiuè ſub conditione*,nàm *tex*.

illo

ille intelligi debet de conditione, omninò extitura, & certa, non de incerta, & dùm pendet incertitudo, vt intelligit *Accursi ibi*, qui contraria soluit, & præuentio est ex conditionibus omninò incertis, & dubijs, ex propria natura conditionis, quæ nihil ponit in esse, *l. si quis fundum, D. de contrab. empt.* cum alijs, quæ cumulat *Tusch. lit. C. conclus.* 593. *num.* 1. *Paris. cons.* 19. *num.* 45. *vol.* 2. *Rol. à Valle cons.* 58. *num.* 18. *vol.* 3. *Carleual de iudic. disput.* 2. sub *num.* 943. & quia pendet ex lite, cuius euentus dubios esse, non est, qui non fateatur.

73 Est tamèn verum, quòd etiam in materia ista præuentionis recipi poterit, & practicari traditio *Rebuffi*, qui in *tract. de chirograph. recognit. art.* 1. *num.* 25. dicit, quòd quis cogi potest, & citari ad recognoscendum cedulam, & apocham antè tempus solutionis, & dùm pendet euentus conditionis, & sic dùm præuentionis iudicium vertitur, sine tamen præiudicio suo, vtpotè, quia iustè timetur de debitoris, aut præuentoris morte, vel quòd posset se absentare, hoc namquè, si opus fuerit, & timeatur, facta prædenrione aduersus apocham banci, nihilq; præiudicabit præuentori, poterit id mandare Iudex, qui tamen ab his cauebit, si quoquo modo præiudicium oriri posset, nam & *Rebuff.* ipse fatetur *ibi*, quòd talis recognoscens non debebit indè condemnari tunc ad garniendum, hoc est ad soluendum, vel continuandum solutiones, sed expectari debebit tempus, quo ex exitu negotij, & fine iudicij præuentionis, res clara fiat, & certa.

74 Nàm dùm pendet iudicium præuentionis, adeò expers est nouitatis iudiciũ istud, vt neq; is, qui præuenit, interim præiudicare poterit iudicio, & liti, si de alterius, quàm præuenientis præiudicio agetur, cùm enim præuentio importet ad minùs dilationem, intrat conclusio, quòd dilationi iam obtemptæ non potest renunciari in præindicium illius, cui aliquod ius fuit acquisitum ex tali dilatione, *Bart* & *Ias. in l. si arrogator, D. de adopt.* idem *Bart. in l. si post mortem*, §. *vlt. D. de bon pos. contra tabul.* & in *l. petente*, vbi hoc tradit quoq; *Bald.* C. *de tempor. in integr. restit. Bald. in l. postquã liti, C. de pact.* notat *Graff. de effect. Clericat. effectu* 1. *num.* 424.

Ex quibus itàdicebã in cõtingẽtia facti de prænẽtore, qui grauatus ære alieno, pẽdẽte iudicio, creditori præuento soluere volebat, & in alio, qui debitum instrumento nouo, & penes acta intendebat agnoscere, prætextu agnoscẽdi bonã fidẽ, dixi etenim, quòd si veritas debiti aliũdè non apparebat, quàm ex assertione præuentoris, & renunciatione litis, nequaquàm id erat eis permittẽdum, tùm quia præuentio saltèm constituit debitum illiquidum, & non potest debitor, quàmuis ruptus non sit, hoc est decoctus, debitum illiquidum facere liquidum, in præiudicium alterius creditoris, qui debitum liquidum habet, vt notat *Vinc de Franch. decis.* 523. *num.* 13. & *decis.* 524. *Surd. Reg. de ponte*, & *Molina*, de quibus *Ant. de Virg. de legit. person. cap.* 12. *num.* 28. qui articulum de debitore qui soluat, quando pecunia possit auocari, tractat per *totum caput* illud, prout & *D. Ricc.* fecit super *l. si pupillus, D. de his, quæ in fraudem credit. in collect.* 1241.

Itèm, quia ex quo dolus præsumitur ex omissione remediorum, *l. capitalium*, §. *incendiarij*, *D. de pœn.* notat post *Bald.* quem citat *Mangil. in tract. de euict. q.* 14. *num.* 29. poterat indè fraus fieri creditoribus ex renunciatione litis, & causæ, in qua Ego nõ semel consului, permittendum creditoribus, quòd assisterent liti, & iudicio quia collusio allegabatur inter litigantes, ex ratione *tex. in l. si suspecta collusio* 29. *D. de inoffic. testam.* iuncta *glos. ibi in ver. adesse*, in verbis illis, *item ideò potest adesse, nè colludatur*, & quandoquè mandandum, nè fierent istæ renũciationes, sub pœna nullitatis actus, incõsulta Magna Curia, aut Sacro Consilio, & Creditoribus inauditis, ex iuribus notis-

75 simis, tùm quia cùm tunc solueret, poterat dici, quòd soluebat antè tempus, & exindè fraudare creditores, quibus purè debebatur, quo casu posse alios creditores agere reuocatoria, ex *l. ait prætor*, §. *si eùm diem*, & ex *l. omnes*, in *fin. D. quæ in fraud credit.* notat *Roder. de ann. redit. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 2. qui quæstionem examinat de soluente antè diem, & prædicta Intelligit, quando tempus restans est notabile, non si modicum esset; Item, quòd antè tempus illud lapsum possint creditores reuocare pecuniam, vt commodum habeant, & recipiant interusuriũ medij temporis in solutionem, cedendum pro rata, & si tempus sit lapsum, aut propè lapsum, possit repetere interusurium pecuniæ ab eo, qui pecuniam

rece-

recepit, non simpliciter, sed quatenus creditor sit superlucratus, & factus locuples, nisi probetur, participasse fraudem, vel nisi fuerit in mora iniusta, & peruicacia, quo casu possit esse actio arbitraria, vt explicat *ibi Roder*.

76 Intelligo tamen prædicta, quæ applicaui in materia præuentionis, vt procedant, cùm de iustitia præuentionis desperari nõ oporteat, vt omninò probari possit, fieri solutionem animo, aut fraudandi, aut gratificandi aliquem, aliàs impediti non debet, ex ratione *tex. in l. destitisse* 10. *D. de iudic.* nolle in lite improba perseuerare illum, qui malam, vel à principio litis, vel ex interuallo præuentionis causam agnoscens, conscientiæ suæ consulere velit, & se liberare à tertijs, & interesse, quorum viso exitu præuentionis, futurus omninò debitor esset, vtcunq; enim multi extant, qui litigare malunt, quàm bonam fidem agnoscendo, debitum soluere, *l. ne gentes, D. de oblig. & action. l. minor* 40. *D. de minor. l. nemo* 28. *D. de verb. oblig.* à bono tamen viro, cui inxtà præceptum Christi Saluatoris conuenit dicere, *Ita, est Ita & Non Non*, priuati iuris debita non rectè denegantur, *l. 5. C. de diuers. præd. Vrban. lib.* 11. *Dec. in l non potest videri improbus, num. 2. de reg. iur.* & *Io Koppen in Rangersdorff. in decis. quæst.* 14. *num.* 3. vbi dicit, quòd debitores debita verè liquida abnegantes creditoribus, actione iniuriarum teneantur, qua ratione *Sext. Fest. Pompeius* ait, conficiari, esse creditũ fraudare, cui cõsonat *D. Isidor. lib.* 5. *etymolog. cap.* 26. dùm ait, quòd inficiatio sit rei debitæ negatio, cùm poscitur.

Qua etiam ratione optimo iure fit, vt nemo cogendus sit lites, aut accipere, aut prosequi, & exindè succumbere, aut expectare Cadmeam victoriam, quam ex annosis litibus contingere, inquit *Brisson. lib.* 10. *de verb. signif. verb. lis, f.* mihi 356. dùm eas execrandas, & fugiendas tanquàm execrabiles Pontifices nostri clamant in *cap. constitutione, §. statutum, de verb. signif. lib. 6.* qua ratione valere pactum, & renunciationem de re dubia, ad effugiendas lites factum à Prælato, & à Capitulo, etiam in præiudicium Ecclesiæ, dicit *Gemin. conf.* 129. *nu.* 3. *&* 4 *vers. prætereà*, & confessio Prælati, quæ non nocet Ecclesiæ, statutum est, vt noceat, si fiat ad euitandas lites, & super dispendio litis verosimili, apud *Anchar. conf. vlt. num.* 8. sunt namquè fructus litis, dispendia, & consumptiones, *l. si procurator, D. rem rat. hab.* ibi *eo, quòd litigat, quod consumit, quod aduocat, quòd damnatus soluit*, & notat *Anchar. loc.* cit. & ideò minor restituitur aduersus aditam hæreditatem, licèt non sit damnosa, quando habiturus esset lites, quæ dispendia causantur, vt post alios tenent citati apud *Tusch. lit. R. conclus.* 286. nàm & litigare dicitur damnum, & interesse, *l. minoribus* 25. *annis subuenitur, D. de minor.* obseruat *glos. in §. neq; tamen hæreditas, vers. nequè vllum, Instit. de auth. tut.* pulchrè *Alex. conf.* 34. *in fin. lib.* 3. vt omittam hoc *loco* referre, *Isocratem* in suo *Areopagitico* laudare Priscos Athenienses, quòd forum fugerint, nec illud ascẽderint, nisi coactè, & cum magno pudore, ità videri litigatores abhorrebant, & *Cic.* qui in *lib. de offic.* dicit (quod pro parte retulimus *c.* 1. *num.* 156.) virum bonum non debere in exigendo acerbum esse, sed æquum, & facilem, multa multis de iure suo cedentem, à litibus quantum licet, & paulò plus etiam, quàm liceat, abhorrentem, qui & damnat Siculam gentem, quòd esset natura proclinis ad lites, & iurgia, *Ammianus Marcellinus* vituperat Aegiptiorum genus controuersum, vt ait, & assuetudine perplexitatis litigandi lætissimum, vt hinc audiatur *Ouid.* qui cecinit:

Este procul lites, & amara præmia linguæ.

Atq; ex his omninò indubia manet (vt credimus) conclusio, quòd dùm pendet iudicium præuentionis, non solùm non debeat vrgeri præuentor pro tertijs præteritis, & decursis, antequàm moueretur iudicium præuentionis, sed nec pro ijs, quæ iudicio pendente decurrãt, si dictis in hoc dubio iungas, quæ dicta sunt in *principio quæstionis* huius de tertijs in genere.

SVMMARIVM.

77 *Præuentus an conseruari debeat in possessione, vel quasi exigendi tertias, in qua reperitur durante iudicio præuentionis, & n.* 80. 99. *& à nu.* 100. 105. *&* 109. *&* 114.

Et quid si incontinenti de iniustitia possessionis constet, ibid. num. 100.

78 *Solutio vera probatur per cedulas bancharias.*

Per confessionem emanatam à præuento-

re in libello prauentionis, in quo dicat, se soluisse tertias, ibid.

Et per præsentationem apocharum de recepto, ibid.

79 *Producens scripturam videtur confiteri omnia contenta in ea.*

81 *Possessorium an detur in annuis præstationibus, vel quasi tantummodò, & restitutio ad statum.*

82 *Turbato in possessione, vel quasi exigendi annuas præstationes cõpetit interdictum retinendæ.*

83 *Manutentio existenti in possessione, vel quasi exigendi annuas præstationes nõ impeditur ex oppositione nullitatis instrumenti, seù obligationis, vbi aliàs fuerint solutæ, donec de hoc fuerit iudicatum, & quarè, num. 84.*

Si tamen non vi, aut clàm quis reperiatur in possessione, vel quasi ibid.

Quàmuis super nullitate contractus, & census sit lata sententia pro nullitate, modò à sententia pendeat appellatio, ibid.

Manutentio in exactione pensionis non impeditur ex allegata illius nullitate, vel solutione non facta in vim literarũ reseruationis, ibid.

85 *Nisi tamen offeratur defectus, incontinenti probandus, & num. 100.*

Manutentio sub prætextu non iuris an, & quando impediatur, ibid.

86 *Manutentio datur etiam quòd quis possideat vigore contractus reprobati.*

Aut quòd aduersetur præsumptio iuris communis, ibid.

Quàmuis prætendatur iniustus possessor, ibid.

Manutentionis iudicium est summarijssimum, ibid.

In eo non requiritur alius titulus, sed sufficit sola possessio, ibid.

In eis factum, non ius versatur, attenditurquè simplex status, ibid.

Nec attenditur iusta, vel iniusta possessio, ibid.

87 *Consuetus soluere gabellam, cogitur illius solutionem continuare, nec potest ab illius solutione recedere, quàmuis de iure non teneretur.*

Pendente quæstione, si extincta sit per mortem concedentis concessio facta ad beneplacitum, non potest impediri continuatio solutionis contentę in instrumento concessionis, ibid.

88 *Exceptio vsuræ non releuat ad impediẽdam manutentionem, quamdiù super illa, & validitate contractus discutiatur.*

89 *Instrumento vtendi qui fuit in possessione, non potest impediri eius vsu per viã nullitatis.*

90 *Nullitas potentiùs operatur ab initio ad impediendum, quàm ex post facto ad resoluendum possessionem.*

91 *Iudex posset repellere instrumentum non faciens ad propositum, vel faciens ad propositum, sed ipso iure nullum, & quarè.*

Nisi tamèn instrumentum missum esset exequutioni, ibid.

92 *Donatarius an, & quando manuteneri debeat in possessione bonorum donatorum, non obstante pendentia litis, & nullitate donationis proposita per hæredes donantis, & num. 115.*

93 *Instrumentum minùs sollemne quàmuis non faciat fidem ab initio, facit fidem, si illud fuit quandoquẽ exequutum.*

94 *Legata cœpta solui ex testamento nullo debentur.*

95 *Electio si allegetur nulla, electi debent abstinere ab administratione, dùm pendet lis, si tamen cùm nullitas allegatur, non cœpissent possessionem.*

Capitaneus, cui obijcitur consanguinitas cum Barone, non remouetur lite pendẽte, si capta est possessio, quamuis allegetur inimicitia inter Baronem, & Vassallos, ibid.

96 *Vniuersitas si tempore litis motæ reperiatur in possessione capitulationis initæ cum Barone, interim non est turbanda in possessione, quicquid Baro prætenderet, etiã ex defectu assensus antè sententiam, ibid.*

Possessio transfertur ex actu etiam nullo, ibid.

Vti possidetis, ità possideatis lite pendente, nec permittitur quicquam innouari, ibid.

97 *Votum in electione præstare non potest impediri is, cui dùm votum præstaret, vitium aliquod opponitur, & quarè.*

98 *Lite pendente super matrimonij validitate, non prohibetur litigantibus copula carnalis.*

99 *Censum, qui retrò soluit, potest cogi, vt in solutione perseueret.*

An referat ad id, quòd solutio incontinenti possit iustificari, vel secùs, ibid.

100 *Manutentio denegatur proposita nullitate, quando nullitas est adeò euidens,*

& cla-

DVBIVM SECVNDVM.

Præuentus an poſſit exigere tertias decurſas antè iudicium præuentionis motum, vel eo pendente maturatas, ſi in poſſeſſione exigendi fuerit, vel quaſi tempore litis motæ, & an referat ad hoc, quòd ſolutio facta proponatur à tutore, vel procuratore, Itèm, quòd præuentio fiat ex cauſa, quę emergebat antè ſolutionem, vel quæ de nouo emergat.

77 LImitant nonnulli, quæ dicta ſunt in
dubio præcedenti, quoties qui præ-
uenit, ſoluiſſet tertias, antequàm inſtitue-
ret iudicium præuentionis, dicentes, cogi
debere præuentorem ad continuandum
ſolutiones iuxta inſtrumenrum, ſi præuē-
tus tunc reperiretur in poſſcsſione, vel
78 quaſi exigēdi annuas præſtationes, quod
probari conſtat, nedùm per cedulas ban-
charias, ex quibus probatur vera ſolutio
Bart. in l. ſolutionis, num. 1. D. de ſolut. Put. decif. 163. *vol.* 1. *Gratian. diſcept.* 187.
num. 46. *tom.* 2. ſed per confeſſionem à
debitore emanatam in libello præuen-
tionis, in quo dicat, ſoluiſſe tertias, aut in-
tereſſe, hæc etenim confeſſio probat ple-
nè contra confitentem, *l. cùm precum, C. de liber. cauſa, Capyc decif.* 71. & alij, quos
congerit *Gabriel. lib. 2. commun. concluſ. tit. de confeſſ. concluſ.* 4. præſertim *num.* 7.
79 *Gratian. diſcept.* 789. *tom* 4. itèm & per
præſentationem cedularum, quibus ſolu-
tio continetur, producens enim ſcriptu-
ram, videtur fateri omnia contenta in ea,
l. publia, §. vlt. D. depoſ. cap. cùm olim, de cenſib. Innoc. & alij in *cap. venerabilis, de except.* præſertim *Dec. num.* 22. *Bar. in l. poſt legatum, in princ. D. de his, quibus vt indign.* notat *Caeber. decif.* 39. *num.* 23. *Surd. decif.* 267. *num.* 1. *Menoch. lib.* 2.
præſumpt. 45. *num.* 1.
80 Fouetur ſententia iſtorum vltrà addu-
cta in *precedentibus*, quia cùm tempore,
quo iudicium mouit præuentor, præuen-
tus poſſideat, turbari videtur qui pręuen-
81 tus eſt, & hac ratione vti exiſtens in poſ-
ſeſſione, vel quaſi exigendi tertias (iuxtà
varias Canoniſtarum, & Ciuiliſtarum in
intellectu *cap. querelam, de elect.* ſenten-
tias de poſſeſſorio, quòd competat, vel re-
ſtitutio ad ſtatum, & quaſi poſſeſſio tan-
tùm pro annuis præſtationibus, quorum
numero ſunt *Sacrum Conſilium* apud
Afflict. decif. 395. præſertim ſub *num.* 4.
vbi fuit dictum, pro his non dari poſſeſ-
ſorium, ſed reſtitutionem ad ſtatum, &
diſputauit *Menoch. in remedijs poſſeſſor. tract. recuper remed.* 1. à *num.* 87.
Cùm tamen *Afflict.* ipſe ex *Cyno in l. ſi certis annis, C. de pact.* & alijs, poſſeſſo-
rium dari votauerit *ibid. num.* 8. & alij,
qui putent, quod nos putauimus in cauſa
Magnifici V. I. D. Io. Alphonſi Matthęi
Baronis Terræ Lętini, petentis, iudicari
cum eius Vniuerſitate, quòd reſtituere-
tur in poſſeſſione, vel quaſi, in qua repe-
riebatur exigendi annuas præſtationes in
memoranda die illa 7. Iulij præſentis an-
nis 1647. ius exigendi cenſum poſſideri,
vel quaſi, & hi ſunt *Ang. in l.* 1. in *fine princ. D. de acq. hæred.* & alii apud *Cenc. de cenſ. q.* 91. *num.* 9. *in nouis*) tempore,
82 quo cępta fuit lis à præuentore, erit ma-
nutenendus in poſſeſſione, vel quaſi, tur-
batoquè competit interdictum retinen-
dæ. *Bart. in l.* 1. *§. vlt. num.* 18. *D. vti poſſid.* & in *l. vnica*, §. 1. *num.* 3. *C. eod. tit. Alex. conſ* 92. *num.* 4. *lib.* 1. *Couarr. pract. cap.* 17 *num.* 3. *Menoch. retin. poſſeſ.* qui
multos cumulat *remed.* 3. *num.* 556. & *remed. vlt. num.* 15.
83 Et manutentionem exiſtenti in poſſeſ-
ſione, vel quaſi exigendi annuas præſta-
tiones non impediri ex oppoſitione nul-
litatis inſtrumenti, ſeù obligationis, vbi
aliàs fuerint ſolutę, donec de hoc fuerit
iudicatum, ſcribunt *Scacc. de appellat. c.* 2.
q. 19. *remed.* 1. *concluſ.* 5. à *num.* 20. *Steph. Grat. diſcept.* 113. *num.* 35. *Aloyſ. de Leo in l.* 1. *C. vt lite pend. ſub num.* 28. ſi ta-
men, vt ſubdit *Leo ibid.* non vi, non clàm
in dicta poſſeſſione, vel quaſi exigendi re-
periatur, *Ludou. Poſtius in tract. de manuten. obſeru.* 62. *num.* 2. qui *num.* 4. cen
ſet, hoc verum eſſe, quàmuis ſuper nulli-
tate contractus, & cenſus lata eſſet ſen-
tentia, ſi tamen ab ea penderet appella-
tio, ex *Rota decif.* 315. *num.* 1. *par.* 4. *diuerſ.* eadem *Rota* apud *Cenc. decif.* 210.
in *fin. decif.* 211. *num.* 3. & *decif.* 234 *nu.* 4.
& *ſeq.* vbi mouetur exemplo *num.* 5. *Poſtius*, quia nec impeditur manutentio in
exactione penſionis, ex allegata illius nul-
litate, vel ſolutione nō facta in vim litera-
rum reſeruationis, poſt *Veſtr. in pract. lib.* 3. *cap. vlt. Grat. d. cap.* 113. *n.* 28. 31. & *ſeq.* & *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 18. & 20 quibus addo *Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ. in* 22. *concluſ. num.* 157. & *tom.* 1. *Commentar. ad Conſtit. Franc. in tract. de ſent. prouiſ. nu.* 125.
84 Eſtquè ratio, quæ elicitur ex poſitis per

Post.ibid.num.3. quia non attenditur ex-
ceptio nullitatis census ad retardandam
manutentionem in illius exactione, ex
Grat.Scac.Rota,& Marches. quibus addo
Ludouis.decis.107.num.2. qui subdit ra-
tionem rationis num. 3. quia nimirùm
defectus respiciens proprietatem non
admittitur in hoc summarijssimo iudi-
cio,ex decisionibus Rotæ ibi relatis,qui-
bus & alias addit ibidem Oliuer. Beltram.
Additionator egregius lit. A. vbi dicit,
85 conclusionem procedere,etiam si offera-
tur defectus incontinenti probandus, ex
Surd.cons.93.num.7. & quòd non potest
impediri manutentio sub prætextu non
iuris, nisi constet de dicto non iure per
confessionem,vel per rem iudicatam, ad-
ductis ad id decisionibus Rotæ quamplu-
rimis,& secundùm prædicta vidi ego fuis-
se allegatum in causa magni momenti ad
instantiam Reuerendi Patris Scipionis
Cossæ in Curia Reuerendissimi Nuntij
Apostolici huius Ciuitatis cōtra Ill.Prin-
cipem Clusani, & ego habui doctrinam
pro absoluto in eadem Curia ad instan-
tiam Venerabilis Monasterij Sanctæ Ma-
riæ Termitarum contra Ill.Principē Casa-
lis Maioris, licèt primum Beltram.dictū
multifariàm duxissem explicādum, quod
patebit ex allegationibus, quas imprimi
curabo,si dederit Dominus infrà cap. 5.
de causis,ex quib.præuentio fiat, & ideò
non refero hic.
86 Et hinc dari manutentionem, etiam
quòd quis possideat vigore contractus
reprobati,notant Cas.de Graß.decis.4. de
causa pos. & propriet. Ricc.collect.1261,
quinimmò & illi,cui aduersetur præsum-
ptio iuris communis,tradit Innoc in cap.
cùm venissent,de restit. in integr. Abb.in
cap.1. num.8.vt lite pend.Capyc.dec.189.
Couar.d.cap.17 num.5.Menoch d.remed.
vlt.num.21. quamuis prætendatur iniu-
stus possessor, cap.in literis,de restit. spol.
l.qui cœtu, § si de vi, D. ad leg. Iul. de
vi publ. Caputaq. decis.221.par.2. Rota
apud Post.decis 74.num.3.Gratian.d.cap.
213. à num.29. & à nu.35. & discept.208.
num. 24. quia in hoc iudicio manuten-
tionis,quod est summarijssimum, vt di-
cit Cenc.de censibus q.91. sub nu.22. vers.
hic enim sumus in iudicio summarijssimo,
non requiritur alius titulus,sed sufficit so-
la possessio,prout considerat Anna cons.
20. à num. 26. Ludouis.decis.9.num 9.&
decis.275.num. 12. & quia in his factum,
& nō ius versatur, attenditurquè simplex
status, Reg.Galeota lib 1. contr.9.contr.
52.num.33.& contr.81. num.10.& n. 15.
Nouar.de grauam.Vasall.tom.2.prælud.
1.& quòd ad id non attendatur iusta,vel
iniusta possessio,notant Monach. dec.Bo-
non.36.Iacob. Cancer.var. lib.3. cap.14.
num.40 & D.Reg Rouit.cons.73.num.19.
87 lib.1. vbi dicit,quòd consuetus soluere
gabellam,cogendus est illius solutionem
continuare,& quòd non potest ab illius
solutione recedere,quamuis de iure non
teneretur, nam stante possessione exigē-
di,lite durante nō cadit inspectio, & exa-
men, idquè videtur fuisse consultatum
per Regiam Cameram in casu relato per
eundem Reg. cons.39. cùm paulò antè
num.1. vers. & demùm refert,fuisse dictū,
quòd pendente quæstione, si extincta
per mortem concedentis esset concessio
facta ad beneplacitum, non poterat im-
pediri continuatio solutionis contentæ
in instrumento concessionis.
88 Hinc quòd non releuet exceptio vsu-
ræ, quandiù super illa,& validitate con-
tractus discutiatur, firmat Gregor. XV.
decis. 107. num. 2. & Rota in Romana
manutentionis, seù pecuniaria coràm B.
M. Vbaldo, penès Post. decis. 182. post
tract. de manutent.
89 Et secundùm hæc, quòd qui fuit in
possessione vtendi instrumento non pos-
sit impediri eius vsu per viam nullitatis,
probat Io. de Amic. cons.150. & ex alijs
Ruginell. pract. quæst. 19. n. 2. qui idem
repetit ibid.num.7. vbi reassumptis opi-
nionibus contrariis circà impediendam,
vel secùs exequutionem instrumēti pro-
pter nullitatem intētatam dicit, multum
referre, an instrumentum fuerit aliquan-
do exequutum, vt tunc procedat opinio
negantium, & debeat præualere opinio
affirmantium, si nunquàm instrumentum
habuit exequutionem, addens rationem
90 discriminis,quia nullitas potentiùs ope-
ratur ab initio ad impediendum, quàm
ex post facto ad resoluendum possessio
nem, ex traditis per Scribentes in l.1.§. si
vir, D.de acq. poss.& obseruat Tiraq.in
tract.de constit poss lim.7.nu.4. & Osasch.
decis. 34. num.8. suntquè ad hoc suaden-
dum nonnulla in iure, quorum aliquot
91 recensuit Ruginellus,præsertim quia Iu-
dex posset repellere instrumentum non
faciens ad propositum,vel faciens ad pro-
positum,sed ipso iure nullum, vt per Al-
bam cons.217.num.6. eo, quòd tunc ha-
beatur, ac si nunquàm fuisset celebratū,

l. eius, qui in prouincia, *ff. si cert. pet.*
Calcan. conf. 18. *in princ. Dec. in l. quod*
initio, D. de reg. iur. hoc tamen ab initio
procedet, non quando instrumentũ iam
missum esset exequutioni, tunc enim quã-
diù de validitate instrumenti disputatur,
non est quis sua possessione priuandus, vt
docent *Canon. in cap.* 1. *vt lit. pend.* & ità
92 fuisse decisum per Sacrum Consilium ad
fauorem donatarij, vt manuteneretur in
possessione bonorum donatorum, non
obstante pendentia litis, & nullitate do-
nationis proposita ad instantiam hære-
dum donantis, refert *Anna singul.* 156.
93 Pro quo facit, quia quamuis instrumẽ-
tum minùs sollemne fidem non faciat ab
initio, si tamen illud fuerit quandoq; exe-
quutum, faciet fidem, vt *Beccius* notat
conf. 104. *num.* 26. *lib.* 1.
94 Et legata cœpta solui ex testamento
nullo, deberi inquit *Tusch. lit. L. conclus.*
51. *num.* 1. post *Anchar. in l.* 2. *C. de fidei-
com.* & Ego consului in causa propria, licèt
articulus non sit hucusquè decisus.
95 Confertq; quod scribit *Reg. Rouit. in
prag.* 2. *de admin. Vniuers. nu* 43. vbi no-
tat, quòd si electio allegetur nullitèr fa-
cta, electi debent abstinere ab admini-
stratione lite pendente, ex *Præs. de Fran-
ch. decis.* 419. *num.* 1. si tamen cùm nul-
litas allegatur, non cœpissent possessionẽ,
quia si eã cœpissent, non deberent absti-
nere, post *Bouadill. lib.* 3. *polit. cap.* 8. *nu.*
57. & *Gabed. decis. Lusit.* 112. *par.* 1.
Facitq; ad hæc notabilis *Decisio Vinc.
de Franch.* 264. de qua *D. Reg. Sanfelic.
decis.* 63. *sub num.* 42. de Capitaneo, cui
opponitur consanguinitas cum Barone,
nam si reperitur capta possessio, non re-
mouetur lite pendente, quàmuis adesset
inimicitia inter Baronem, & Vasallos.
96 Et quod aduertit idem *Reg. Rouit. in
pragm.* 1. *de priuileg. Vniuers. num.* 17.
scilicèt, quòd si tempore litis motæ Vni-
uersitas sit in possessione, seù quasi Capi-
tulationis initæ per Baronem, interim
non est turbanda in possessione, quæ trã-
fertur ex actu, etiam nullo, *l.* 1. §. *si vir
vxori, D. de acquir. poss.* quicquid prætẽ-
dat Baro aduersus Capitulationẽ, etiam
ex defectu assensus, nisi præcedat iudiciũ,
& declaratio nullitatis per sententiam, ex
Andr. in cap. Imperialem, §. *illud, col.* 5.
vers. item quæritur, à *num.* 68. vsquè ad
num. 75. *de prohib. feudi alien. per Feder.
Anna in Constit. Constitutionem Diuæ
Memoriæ, num.* 271. *vers. sed licèt*, quia
lite pendente, inquiunt iura nostra, vti
possidetis, ità possideatis, neq; permitti-
tur quicquam innouari, toto *tit. D. nil
nou. appell. pend. & extrà vt lite pend.*
quod & in consimili casu Capituli con-
cessi per Baronem Vniuersitati Casula-
rum sine assensu, consuluit *Anna*, qui ità
refert iudicatum *alleg.* 84.
97 Nàm & is, cui dùm votum præstaret in
electione opponatur aliquod vitium,
propter quod eligere non potest, nequè
votum in electione præbere, non debet
impediri votare lite pendente, ea ratio-
ne, quia est in quasi possessione votandi,
& eligendi, *Bald. in l. alienationes, D. fam.
ercisc.* quem refert, & sequitur *Auendan.
cap.* 19. *prætor. num.* 22. in *fin. lib.* 1. &
iterùm *num.* 25. in *fin.* & *Azeued. in l.* 2.
num. 12. *tit.* 7. *lib.* 3. *recopilat.*
98 Prout nec pendente lite super matri-
monio, putà, quia contrahentes consan-
guinei sunt, prohibetur litigantibus co-
pula carnalis, *Couar. in epitom. de spon-
sal.* 2. *par. cap.* 8. §. 1. *n.* 4. *Azeued. loc.* cit.
num. 11.
99 His argumentis suadetur, quod deci-
sum retulit *Rebuff.* citatus *num.* 9. & *Gu
tier. de iur. confirm par.* 1. *cap.* 2. *sub n.* 23.
vers. quintò potest saluari, ibi *Sic etiam
si instrumentum continens annuas præ-
stationes*, & *num.* 29 admonuit *Aym.
Crau. conf.* 211. cùm *num.* 11. *lib.* 2 admo
nuit, quod is, qui retrò censum soluit,
possit cogi, vt in solutione perseueret,
ijsdemq; medijs sequitur *Benedict. Bon.
de censib. art.* 76. *num.* 109. estquè dictum
originale *gl. in can. seruitium* 12. *q.* 2. quæ
dixit hoc verum, non habita aliqua ratio-
ne, an nullitas possit, nec nè incontinenti
iustificari, quam *glos. ibi* amplexatus est
idem *Bon. art.* 65. *num.* 98. qui adeò
hoc putat esse verum, vt consulat eo in
casu, vtile esse facere solutionem cum
protestatione iurium suorum, per *glos.*
quam citat in *c. volumus* 16. *q.* 4.
100 Ego verò quamuis vera putem atten-
to iure communi Romanorum, quæ di-
cunt citati iuris Interpretes, si pauca
quædam excipias, & præsertim quæ retu-
limus de iusta, vel iniusta possessione, si
tamen turbida non sit, & incontinenti
constet de iniustitia possessionis, vel qua-
si, vtpotè qui putauerim semper, quòd
quando nullitas est adeò clara, & euidẽs,
vt non indigeat probatione, allegatio
nullitatis omninò retardare habeat mã-
datum de manutenendo, vt in terminis

census tenuit *Cene.* qui multos refert in *tract. de censib.* in nouissima impressione, *q.* 82. *num* 9. & *q.* 91. *sub num.* 22. præcipuè in *vers. cæterum sicut*, & in simili materia obligationis Cameralis *Zacch.* ad *Galles. de oblig. Camer q.* 3. *n.* 2. *& seq.* & in terminis affictus rei Ecclesiasticæ vltra triennium absq; beneplacito Apostolico *Rota in decis.* 215. *nu.* 15. *& seq.* apud *Post.* idem in terminis donationis sine sollemnitatibus statutarijs, & insinuatione, tenuit eadem *Rota in Romana donationis de* Capranica, apud eundem *Post. decis.* 63. & *decis.* 254. & quòd manutentio denegetur, si allegetur, solutionem retrò factam fuisse ex errore, qui euidens esset, & euidentèr appareret, quòd causa, & titulus, propter quem fuit facta solutio, sit vitiosus, notant *Vasqu. Menoch. Roder.* & *Feder. Martin.* apud *Cene. de censib. q.* 81. *n.* 38. & de voto, de quo *num.* 97. quod si defectus sit notorius, & propter eum quis ipso iure priuaretur potestate votandi, vt tunc votare non possit etiam lite pendente, scribit *Azeued. ibid. sub num.* 12. post *Ripam de peste par.* 3. *num.* 193.

Censeo, attento iure *Rituum* nequaquam esse admittendam limitationem, quam aptant nonnulli contra præuentorem, sub prætextu, quòd præuentus sit in possessione, vel quasi exigendi annuas præstationes, tùm quia *Ritus* de hoc nihil habet expressum. sed simplicitèr iubet, supersederi in causa, donec finiatur iudicium præuentionis, vt in *Ritibus* suprà citatis, & cùm lex indistinctè loquitur, vt dictum quoq; est *num.* 53. debet accipi, & intelligi indistinctè, prout loquitur, tùm quia præuentio, vt dictum est *alibi*, reddit fidem instrumenti dubiam, vndè, vt diximus quoq; *cap.* 1. *q.* 5. *n.* 109. insurgit nõ liquiditas, quam excludẽdam diximus esse, vt instrumentum exequi possit, & debeat *q.* 3. hoc *tit. sub nu.* 95.

101 Nec obstat, quòd hoc attento *Ritus* corrigerent (quod in dubio non præsumitur) ius commune Romanorum, per quod *Cæsares Antoninus, & Seuerus* censuerunt, debere cogi ad continuandũ solutionem vsurarum, & qui eas longo tempore præstitisset, & cuius patrem, aut Dominum præstitisse probaretur, vti *Papinian.* retulit in *l. cùm de in rem verso* 6. *D de vsur.*

Aut quòd hoc debeatur inductæ Consuetudini in soluendo, vt vel iniustitia arguatur in præuentore, qui negat continuare solutionem, vel ideò cogendus sit continuare, quia solutione partis tertiarum debitum agnouisse, ità dici debeat, vt & reliquum debeat exbursare.

102 Quandoquidèm respondetur, nullatenùs corrigi ius Romanorum, si sensus hic noster attendatur, nam diuturnam præstationem non esse validam ad confirmãdam obligationem inualidã, Leontio rescripserunt *Diocletianus, & Maximianus Imperatores in l. si certis annis* 28. *C. de pact.* præstationemq; temporalem non esse modum obligationis validandæ, notat *ibi Bald.* qui bonam rationem allegat, quia nimirum præstatio regulatur à causa, à qua descendit, non verò à præstatione.

103 Et quod dictum est de continuando consuetam solutionem, quàmuis indè quoq; sustineri possit, quòd vt *Cuiac.* ait in *d. l. cùm de in rem verso, D. de vsur.* quam explicat *lib.* 19. *quæstionum Papiniani, col.* mihi 663. antè *literam D.* præstatio vsurarum idoneum argumentum est debitarum vsurarum, multosq; pariat effectus longa præstatio sortis, vel vsurarum, præsertim vt inducat tacitum pactum, vt ex specie *l. qui semisses, D. de vsur.* & *l.* 5. *&* 8. *C. eod. tit.* videre est de eo, qui cùm maiores vsuras promisisset, & aliquot annis præstiterit minores, tacitè videatur conuenisse, vt maiores non expostulans, minores exigere deberet, iuxtà quod fuit decisum per Sacrum Consilium in causa Ducis Acheruntiæ cum Duce Sancti Donati, apud *D. Capyc Latr. decis.* 27. Item, vt præbeat presumptionẽ, & argumentum certissimum obligationis, si de ea dubitetur, nec debitorem fuisse adeò supinum, vt mihi diù præstiterit indebitas vsuras, vt *ibid.* obseruat *Cuiac. col.* 662. *lit. B.* qui & alium addit effectum, quòd scilicèt semel facta præstatio, vel partis præstatio obligationem corroboret, quia extinguat exceptionem SenatusConsulti Macedoniani, qui enim vltrò soluit, cùm esset tutus exceptione S.C. Macedoniani, videtur renunciasse exceptioni *l.* 9. *§. suprà, D. ad Macedon. l.* 4. *C. eod. tit.* cuique similis dispositio in *l.* 4. *C. de non numer. pecun.* vt extinguat etiam exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, nam si cœpi soluere, postea non possum allegare, pecuniam non fuisse mihi numeratam, & notat *Roder. de ann. reditibus lib.* 1. *q.* 15. *num.* 16. vbi

ait,

ait, quòd soluens ex interuallo partem
mutui confessi, censetur confiteri mutuũ,
nedùm respectu partis solutæ, sed etiam
totius, ità quòd in totum excludatur ex-
ceptione non numeratæ pecuniæ, quod
& *Rebuffus* notauit ad *Const. Gall. in*
tract. de chyrograph. recogn. art. 2. n. 57.
104 Nihilominùs non mutat sententiam
nostram, quia veriùs erit omnimodò, vt
cùm nulla subest obligatio, nec ex præsta-
tione annorum aliquot aliqua duci possit
obligatio, vt elegantèr aduertit *Cuiac.*
ibid. col. 661. in *fin.* & *col.* 662. antè *lit. B.*
vbi subdit, non constituere obligationẽ,
quæ non fuit initio, consuetudinem pen-
sitationis indebitæ non constituere de-
bitum, vt qui præstitit antè, & deinceps
posteà præstare cogatur quasi obligatus,
idq; probatur ex *text. in l. vlt. C. ne vxor*
105 *pro marito*, vbi si pater, qui pro pupillo
non obligatur, nisi de peculio, & alijs
actionibus prætorijs, cœperit vltrò solue-
re debita quædam pupilli, non ideò obli-
gatur & reliqua debita soluere, prætextu,
quòd cœpisset, nec quia hæres legata
quædam præstiterit sine detractione fal-
cidiæ, obligabitur cætera præstare sine
deductione, *l.* 15. §. *non idcircò, ff. ad leg.*
Falcid. l. in imponenda 6. in *fine, C. eod. tit.*
nisi tamèn consultò hæres soluerit absq;
detractione, ità enim iuxtà *l. cuius, ff. de*
reg. iur. leges antiquæ conciliandæ erunt
cum *auth. sed cùm testator, in* §. *si hæres*
quadam legata, cum corpore, vndè sũ-
pta est *lex sexta, C. ad leg. falcid.* vt vi-
dit *Roderic. d. q.* 15. *num.* 17. quàmuis ipse
antynomiam non nouerit, neq; notarit,
quod & *Cuiac.* omisit, prioris sententiæ
tantummodò assertor in *d. l. cùm de in*
rem verso, in *fin.*
106 Rursùs non obstat, quòd soluens ex-
pressim ex causa reditus à se debiti fate-
tur, reditum deberi, immò plusquàm
fatetur, quia de facto soluit, & hinc vi-
deatur statim damnandus, qui postmo-
dùm præuenit, quasi quòd absquè alio
termino res clara euadat ex articulo iu-
ris, quia confessio causata, parte præsen-
te, & acceptante, & si facta extrà iudicium,
probat, *l. publia*, §. *fin. D. depos. l. cùm*
de indebito, §. *vlt. D. de probat. l. genera-*
liter, C. de non numer. pecun. l. vnica, C. de
confess. cap. super, & *cap. ex parte, de*
confess. idquè videatur sufficere, præser-
tim in possessorio, cuius respectu non
impedit allegatio erroris, vt probat *Fede-*
ric. Martin. de iure cens. cap. 7. *à num.* 89.
& *Cenc. de censib. q.* 81. *num.* 39. interim
etenim quòd error probetur, fundata vi-
detur intentio creditoris in iure reditus,
etiam ex vnica solutione, vt aduertit
Roder. loco cit. sub *num.* 11. per *l. plures*
apocis, C. de fide instrum. at iterùm sub
num. 20. & 21. vbi longius tempus re-
quirentes adducit ex *Mascardo, Redoa-*
no, & alijs *ibi* relatis de vnica solutione,
si sufficiat etiam ad inducendum tacitum
pactum, vel opus sit triennio, non tamen
ad præscribendum, ad quod decẽ annos re-
quiri, dicit *Cuiac. in d. l. cùm de in rem, col.*
662. sub *lit.* C. & *Cenc. d. q.* 81. post *n.* 15.
107 Nam respondetur, non semper verum
esse, quod dicitur de soluente, quòd cõfi-
teatur, ità quòd sibi præiudicet quoq; in
futurum, cum namq; solutio non est, vt
solet à cautis Procuratoribus Monaste-
riorum procurari, apud *Bal. Salyc.* & alios
in *d. l. si certis annis*, ille *col.* 3. hic *col. fin.*
in exigendo census rerum emphyteuti-
cariarum, vel censuariarum) recognitio
formalis alicuius iuris successiui, sed sim-
plex vnius, aut plurium terminorum so-
lutio, neq; respiciat directò totum ius,
aut tendat principalitèr ad obligandum
in futurum, sed respiciat vnum terminum
elapsum dùmtaxat, ad exonerandum à
certa prætensa, & præterita pensione
soluentem, vt optimè rem explicãdo ad-
uertit *Roder. d. q.* 15. sub *nu.* 24. qui *n.* 27.
subdit, quòd ipsa simplex solutio, quan-
rumcùnq; causata, aut eius instrumen-
tum probat, reditum enunciatum debe-
ri, quantùm ad vim, & effectum solutio-
nis, non verò debitum pro cęteris solu-
tionibus, ad hoc vt creditor possit agere,
& exigere possit prætextu confessionis
implicitæ in solutione facta, idq; mihi du-
plici medio probatur, quorum alterũ de-
scendit à prædictis, quia actus solutio-
nis non est factus, nec ordinatus ad hunc
finem, quod est, quod voluit dicere *Bald.*
Salyc. Rimin. & *Alex.* apud *Roder.* sub
d. num. 27. vbi inquit, ex præstatione non
induci confessionem, sed præsumptionẽ,
quòd ille, qui soluit, credidit, causam esse
veram, non quòd inducat deliberatam,
& iustã confessionem, per se principalitèr
factam ad finem recognitionis totius iu-
ris in se, quia non hoc agitur, sed solùm
indè resultat persunctoria, incidens, &
minùs deliberata confessio, non propter
se, nec ad finem præiudicandi perpetuò
super toto iure facta, sed solùm ad finem
præiudicandi super isto actu momenta-

108 nex solutionis, vndè non præiudicat super toto debito, alterum est, quia cùm ex solutione indebiti resultat tantummodò argumẽtum donationis, vulg. *l.cuius per errorem, de reg. iur.* & liberalitas hæc eam recipere debet interpretationẽ, inquit in proposito *Alciat. in d. l. si certis annis, num. 3.* vt quàm minimo soluenti damno constet, *l. Diuus Pius, D. de reg. iur.* nec vlteriùs facta existimatur, quàm ex actus gesti necessitate inducatur, *l. 1. §. si quis hoc interdicto*, vbi *Bar. D. de itin. actuq; priu.* gestio ipsa solùm eius, quod iam solutum est, donationem infert, & præiudicium arguit, non eius, quod futurum respicit, *l creditor, C. de vsur. l. quod de bonis, §. non idcircò, D. ad leg. falcid.*

109 Vndè infertur, perperàm dubitasse, qui credunt, in materia, de qua loquimur præiudicium fieri præuentori quòad continuandum in solutione, quòd cesserit dies solutionis, eo ipso, quòd semel in tempore statuto solutæ fuerint tertiæ, vt indè prohiberi quoq; possit præuenire, ex practica, quam retulimus *cap. 1. num. 31.* qua mandatur, supersederi in præsentatione instrumenti, dummodò non cesserit dies solutionis, quod examinabimus quoq; *cap. 3. de temporibus præuentionis instrum.* vt *ibi* promisimus.

Quandò etenim demus, praxim istam esse retinendam, quod omninò negamus, non quia semel fuit facta solutio tertiarum, totum ius debiti inficitur, & pro annis futuris, quasi quòd sit vnicum debitum, sed diuidatur quotannis, sitquè tempus adiectum, non solutioni, sed quãtitati, vt scilicèt appareret, quantum, quiduè quolibet anno esset soluendum, vt de canone emphyteutico dici solet,

110 quòd non propterea, quòd vno anno non soluitur, res incidit in commissum, sed integrum triennium sit expectandũ, apud *Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 84.* sub *num. 10. vers. tertius est casus*, & alios, quos cumulo *alibi*.

111 Et demùm non obstant omnia prædicta, quia procedunt, cùm nullitas proponitur per viam exceptionis, & dùm agitur exequutiuè vigore instrumenti publici, & liquidi, vel obligationis Cameralis, & vt nos dicimus, pœnès acta, non verò cùm vti est in iudicio præuentionis, nullitas instrumenti proponitur per viam actionis, agendo principalitèr, & via ordinaria ad nullitatem, hæc namquè ità differunt etiam in sententia Aduersariorum, vt primo casu non esse supersedendum in exequutione, & secundo, quòd debeat supersederi, & denegari mandatum de manutenendo, tenuerunt quamplures, quos recenset *Cenc. de censib. d. q. 82. num. 6.* & latiùs addita germana articuli, eiusq; decisionis ratione in *q. 91. num. 22.* præsertim in *vers. in dicto verò artic. primo.*

112 Vndè infertur, cauendum esse ab ijs, qui credunt, quòd petita exequutione instrumenti per creditorem, possit à debitore præueniri per viam oppositionis, & exceptionis, quorum numero sũt *Giurb. decis. 100. num. 3 & 8.* qui distinguit, præuentionem, quæ fiat per viam actionis, & aliam, quam fingit per viam exceptionis, quasi quòd duplici hoc modo præueniri possit, & primo præuentio impediat liquidationem instrumenti, secùs si secundo modo fiat, & *Anton. de Virgilio*, qui in *tract. de legitim. person. in prælud.* sub *num. 107.* dicit, quòd quis excipiendo dicitur præuenire, confunduntur etenim ex proprietate verbi *præuenire*, quod, vt diximus *cap. 1. num. 30. & n. 84.* dicit, venire antequàm quis conueniatur, qua ratione nulla datur præuentio, in qua qui præuenit, non agat, & prior agat, vti monstrauimus hoc *tit. q. 1. num. 33.* & exindè nullus considerari potest effectus in præuentione, cuius existentia negatur.

113 Et hac etiam ratione cauendum erit à *Cencio*, qui in *d. tract. de cens. q. 95.* sub *num. 31.* postquàm confutauerit *Giurbæ* distinctionem, quam scripsit *loco* nupèr cit. fundataquè opinione, de quam fumus tutati *q. 1.* hoc *tit.* de impedienda exequutione instrumenti propter præuentionem, præsertim ex Authoribus, qui loquuntur de iure communi Romanorum, relatis *ibi num. 66.* quibus addendus est *Cenc. d. nu. 31.* vt conciliet, quod *Giurb.* scribit, dicit, se existimare, *Giurb.* loqui, quando fuit præuentum in iudicio exequutiuo, vt nimirùm tunc non debeat suspendi per iudicium ordinarium super nullitate instrumenti, & quòd aliud sit, vt se ipsum loqui protestatur, quando fuit præuentum in iudicio ordinario super nullitate.

Si etenim non reincidit distinctio *Cencij* in distinctionem *Giurbæ*, quam improbat, vt scilicèt diuerso iure censeri debeat præuentio quòad effectum suspẽdendi exequutionem instrumenti, si fiat per viam exceptionis, aut per viam actio-

nis,non video, quomodò præueniri vno modo possit in iudicio exequutiuo,alio verò in iudicio ordinario, vt vno,vel altero modo facta præuentio, impediat, vel non impediat exequutionem instrumenti,fit namquè præuentio contrà iudicium exequutiuum, & sic contrà exequutionem instrumenti, sed via, & iudicio ordinario semper, & nunquàm iudicio exequutiuo,nàm non inuenio iudicium præuentionis,quòd sit exequutiuũ, & non ordinarium, quòdq; propterea alio modo,& breuiùs possit effingi,quàm vt processus ordinario iudicio, modo, & via compiletur, quarè in eo non rectè procedet, qui petierit, impartiri terminum breuem, cum decreto,quòd *capiatur summariè informatio,testibus pro citatis*,quod probatur, quia terminus in causa præuentionis dari debet, vt ex *ritu* 189. diximus *cap.*1.*num.*45. licèt ille breuis esse debeat,vt diximus *loco* cit.ex eodem *Rita*.

Vndè infertur ad confirmationem eorum,quæ diximus hoc *tit.q.*2. à *num.*62. quia in causis ordinarijs condemnatio non potest fieri in alio,quàm in eo,quod sit petitum, *l. fin. D. de fideicom. libert.* notat *Anton.de Butr.in cap.examinata* 15. sub *num.* 22. *de iudic.* & *Scaccia de appellat.q.*11. sub *num.*33. *vers.contraria opinio*, qui subdit rationem, quia in quo non fuit facta contestatio litis, nō potest ferri sententia diffinitiua, cùm contestatio litis sit fundamentum iudicij.

Talitèr ergò facta præuentio semper, & omninò impediet exequutionem instrumenti, & non alitèr.

114 Vt hinc concludi oporteat, debere semper,& in omnem euentum expectari, quòd lis,causa,& iudicium præuentionis finiatur,& interim supersederi debeat in exequutione instrumenti, iuxtà *Ritus* M. C. V. sępiùs allegatos, quàmuis allegaret præuentus,se fuisse,vel esse in possessione,vel quasi exigendi.

115 Quicquid velit aliquis ex scriptis à nobis *q.*1.hoc *tit.* sub *num.* 109. & *q.* 2. sub *num.*2. in quo tantùm rem examinari hoc *loco* voluimus, quam expedijmus ex dictis.

Et iterùm quicquid inferat decisio relata per *Ann.in sing.*156. cum alijs citatis suprà in articulo simulationis instrumenti, *num.*11.nàm non desunt eiusdem Sacri Consilij decisiones,quibus suspensam vidimus possessionem,vel quasi exigendi annuas præstationes ex instrumēto donationis, quotiès in qualibet parte iudicij apparuit,ius non fouere, qui se possidere allegabat, occurritq; decisio, quæ exijt, me patrocinante,in causa Beatricis,& Neuicatæ sororum de Paira,cum Abb. Gulielmo Formica,referente *Dom. Tassono* Iudice M.C.V. in banca Constātini, nàm cùm sorores illæ habuissent donationem a Iulio de Paira ducatorum 1050. quos habebat emptos super Vniuersitate Terræ Aliani, & asseruisset Iulius,se gessisse tutelam illarum,eosquè cedere,vt indè sumerent alimenta, ac ob exonerationem eius conscientiæ, quòd sciret, se esse debitorem pupillarum in maiori summa, & prætendisset Abbas Guglielmus, donationem illam esse simulatam,& è contrà Sorores,quòd pendente iudicio inualiditatis donationis,& simulationis erant manutenendæ in possessione,seù quasi exigendi vigore instrumenti donationis, adducta præ cæteris allegata decisione, relata per *Annam*, quia tamèn fuit præsentatum laudum factum inter hæredes dicti Iulij donantis super tutelæ administratione,& dictas Sorores, ex quo apparebat,pupillas potiùs esse debitrices tutoris, quàm creditrices,Sacrum Consilium nulla habita ratione decisionis allegatæ per *Annam*, & consimiliū latarū in articulo simulationis,aut fideiussionis, quæ offerebatur per illas de Paira in casu retractationis decreti,& succumbentię, censuit,quòd audiantur partes, & interim Vniuersitas Terræ Aliani nemini soluat,sed faciat depositum,de anno 1636. in aula D. Petri Antōnij Carauitæ,Regij Consiliarij ingeniosissimi.

116 Erit tamen aduertendum,in partibus, aut casibus, in quibus contrarium forsasè statuatur,possessionem,seù quasi exigendi non causari, nisi contrà eum,qui cùm sui iuris esset, proprium solueret debitum,& talis esset, qui posset constituere recipientem in possessione illa, vel quasi,sicquè propterea secùs, quotiescūquè quis alienum debitū soluisset,quàmuis per longissimum tempus, nomine alieno,hoc etenim in casu possessionem, vel quasi non suffragari,aut acquiri quòad annos in futurum decurrētes, resoluit *Rota* coràm *R.P. Merlino* in vna Fanensi exemptionum 26.Ianuarij 1622. quam decisionem retulit *Post.* post *tract. de manut.in decis.*433.*num.*5.& refert *Cenc.*

*d. q.*81. sub *num.*15. *verſ.nequè tamen ſufficeret*, quibus in *locis* inquiunt, fuiſſe reſolutum,quòd ſolutiones cenſuum factæ Epiſcopo per plures annos à Rectoribus cuiuſdam Eccleſiæ non potuerunt conſtituere Epiſcopum in quaſi poſſeſſione exigendi cenſum ab Abbate,& Canonicis titularibus illius Eccleſiæ.

117 Aduerto itèm,in ſupradictis partibus, aut caſibus permittendum eſſe præuentori,qui decreto Iudicis coactus eſt ſoluere,pendenre iudicio præuentionis,condicere ſummas tertiarum, ità ſolutarum, præſertim ſi errore facti aliquem ſoluiſſe proponas,non iuris,ità namquè *Gordianus Auguſtus Meſtriano* reſcripſit in *l. error facti 9. C.ad leg falcid.* & ſecundùm iſta,& ex traditis in *l.diſſoluta* 2.*C.de condict ex lege* dixi in cauſa prædictarnm Sororum de Sgambato in Sacro Conſilio contrà Anellum,qui obtinuerat,quòd lite pendente manuteneretur in poſſeſſione, vel qnaſi exigendi, licèt articulus non fuiſſet deciſus, & cauſa non potuiſſet habere dubietatem, ſtante cautione præſtita de reſtituendo quantitates, quę fuerant liberatę ad omnem ordinem S.Conſ.ſeù Magnificæ cauſæ Commiſſarij.

118 Quicquid ſemota obligatione,& cautione de reſtituendo putent nonnulli ex doctrina *Rebuffi*,qui ad *Conſtit. Gall. tit. de reſciſſ. contr. in præfat. num* 59. dixit notādum,quòd in caſibus,in quibus reſcindi poteſt contractus, immò ſi, & is nullus ſit, retineri res poteſt in conſcientia, donec contractus declaretur nullus, ex *Panorm.in cap. quia plerìquè, de immun.Eccleſ.* & quòd ideò lucratur quis fructus antè litem conteſtatam, ex *l.cùm fundus, D ſi cert pet.* exquè ijs,quæ dixit idem *Rebuffus* in *locis* per eummet *ibi* citatis, teſtans,ideò in Regno Franciæ Iudices non ſolere condemnare ad fructus, etiam ſuper contractu nullo,niſi à die litis conteſtatæ.

Quàmuis etenim nullo in loco *d. c. quia plerìquè Panormit.* meminerit de fructibus,& Ego credam,procedere doctrinam præcirarornm, cùm contractus reſcindi poteſt,iſquè ſit nullus, ſed de reſciſſione,aut nullitate non conqueratur,qui tenetur ex contractu, & ſit aut ignorantia,aut dubium probabile ex parte recipientis,alioquin ſemper teneretur, qui recipit ex contractu nullo,aut ſubiecto reſciſſioni,teſtituere,quod exindè reciperet, ex poſitis per *Panorm.loco* cit. *num.*15. & *num.*28. & ſub *num.*34.

Mota tamèn lite, eaquè præſertim cōteſtata,quia vtrumquè verum eſt, & debitorem ſcilicèt conqueri de iniuſtitia, aut nullitate contractus, & recipientem nullam probabilem ignorantiam poſſe allegare,dato caſu *Rebuffi*, quòd contractus ſit vel reſcindendus,vel nullus, non inuenio cauſam, quarè qui præuenrus eſt,aut alio modo iudicium reſciſſionis, aut nullitatis contractus morum videt, reſtituere non teneatur,præſertim in cōſcientia,quod noſcit ſibi non deberi,& proindè non licere retinere,locuplerando cum aliena iactura, ex ijs, quæ docuit idem *Panorm.*ſub *d. num.*34. *verſ. ſi verò donauit, neſcient.*

In his tamèn vellem, vt qui præuētus eſt,cum ſua conſcientia potiùs, quàm cum Aduocatis rem examinaret,qui ſolent alere , quæ debent extinguere diſſidia,conſuleremquè Iudicibus,vt ſemper cum cautione in locis,& caſibus, in quibus dant præuento manutentionem,liberent depoſita,aut relaxent ordines,& decreta de ſoluendo contrà præuentores, nè anſam præbeant litigandi, ſumpta occaſione à conſumptione pecuniæ exactæ,quæ in dubijs quæſtionibus ſaluam redderet conſcientiam recipientis ex ſētentia Iudicis,quæ facit de albo nigrum, vt Noſtri cantant.

119 Sententia namquè in dubijs quæſtionibus cauſatur errorem iuris,& error iuris ſufficit,vt quis faciat fructus ſuos.*l.ſed ſi lege,§.ſcire,D.de petit. hered.* vbi *Bart. Bal. Angel.* & alij, *l. quod vxor*,vbi *gloſ. Roman.* & alij, *D.de acq poſſ. gloſ.Bar.*& alij in *l. ſi furt.* § 1.*ff.de vſucap.*

120 Maximè cùm ad vſucapiendos,acquirendoſquè fructus non requiratur titulus, ſed ſufficiat qualiscunquè occaſio poſſidendi,vt dicit *Bal.in l.irritam,col.*1. *verſ.ſi modò queritur, C.pro donato*,& quòad fructus, qui poſſidet bona fide, habeatur pro Domino, *l.qui ſcit, D.de vſur. Bald.in l.Celſus,num.*19. *D. de vſucap.*& ſat ſit, malam fidem abeſſe, licèt non adſit bona, *Bart.in d. §.ſcire, nu.*4. *Alciat. de præſumpt, reg.*3.*præſumpt.*5. *num.*5. *Couarr. lib.*1. *var. cap.*3. *num.*8. *Auguſt.Berous in c.grauis,num.*24.*de reſtit.ſpol. Menoch.de recuper. poſſ. remed.*15. *num.*628.*Cacher.deciſ.*160.*n.*8. *Becc.conſ.*95. *num.*15.

121 Nec videtur deficere probabilis ignorantia in eo,qui reportauit ſententiam

à Iu-

à Iudice competenti, si in eo admittitur, qui succedens in ius alterius, dicitur habere probabilem ignorantiam eorum, quæ Author gessit, in *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* vt indè possit vterquè excusari à restitutione fructuum, & reddituum exactorum.

SVMMARIVM.

122 *Prauentor si succumbat in iudicio preuentionis, debet soluere tertias, & num. 125. Et quid si postquàm succubuit, appellauit à sententia, & sic in secunda instantia, num. 126. & num. 139.*

123 *Permissum ad tempus, post illud censetur prohibitum.*

Prohibitio cùm est temporalis, ipso iure fit restitutio, ibid.

Prohibita ad tempus, censentur permissa post tempus, ibid.

124 *Iudicium finitur lata sententia, & facta absolutione.*

Res iudicata dicitur, quæ pronunciatione Iudicis finem imponit controuersiæ, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit, ibid.

125 *Iudicatum facit debitorem.*

127 *Appellatio iniquitatis sententiæ querelam continet.*

Appellatio est proclamatio ab Inferiori ad Superius Tribunal, ibid. vbi & alia traditur definitio, & alia nu. 128.

Quem ad finem, & ad quem appelletur, ibid. & num. 129.

Appellare quid est, ibid.

129 *Appellatio ad quid fuerit inuenta.*

Dicitur theriaca contrà venenum Iudicis, & æmula sententiæ, ibid.

130 *Ablatiui absoluti sapiunt, & sui natura important conditionem.*

Inducunt veram, & expressam conditionem, eamque requirunt impleri in forma specifica, ibid.

Conditio per eos inducta debet impleri formalitèr, ibid.

Conditio suspendit actum vsquè ad purificationem conditionis, ibid.

Conditio nisi purificetur priùs, non ponitur aliquid in esse, ibid.

131 *Ablatiuus absolutus cùm applicatur verbo futuri temporis, semper importat conditionem, & nunquàm dispositionem.*

132 *Verbum,* finitum, *accipitur pro eo, quod finiri potuit.*

Præuentionis lis dicitur finita, quandò præuento omninò solui debet, & captus est preuentor, aut contrà eum est incusata fideiussio, ibid.

Captura debitoris inducit finem litis, cùm facta est in vim diffinitiuæ, ibid.

Lis dicitur finita, quandò res ei datur, qui vicit, ibid.

Non dicitur finita, donec appellari potest, vel dùm pendet appellatio, ibid.

Alimenta, quæ præstari debent lite pendente, præstari quoquè debent, cùm à sententia est appellatum, ibid.

133 *Manutentio in causa præuentionis dari non debet præuento, qui sit in possessione, vel quasi exigendi annuas præstationes, si à sententia lata præuentus appellauit, vel aduersus eam petijt, in integrum restitui, aut dixit de nullitate.*

134 *Præuentor molestari non potest lata sententia in causa præuentionis pro tempore, in quo potest ab ea appellare, vel alium recursum habere.*

Verbum, interim, *poni solet pro tempore aliquo, & consequentèr intèr duo extrema, ibid.*

135 *Sententia in causa præuentionis lata, debet notificari, & quarè.*

136 *Præuentor, qui præueniat contrà debitum pro pretio rei, ex qua fructus percipit, an teneatur soluere tertias, & ad quam rationem, non obstante iudicio preuentionis, & à num. 182.*

137 *Appellatio suspendit sententiam.*

Appellatione pendente non potest sententia exequi, ibid.

Suspenditur iurisdictio Iudicis à quo, vt non procedat, aliàs processus est nullus, ibid.

138 *Appellatione pendente non fit taxatio expensarum, & si fiet, non exequitur.*

DVBIVM TERTIVM.

Præuentor si succumbat in causa præuentionis, an soluere debeat tertias debitas ex instrumento, aduersus quod præuenit, et quid iuris esse debeat, si appellauit à sententia, & sic dùm durat secundæ instantia.

SED cùm expectari debet, quòd causa præuentionis finiatur, vt sępè diximus in *præcedentibus,* præsertim in *quæstione ista, n.* 114. & probatum est ex *rit.* 168.

§ *nota*, ibi, *Tunc non poteſt fieri inter-*
rogatio,niſi ſit finita dicta cauſa ruptio-
nis dicti inſtrumenti, qua finita videbi-
tur,ſi eſt locus interrogationi,vel non, &
in *rit.*189.illis in verbis,*interim verò,do-*
nec cauſa præuentionis pendet,non proce-
datur ad interrogationẽ inſtrumẽtorum
contrà debitorem ipſum, iuxtà Ritũ, &c.
122 Videamus,an locus eſſe poſſit exactio
ni tertiarum conuentarum ex inſtrumẽ-
to, quia ſuccubuerit præuentor in cau-
ſa,& iudicio præuentionis.
Et procedẽdo reſolutiuè arbitramur,
ceſſare omne dubium in re præſenti,quã-
doquidèm *Ritus*, qui prohibent,proce-
di,quouſquè finiatur iudicium præuen-
tionis, quia tùnc poteſt videri,ſi eſt locus
interrogationi, vel non, & per conſequẽs
exequutioni inſtrumenti, vel ſecùs per-
mittunt,quòd procedatur, quando per
ſententiam , de iniuſtitia præuentoris
123 conſtat,& de validitate inſtrumẽti,tùm
quia permiſſum ad tempus cenſetur poſt
illud prohibitum,*l. ſi vnus*,§ 1.& *ibi Bal.*
qui id trahit ad ſuſpenſionem temporalẽ
banni, *D de pact. l. Imperator* , *D. de po-*
ſtul. cum alijs apud *Tiraq. de retr. con-*
uent.§.1.*gloſ.*2.*num.* 45. obſeruat *Aze-*
*ued in l.*2.*n.*7.*tit.*7.*lib.*3.*recopil.*qui citato
Oroſcio ſuper *Dig.vet.col* 936.*nu.*8.& *col.*
937. *in princ.* addit rationem,quia cùm
temporalis prohibitio eſt , ipſo iure fit
reſtitutio,& notat *Card.Tuſch.lit.P.con-*
*cluſ.*299. qui *num.*9.ampliat concluſio-
nem in caſu contrario, qui propriùs ac-
cedit ad rem hanc quòd nimirùm prohi-
bita ad tempus,cenſentur permiſſa poſt
tempus,ex *Alex.conſ.*35.*nu.*7. *verſ quia*
124 *qui prohibetur,lib.*3.tùm quia iudicium
finitur lata ſententia,*l.*13. *C. de vſur.* no-
tat *Quintil. declam.* 249. & *Tuſch. lit. L.*
concluſ. 385. id,quod præſertim eſſe ve-
rum in iudicio iſto,probat,quòd reſpectu
creditoris præuenti ſententia eſt abſolu-
toria,& finiri iudiciũ facta abſolutione,eſt
*tex.in l.*4. §. *si detracta,D de noxal.*affir-
matq;cœtus noſtrorũ,qui nouit,dici rem
iudicatam,quæ finem controuerſiarum
accipit pronunciatione Iudicis, quod vel
cõdemnatione,vel abſolutione cõtingit,
125 *l.*1.*D de re iud* notat *Pet. Aerod. lib.*1.
*rer.iud tit.*1.*de iuſt.et iur.c.* 11.*in fin.*& de-
mũ,quia ratio *Ritus* prohibẽtis,pcedi ad
interrogationẽ facta pũentione repoſita
eſt in dubio,ſi nimirũ,qui pũenit,iuſtitiã
foueat in cauſa,ex qua præuenit, vel non,
hoc etenim ſuadent verba illa, *qua finita*
videbitur,ſi eſt locus interrogationi, vel
non, tùnc enim conſtat,an debitor ſit,vel
non, qui ex præuentione talem ſe non
eſſe iactabat,nàm & iudicatum facere de-
bitorem, eſt *text. in l.*13. §.*etiam,D.de*
pignor.
126 Difficultas eſt, cùm præuentor ſuccu-
buit in iudicio præuentionis,& à ſenten-
tia fuit appellatum,an ſ[illegible]icèr & tùnc ſol-
uere tertias debeat,vel ſecùs, qui præue-
nerat.
Sed & hoc quoq; caſu ſuſpendendam
exequutionem inſtrumenti, & ipſiuſmet
ſententiæ,iuxtà ſententiam,quam proba-
uimus hoc *tit.q.*1.*num* 110. mihi pro-
bant eadem verba *Ritus* 168 §. *nota*,
quæ ponderauimus,*qua finita videbitur,*
ſi eſt locus interrogationi,vel non, & na-
tura ipſa,qua explicamus effectus appel-
lationis.
127 Quando nàmq; appellatio iniquitatis
ſententiæ querelam continet, *l.*17. *D de*
minor. & vt vetus *Gloſſarium* habet,ap-
pellatio eſt proclamatio ab Inferiori ad
Superius Tribunal, vel grauaminis rele-
uatio per clamationem,ex minori ad ma-
iorem Iudicem factam, prætextu iniqui
grauaminis, vel iniuſtæ ſententię,& re ip-
ſa appellatur,quia is,qui à Magiſtratu ali-
quo iniuriam paſſus eſt, vel parem , vel
Superiorem Iudicem adit,& vt illud de-
cretum reſcindat,petit,veluti cùm Prętor
contrà Prætoris,aut Conſul contrà Con-
ſulis , aut Cenſor contrà Cenſoris , aut
Tribunus Plebis contrà cuiuſuis Magi-
ſtratus decretum appellatur,vt adnotant
Otoman. de verb.iur. & *Caluinus in lexi-*
*co iuridico,num.*20.*col.*233. *verb. appel-*
lare,qui hinc dicunt, appellare eſſe, hoc
eſt,veluti ab inferioris Iudicis ſententia
ad Superiorem prouocare,ex *Vlp in l.* 1.
D de appellat. ratio omnis expoſtulat, vt
interim ſuperſedeatur in exequutione,
tantùm etenim abeſt, vt ſententia proſit,
quòd potiùs nec prodeſſe debeat ei, pro
quo lata eſt,nec illi obeſſe, contrà quem
ſcripta fuit,nam appellatio ius eſt,vt *Bart.*
128 eam diffinit in *d.l.*1.quo interim prima
ſententia extinguitur , & interim cauſæ
cognitio ad Superiorem Iudicem deuol-
uitur, redditurquè properea ex appella-
tione negotium ad priſtinam litis natu-
ram,quæ,vt finiatur,ità oportet,quòd an-
teà exequutioni inſtrumenti locus eſſe
non poſſit,dictante *Ritu*, vt cauſa finita,
videatur,an locus ſit interrogationi, ità
vt interim,donec cauſa præuẽtionis pen-

det, non procedatur ad interrogationem super tenore instrumenti contra debitorem, vt subdit *Ritus* 189.

129 Vt ergò & appellationi hoc in casu deferatur, quæ nisi auxilij gratia quempiam implorare importet, vt ex *Cic.* notat *Caluin. verbo appellare, col.* 234. *nu.* 10. quòd moribus non fiat in causis, quia qui id facit, de sua causa cognosci non vult in causis de more, inuenta fuit ad præsidiũ innocentiæ, *cap. suggestum. c. ad nostrã, c. cùm speciali, §. porrò, de appellat.* notat *Affl. in rubr. Constit. De appellat.* vndè appellatio dicitur theriaca contrà venenum Iudicis, & æmula sententiæ, apud *Bald. in l. vnica, in fin. C. si de moment. possess. fuerit appell.* & *Ritui* deferatur, qui scriptus est per verba denotantia ablatiuum absolutum, *qua finita*, super-
130 sederi debet in secunda instantia, prout & in prima, ablatiui enim absoluti sapiunt, & sui natura important conditionem, *l. euictis, D. de vsur. l. acceptis, D. ad l. falcid. l. à testatore, D. de condit. & demonstr. Heringius*, qui plures citat in *tract. de fideiussor. cap.* 10. *num.* 457. qui loquitur in *Ritu* loquẽte per ablatiuum absolutum, & *nu.* 460. & notat *Riminald. Iun.* qui citat innumeros *cons.* 37. *nu.* 9. vbi dicit, quòd ista conditio inducta debet impleri formalitèr, quòd & *Alexand.* aduertit *cons.* 78. in *fin. lib.* 1. & antè ipsos *Bart. in l.* 1. *D. de condit. & demonstr. col. vlt.* vbi docet, ablatiuum absolutum inducere veram, & expressam conditionem, eamq; requirere, vt impleatur in forma specifica, & ratio probat, quia conditio suspendit actum vsquè ad purificationem conditionis, *l. cedere diem, D. de verb. signif.* adeò vt nisi primò cõditio purificetur, non ponatur aliquid in esse, *Calder. cons.* 546. alias 1. *de verbor. signific.*

131 Quod & indè verissimum est in casu *Ritus* istius, quia, vt omnis prorsùs tolleretur difficultas Conditores illius ablatiuum absolutum applicuerunt verbo futuri temporis, ibi, *qua finita videbitur*, & eo sensu ablatiuum absolutum semper importare conditionem, & nunquàm importare dispositionem, est *Bartoli* doctrina in *extrauag. ad reprimendum, in princip. in verb. ruptis*, quam sequitur *Tusch. lit. A. conclus.* 32. *num.* 22.

132 Vndè infertur ad *Ritum* istum, & in materia præuentionis nullatenùs posse, aut debere admitti interpretationem, qua verbum, *finitum*, accipiatur pro eo, quod finiri potuit, iuxtà sensum *l.* 1. *C. de pœn.* sed cum effectu iudicium præuentionis ita finitum esse oportebit, vt nullo modo scrupulus adesse possit, quin re vera, qui præuenit, debitor esse conuincatur, vt sit sensus in *Ritu*, quòd lis dicatur finita, quando præuento solui omninò debeat, dicitur enim lis finita, quando lata sententia contrà præuentorem, hic captus fuit, aut contrà eum incusata sit fideiussio præstita in causa præuentionis, & indè fuit carceratus, quia inducit finem litis captura, cùm est facta in vim diffinitiuæ, inquit *Bald. cons.* 301. *ad euidentiam, nu.* 6. *vers. nunquid autem, lib.* 5. prout dicitur quoq; lis finita, quando res ei datur, qui vicit, inquit *Bart. in l. si fideiussor, § si satisdatum*, in *fin. D. qui satisd. cogantur*, quam traditionem sequitur *ibi Ias. num.* 24. qui *num.* 23. notat, quòd lis non dicitur finita, donec appellari potest, vel dùm pendet appellatio, post alios, quos citat, & meminit *Feder. de Sen. cons.* 98. *num.* 4. *Tusch. lit. L. conclus.* 385. *num.* 3. post *glos. in clem.* 2. *verb postquàm, vt lite pend.* ac post multas *Rotæ Romanæ* decisiones, & *Surd. in tract. de alim. tit.* 5. *q.* 8. *num.* 7. qui *nu.* 8. concludit, quòd alimenta, quę debentur lite pendente, præstari quoquè debent, cùm à sententia interposita est appellatio.

133 Et ex his quoq; infertur, cauendum esse à *Giurb. decis.* 100. *num.* 34. & alijs, qui in materia pręuentionis tradũt, quòd in materia manutentionis concedendæ existenti in possessione, vel quasi exigendi, non obstante appellatione, aut restitutione petita in integrum, scribunt *Postius in tract. de manut. obseru* 62. *nu.* 4. *Cenc. de censib. q.* 82. *nu.* 7. & *q* 91. à *n.* 23. & *nu.* 26. *Rota* apud eundem *Cenc. decis.* 248. *num.* 2. qui & priùs *decis.* 245. *& seq.* dicit, idem iuris esse, cùm effectus sententiæ fuit suspensus per appellationem, & causa commissa super appellatione, nullitate, & restitutione in integrum, quòd interim erat manutenendus possessor, ex *Cas. de Grass. decis.* 4. *de caus. poss. & propr.* & alijs *Rotæ* decisionibus, & de restitutione in integrum est alia *decisio* 244. *num.* 4. apud eundem *Cenc.* quòd non retardetur manutentio per sententiam, contrà quam fuit petita restitutio in integrum.

Miſſo etenim, quòd citati loquuntur data ſententia, quam diximus veram ſuis in caſibus de iure communi Romanorum.

Eorum ſententia in materia noſtra præuentionis confunditur, maximè in Regno, & vbi præuentio impedit exequutionem inſtrumenti, ex dictis, præſertim ex *Ritibus* citatis, prohibentibus moleſtiam in debitore, interim hoc eſt pro tempore, quo pendet cauſa præuentionis, verbum namquè *interim*, de ſui natura poni ſolet pro tempore aliquo, & conſequentèr inter duo extrema, cùm medium non poſſit dari ſine extremis, vt ex *Abb.* & alijs probat *Sfortia Odd. conſ.* 11. *num.* 29 *& ſeqq* vt ſit quoq; locus verbis, quibus ſubnectit *Ritus*, quòd ſuſpendi debeat exequutio inſtrumenti, donec cauſa præuentionis pendet, vt poſſet operari dictio, *interim*, ſuſpenſionem tēporis, quam probat *Sfortia Odd. loco* cit. ſub *num.* 35. *verſ. ſecundò licèt dictum verbum interim*, et intelligi pro *quouſq;* prout illam intelligit idem *Sfortia ibid.* antè *num.* 55. *verſ. quartò reſpondetur, in princ.* cauſam etenim præuentionis, probauimus, pendere, et durare, donec appellari poteſt, vel dùm pendet appellatio.

134 Vt hìnc intelligas, ſuperſedendum eſſe
in liquidatione inſtrumenti, et interroga-
tione non ſolùm dùm pendet iudicium
in prima, aut ſecunda inſtantia, ſed et in
toto illo tempore, in quo lata ſententia
poteſt præuentor, qui ſuccubuit, appella-
re à ſententia contrà ipſum prolata, et ad
135 hunc effectum notificari debere ſentē-
tiam, in cauſa præuentionis latam, vt præ-
uentor, qui ſuccubuit, poſſit appellare,
ſi ſe grauatum dicere velit a ſententia
per remedium appellationis, reſtitutio-
nis in integrum, aut nullitatis, qua de
cauſa debet quoq; ſententia notificari,
quàmuis quantitas expoſcat exequutio-
nem ſententiæ Magnæ Curiæ, niſi aliud
non impediat, quia ſcilicèt aut appella-
tioni deferri non oporteat, aut incapax
ſit aliorum remediorum auxilio, qui præ-
uenerat, quod vix accidere ſolet.

136 Vel erit intelligendus *Giurba* in caſu,
in quo, qui petit reſcindi inſtrumentum,
promiſit correſpondere pro pretio rei, ex
qua etiam admiſſa appellatione fructus
percipit, quo in caſu veram eſſe doctrinā
Giurba, ſed adhibito temperamēto, ape-
riemus *infrà* in 5. *dubio*.

137 Si etenim appellatio ſuſpendit ſenten-
tiam, ità vt interim non poſſit illius fieri
exequutio, neq; aliquid innouari poteſt
appellatione pendente, vt probat *tex. in
cap. venientes*, ibi *Sententias appellatione
ſuſpenſas, extrà de iure iur.* et in *c.* 1. ibi,
appellatione ſuſpenſa, de re iud. eſtq; ad id
notabilis deciſio *Rot.* apud *Aegid. dec.* 707.
incip. *ſi ille*, vbi vult, quòd in tantùm ap-
pellatio ſuſpendet iuriſdictionem Iudicis
à quo, vt talis ſuſpenſio operetur, quòd
Iudex non poteſt vlteriùs procedere in
cauſa, & ſi procedat, proceſſus eſt nullus,
quod & *Lapus* notat, & multi, de
quibus *Lancell. de attent. cap.* 12. *de
attent. appellat. pend. in præfat. nu.* 119.

138 Et ſi maximam habet dubitationē, an
pendente appellatione poſſit Iudex à
quo procedere ad taxationem expenſa-
rum, vt putat *Reg. Rouit. in prag* 1. *de
expenſ. nu.* 11. contrà *Ann. ſing.* 31. & pro
certo habeat in *verſ. ſed dato*, quòd ſi pro-
cederetur ad taxationem, non tamen
poſſet, ſacta taxatione procedi ad exe-
quutionem, etiam ſi eſſet à ſententia,
à qua penderet reclamatio, iuxtà ſty-
lum ipſius Sacri Conſilij, et Senatus Pe-
demontani.

139 Nulla ratio permittet, quòd poſſit præ-
uentor, qui appellauit, cogi ad ſoluēdum
interuſuria eius qnantitatis, de cuius de-
bito, vel ſecùs, non minùs quæſtio pendet
poſt ſententiam, pendente appellatione,
quàm peudebat et antè ſententiam.

SVMMARIVM.

140 *Dilata ſolutione ſortis, differenda quoquè eſt exactio vſurarum.*

Vſura ſortis non ſoluta exactio non prius debet permitti, quàm ſors ipſa exigi poſſit, ibid.

141 *Dilatione data pro pretio rei vendita non currunt, nec peti poſſunt vſura.*

Nec interim tenetur emptor ad fructus, ibid.

Dilatione data à lege, siuè illa annalis ſit, ſiuè quinquennalis, tertia, & vſura, qua currunt, peti nequeunt, ibid.

Conceſſio dilationis, ſi generalis eſt, referri debet ad omnē debiti cauſam, ibid.

142 Deciſ. 373. Præſid. de Franch. *examinatur, & num.* 144.

An aptari poſſit in materia præuentionis, ibid. num. 146. *& ſub num.* 192.

143 *Pendente lite ſuper nullitate, & reſciſſione conceſſionis in emphyteuſim,*

an sit eadem lite pendente instrumentum mandandum exequutioni quoad census, ad instantiam petentis rescissionem, & exercere liceat iura dominicalia, & num. seq.

Et an peti possit laudimium, ibid.

145 *Conductor tenetur soluere pensionem, si colligit fructus, etiam cùm locatio est nulla, sed recompensatiuam ad fructus, qui percipiuntur, num. 183.*

147 *Vsura debentur vti fructus pecuniæ ex mora.*

Vsuræ vllæ debentur eius quantitatis, quę non dùm debetur, vel non dùm certum est, deberi.

148 *Iudex debet prouidere, nè alicui vis fiat, aut iniuria.*

149 *Instrumenti exequutione pro obtinenda, instrumentum quando, & qua in forma debeat produci.*

Instrumenti validitate sublata, nulla ex eo oritur probatio, ibid.

Eius probatione sublata non constat de obligatione, nec potest dici instrumentum liquidum, ibid.

150 *Liquidum quod dicatur, & num. 152.*

Liquidum non dicitur, quod in dubium potest refricari, ibid.

Sententia, & instrumentum non dicitur res liquida, si aliqua posset opponi exceptio, ibid.

Et super ijs possit fieri transactio, quæ non fit super liquido, ibid.

Transactio fieri debet super dubio, ibid.

151 *Præuentum cùm est contra instrumentum super nullitate contractus, non potest quis vti pacto exequutiuo, in eo adiecto.*

Vel præcarium in posterùm reuocare parte contradicente, aut ex præcario reuocato bona retinere, ibid.

Et probibetur leuatio, & reassumptio instrumenti in publicam formam, ibid.

Quod vltimum an sit verum, instrumenti rescissione petita, ibid.

153 *Liquidatio, liquidum, & liquere, quid importent, & vndè dicantur.*

154 *Pendente iudicio præuentionis an currat interesse, vel tertia, pendet ex exitu in causa præuentionis, & num. 157. 159. & nu. 162.*

155 *Tempus litis decursum computatur ad faciendum triennium necessarium pro caducitate, si emphyteuta succumbat in lite.*

156 *Appellanti currit tempus contumaciæ, vel foreiudicationis, quod labitur, donec appellatio pendet, si succumbat, qui appellauit in causa appellationis.*

Reclamans si succumbat in causa reclamationis, censetur succubuisse etiam in cursu termini.

Tempora præfixa ad petendum prima, & secunda beneficia præcluduntur, si illa lapsa proponantur ex tempore interiecto, dùm reclamatio prosequeretur, ibid.

158 *Perimere stipulationem quid sit.*

Iniquum est perimi pacto id, de quo non est cogitatum, ibid.

159 *Aduersatiua*, non, *si præcedat positioni, illam destruit, ibid.*

Instantia significat diligentem debiti repetitionem, flagitationem, & exactionem, ibid.

160 *Dilatio simplex si detur, non operatur remissionem interesse, & quarè.*

161 *Dictiones*, interim, & donec, *quid importent.*

162 *Dilatio, quæ datur à lege, inuito creditore, est strictior, quàm vt extendi debeat ad remissionem accessionis fructuum.*

Fructus ex sola mora irregulari veniunt, quia cōsistunt in rei persequutione, ibid.

Princeps concedit moratorias debitoribus, etiam in præiudicium creditorum, & an tunc cautio præstari debeat, ibid.

164 *Moratoria cùm à Principe conceditur Vniuersitatibus, aut priuatis an, & quando tertia, siuè interesse currant, dilatione pendente, vel illa finita exigi possint.*

Vniuersitatis nomine impetrari possunt literæ dilatoriæ, ibid.

Frustratori negatur dilatio, ibid.

Actus præsens, & factum informat, & declarat prȩteritum, ibid.

Subsequentia declarant præcedentia, ibid.

Argumentum sumitur ab euentu rei sequuto, ibid.

Euentus rei dubiæ à principio reddit rem certam, perindè ac si à principio facta fuisset secundùm euentum, ibid.

Duobus Regibus vno tempore electis valent à principio gesta per eum, qui ob euētum declaratus fuit verè Rex, ibid.

DVBIVM QVARTVM.

Tertia an currant aduersus prauentorem pro tempore, quo pendet iudicium prauentionis.

140 CONfirmantur quæ diximus de superſedendo in exactione tertiarum, quouſquè finiatur iudicium præuentionis, quia dilata ſolutione ſortis, differendam quoquè exactionem vſurarum, probat *tex.in l.non ſolùm debitorem, §.1. D. de liber.legata*, & quia vſurę id habent communitatis enm ſorte, vt non priùs vſuræ ſortis non ſolutæ exactio permitti debeat, quàm ſors ipſa peti potuerit, in *l. lecta, §. ſed cùm ſortis, D. ſi cert. pet.* illis in verbis, *Nec priùs ſortis non ſolutę vſuras peti poſſe, quàm ſors ipſa peti potuerit*, quibus ex iuribus conſuluit *Camill. de la Ratha conſ.90. num.44.* quòd
141 data dilatione pretij rei venditæ, non currunt, nec peti poſſunt vſuræ, quod & probat *Roder.de ann.reddit.lib.3.q.9.*ſub *num.9.verſ. 4. quia etiam fructuum*, vbi idem iuris eſſe ait, cùm venditori data eſt dilatio rei tradendæ, vt interim non teneatur ad fructus rei venditæ, & ex dilatione non traditæ, & in dilatione data à lege, ſiuè illa annalis ſit, ſiuè quinquennalis, quòd interim tertiæ, & vſuræ, quæ currunt, peti nequeant, ſcribit *Rebuff. in tract.de liter.morat art.1. gloſ. 1. n.vlt.* poſt *DD.in l.quotiès, C.de precib. Imper. offer.* & *Apicella in tract. de dilat. quinquenn.tit.1.num.*178. qui poſt longam diſcuſſionem refert, ità tenuiſſe *Antonium Orificium*, tunc Sacri Conſilij Præſidem, & quidèm cum iudicio, quia, vt & aduertit *Anton. Faber defin.8. C.de precib.Imper. offer.* ſi generalis eſt conceſſio, ad omnem debiti cauſam referri dilatio debet, quod idem poſt *Auendan.* & alios, quos refert, tenet *Nouar dec.1.per tot.*
142 Vndè aduerti debet ad *deciſionem Præſidis* noſtri *de Franch.*373. quæ citatur, ſed malè à nonnullis relatis hoc *tit. q.1.num.*20. & alijs, vt probent, quòd interim dùm pendet iudicium præuentionis, cogi debeat præuentor ad correſpondendum iuxtà contractum, non etenim (vt nunc omittam deciſionem illam examinare cum *Giurba*, qui eam euertere conatus eſt, & non in omnibus benè, in *deciſ.*100. à *num.*36.) eadem eſt ratio deciſionis illius, & cauſæ præuentionis, ſepoſita etiam diſpoſitione *Rituum* ſuprà citatorum, nàm qui præuenit non ſemper, & indubiè fruitur re aliena, ità quòd vel ratione fructuum, vel conuenientiæ ſoluere debeat interim, & correſpondere, quibus in medijs fundata fuit deciſio
143 citata, in qua fuit dubitatum, an pendente lite ſuper nullitate, & reſciſſione conceſſionis in emphyteuſim, ſit eadem lite pendente inſtrumentum mandandū exequutioni quoad cenſus ad inſtantiam petentis reſciſſionem, petebat namquè Archiepiſcopus Amalphitanus, declarari nullam conceſſionem factam in emphyteuſim Thomæ Bonito, quem petijt, condemnari interim ad cenſus, qui lite pendente decurrebant, fręrus fortaſsè in dicentibus, quòd pendente iudicio, & lite ſuper reſciſſione contractus emphyteutici creditor poteſt petere ſolutionem cenſus, & hi ſunt *Giurba deciſ. 2. nu.1. Put.dec.35.lib.1. Franciſc.Marc.dec.44. par.1. Rot. Rom.deciſ.301. num.3.par.1. Macerat.lib.1.reſolut.61. nu.4.* & *lib. 2. reſol 31. num.1. Surd.conſ. 183. nu.31. Maſcard. de probat. concluſ. 686.à n. 14. Vant.de nullit.tit.quibus mod.null prop. poſs.nu.29. Lancell.de attent. par.2. c.10. num.38.* & *cap.17. nu.61. & 92. Intrigl.* qui dicit, quod eſſet cautela, obtinere licentiam, quòd poſſit exigere citra præiudicium, in *ſing.* 155. *nu.5.lib.2.* & cùm replicaretur, non poſſe Actorem conſequi commodum ex inſtrumento, quod impugnabat, ſiquidèm petebat, illud reſcindi, ad quod vide citatos per *Giurb. deciſ. 55. num. 11. & num.24.* Sacrum Conſilium cenſuit, non debere Archiepiſcopum impediri, quominùs exerceret iura Dominicalia, ex doctrina *Authoris* improbati nominis, qui in *gloſ. Pariſ. §.35 verſ.vlteriùs dico*, vt illum referunt *Præſ de Franch. ibi*, & *Melchior Palaez in tract. de maiorat.par.1.q.44. num. 4.* poſita quæſtione illa dicit, quòd lite pendente ſuper petitorio poteſt Dominus exercere iura Dominicalia, & ſic exigere cenſus, & laudemia, de quibus loquitur in alia *gloſ.* citata per eundem *Dom.de Franch.* quod probarunt poſtmodùm *Aſcia de termin.*130. *Maſtrill.dec.*160. & alij, quos refert, & ſequitur *Thor. in 1.p. compend.deciſ. verb. inſtrumentum, fol.* 276. *in verſ.penult.* & *Rice. in addit.* ad dictam *deciſ.*373.
144 Quòd verò non eadem ſit ratio deciſionis illius, & cauſæ noſtræ præuentio-

nis,

nis, probatur ex medijs,quibus deciſio
fouetur,quæ duo ſunt; Primum,quia hoc
non eſſet repugnans,ſed maximam ha-
beret æquitatem,& conueniret ſummo-
perè,vt inquit *D.de Franch.*ex quo quē-
admodùm lite pendente ſuper petitorio
reus debet poſſidere,ita tenetur præſtare
ea, ad quæ tenetur ex lege contractus,
quia interim contractus debet exequi
hinc indè,& ità quoquè ſortiri effectum,
qua ratione etiam,vbi locatio eſt nulla,
tenetur conductor, qui percipit fructus,
ſoluere penſionem, *Ang in §.ſi verò,au-
th. de non elig. ſecundò nubent. Iaſ.in
l. 2. num. 11.* C. *de iure emphyt. Alciat.
conſ. 20. num.7. Surd.conſ.183 num.31.
Redoan.de reb. Eccleſ.non alien.in rub.
de caſibus,in quib. fiat alien. bonor.Eccl.
§.videtur etiam,num 17.*
145 Secundum, quia in omnem euentum
etiam reo abſoluto actor obtinere de-
buiſſet in quantitate, quam petebat ex
cauſa cenſuum,vel in cenſibus ipſis , ſi
contractus non reſcinderetur , vel in
fructibus,qui erāt maioris valoris,quàm
cenſus,ſi reſciſſio proceſſiſſet,concludens
pro indubitato , ità eſſe cenſendum re-
ſpectu eius , quod in omnem euentum
actor eſſet obten,pturus.
146 Neutrum etenim ex his congruit rei,
de qua tractamus,non ſecundū,quia non
certum eſt,ſed incertum, an obtinere
debeat,qui præuētionem patitur,& eiu-
dè præueniens fructus,& vſuras non de-
147 bebit,quæ ſi debentur vti fructus pe-
cuniæ ex mora, *l. cùm quidam 17. §. ſi
pupillo, D. de vſur.* non debebuntur fa-
cta præuentione, donec finita cauſa præ-
uentionis videri poſſit, an debitum ſit,
quod promiſſum continetur in inſtru-
mento,ex traditis per *Ant. Fabr.defin.8.
C.ſi cert.pet. num.22* cùm voluit, vſu-
ras vllas deberi eius quantitatis,quę non
dùm debetur,vel deberi,vel ſecùs,non
dùm certum eſt.

Sed nec primum , quia nulla æquitas
patitur,aut conuenientia,quòd quis ſol-
uat pro ſorte, quam ſe non debere , &
iactat,& ſub pęna probare promittit,qui-
què ex legibus Regni proteſtatur,quòd
interim prouidere Iudex debeat,nè ei
fiat vis,aut iniuria,& pro quo leges Ro-
148 manorum dictant, quòd Iudex debet
prouidere,nè alicui fiat vis,vel iniuria,
in *l extat,& l.fin D.quod met.cauſa,l.fin.
D.de procur.* Cęſar. & notat in *l. illici-
tas,§. nè potentiores, D. de offic. Pręſid*
cum concord. notat *Afſl.dec.395.*ſub *n.2.
tex.* optimus *in c.Regni Ad Præſidentis.*

Cùm ergò termini reſciſſionis contra-
ctus emphyteutici ex parte concedentis,
et præuentionis,de qua tractamus ità diſ-
ferunt,vt æquitas, & conuenientia , quæ
in primo caſu operantur ad beneficium
concedentis,facta præuentione,ſtent cō-
trà creditorem,non ſolùm attenta diſpo
ſitione *Rituum* in Regno,ſed iuris com-
149 munis Romanorum , ſecundùm quod
pro obtinenda inſtrumenti exequutio-
ne in primis,et antè omnia realitèr pro-
duci debeat in publicam,et authenticam
formam, vt inquit *Cenc. de cenſib.q.91.*
ſub *num.22.* ſub *verſ. in dicto verò ar-
ticulo primo,* vbi hinc deducit,quòd op-
poſita exceptione nullitatis inſtrumenti,
vel contractus, debet illius exequutio,et
conſequentèr exactio fructuum impedi-
ri,et retardari,conſequens eſt,vt impedi-
ri debeat exactio facta pręuentione,quæ,
vt dictum eſt *alibi,* quæſtionem facit, ac
mouet validitati inſtrumenti , ſublata
etenim validitate inſtrumenti, nulla ex
eo oritur probatio , *Iaſ. conſ. 170. col.7.
circà med. verſ. & ſi diceretur , lib.2.* et
probatione ſublata , ità non poteſt dici
conſtare de obligatione,vt dicit *Galleſ.
de oblig. Camer.par.1. q.3. num.5.* et *ibi
Zacch.num.9.*et *Rota* poſt illum *deciſ.36.
nu.3.* vt liquidum dici non poſſit inſtru-
mentum,quod requiri ad liquidationem
inſtrumenti non ſemel inculcauimus,et
probat poſt *Bald. Corn. & Alex. Ber-
nard.Pand de præſent.inſtrum.par.3.de-
clar.21. nu.62.* & per conſequens nil mi-
rum eſt, ſi ex iudicio præuentionis re-
tardetur exactio fructuum cenſus, et an
nuarum præſtationum,ſeù alterius ſpe-
ciei vſurarum,et intereſſe.
150 Liquidum .n. dicitur eſſe illud , quod
quacunquè exceptione oppoſita tergi-
uerſari non poteſt, vt præ cęteris inquit
Freccia, qui multa expendit ad vocis
huius explicationem,in *tract.de præſent.
inſtrum.par.7. num.3.* à quo,eo tamen
nō citato,mutuatus eſt, quod ſcribit *Se-
raph.de priuil.iuram.priuil.74.num.67.*
qui ex alijs,quos laudant, docent,quòd
illud, quod in dubium refricari poteſt,
non dicitur liquidum, ex *l.Diuus,D.de
offic. Præſid.* et ex doctrina *Ang.in l. am-
pliorem,C.de appell.*et in *l. 1. de tranſact.*
vbi dicitur, quòd licèt ſententia , quæ
exequutionem meretur, vel inſtrumen-
tum guarentigiatum,poſſit cenſeri res li-

qui-

quida, si tamèn aliqua contra illud possit opponi exceptio, non diceretur liquidum, & super eo posset fieri transactio, quam non fieri super liquido, est *text. in l. post rem, D de transact.* debereq; fieri super dubio, est *tex. in l. si causa cognita, C. de transact.*

151 Et hinc si factum est, quod diximus *q. 1.* hoc *tit. num.* 109. in materia præuentionis, nimirum vt pendente causa super nullitate contractus non possit quis vti pacto excquutiuo, in eo apposito, vel præcarium in posterum reuocare parte contradicente, aut ex præcario reuocato bona retinere, vt fuisse decisum refert *Vrsill.* ad *Affl. decis.* 131. & *Caroc. de except. except.* 47. sub *num* 86. *vers. & pendente*, vbi subdit, quod nos diximus *q. 1.* hoc *tit. num.* 64. quòd scilicèt pendente iudicio nullitatis, & rescissionis instrumenti, prohibetur leuatio instrumenti, & vt dicimus in Regno reassumptio in publicam formam, vbi dictis nunc addo *Bertrand. cons.* 43. *vol.* 1. *Rebuff. de liter. oblig. art. 1. glos. 9. num.* 51. quicquid in simplici petitione rescissionis ex fragili, ac prorsùs indigno ex medio, voluerit *Anna sing.* 252. qui & ità refert decisum in Sacro Consilio, causa nō adducta.

152 Fieri qnoq; debet, vt dùm pendet iudicium præuentionis, non exequatur instrumentum, quod, vt liquidum dici possit, debet esse elimatum ab omni turbido, & qnòd nulla mixtione violari possit, vt liquidum diffinit *text. in § discipuli, in 1. Constit. Digestorum*, nam illud dicitur liquidum, quod est extrà ambages, & Iudici facilem exitum præbet in causa, vt probat *text in l. vlt. C. de compensat.* & in *l. si de meis, D. de arbitr.* nemo namquè inficias ibit, non posse statim, & sine mora probari debitum ex instrumento, aduersus qnod est præuentum, & liquidū dicitur, quod sine mora probatur, inquit idem *Frecc. ibid. par.* 8. *quæst. 2. num.* 3. quandoquidèm, vt obseruat *Bernardinus Panaus in cit. tract. de præsent. instrum. par 3. declar. 21. num.* 63. & antè eum *Barz. in tract. de instrum. guarentig. par. 1. q. 2. in 1. dubio*, & *Corn. cons.* 235. *lib.* 3.

153 instrumentum dicitur liquidum, quando clarum est, & certum, pendet namq; verbum *liquidationis*, & *liquidi* à verbo *liquere*, quod est constare, vt *glos.* inquit in *d. l. si de meis, § fin. D. de arbitr.* & probatur in *l. aliàs, D. de iure iur. in l. si prætor, §. Marcellus, D. de iudic.* in *l. Pomponius, D de re iudic.* & *alibi* passim.

154 Quod tamen congruit in materia ista æquitati, atquè cōuenientiæ, quā cōsiderat *Vinc. de Franch.* in casu suę decisionis, est, vt interim currāt, vel nō currāt vsuræ contra præuentorem ex exitu, quem mōstrabit causa præuentionis, sicut etenim conueniet supersederi in molestando præuentorem, ex dictis, donec finita causa præuentionis videri possit, an locus sit, esse ne debeat exactioni, & interrogationi super tenore instrumenti, vt dictat *Ritus*, ita conuenit, vt cùm succnmbit præuentor, soluat tertias, & interesse decursum pro tempore, quo litigauit.

155 Exemplo eius, quod dicitur, quòd pēdente lite super concessione rei emphyteuticariæ, si emphyteuta succumbat, tēpus decursum computatur ad faciendum triennium necessarium pro caducitate intentata apud *Capyc. decis.* 16. *num.* 6. vbi *Petra in addit. Achill. de Grass. decis. 1. de locato, Puteum decis.* 426. *lib.* 3. *Caputaq. decis.* 299. *par.* 1 *Giurb. dec.* 17. *num.* 6. & *decis.* 100. *num.* . . *Surd. decis.* 6. *num* 2. *decis.* 44. *num.* 23 & in *dec.* 221. *num.* 25. *D. Hodierna in addit.* ad dictum *Surd. decis.* 6 *num.* 1. *Corbul de caus. priuat. ob non solut. can. emphyt. ampl.* 16. in *fine*, ex rationibus, de quibus latè *Mantic de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 27. num.* 12. & *Costa de retrotract. cap. 8. casu* 30. *num.* 10.

156 Itèm eius, quod scribitnr, qnòd appellanti currit tempus contumaciæ, vel forjudicationis, quod labitur, donec appellatio pendet, si succumbat, qui appellauit in causa appellationis, vt ex reg. *l. contrà maiorem, C. de inoff. testam* notat *Vinc. de Franch. decis.* 327 *num.* 3 & 4. & fuit decisum per Magnam Curiam Vicariæ in causa Regij Fisci contrà Cæsarem Roccolum Terræ Turturellæ, inquisitum pro osculo cuiusdā puellæ dictæ Terræ, quam postmodùm duxit vxorem, referente D. Sanfelicio nunc Consiliario residente pro Iudice dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ, & sunt acta in Banca Balsani, estquè ad hæc *text.* optimus in *d. l. lecta, §. sed cùm sortis, D. si certum pet.* illis in verbis, *Sed cùm sortis petitio dilata sit, consequens est, vt etiam vsuræ ex eo tempore, quo moram fecit, accedant*, fuitquè habitum pro absoluto in Sacro Consilio in causa Patrimonij, & Creditorum Ill. Ducis Siciniani cōtrà Magnificum Hieronymum

Capycium conductorem status dicti Ill. Ducis, cui ego vti curator patrimonij obijciebam, eucurrisse tempus per S.C. statutum ex spatio, quod consumpserat cum reclamatione à decreto, in qua succubuerat, processus est apud Carbonum Magist. Actorum S.C. super venditione terræ Baluani, pro qua allegaui, quod probat in casu multum notabili decisum *D.Reg.Rouit. in prag.16. de ordine iudic.num.2.* vbi scribit, quòd succumbens in reclamatione censetur succubuisse etiam in cursu termini, & *nu.5.* vbi refert decisum in causa hæredum Pauli de Monica, & Hospitalis Sanctissimi Nominis Domini Ciuitatis Cauæ, præcludi tempora, à pragmatica præfinita ad petendum prima, & secunda beneficia, si illa lapsa proponerentur ex tēpore interiecto, dùm reclamatio prosequeretur, in qua reclamans succubuerat.

157 Sed vt ab exemplis transitum faciamus ad rationes, dùm deficiunt authoritates, moueor, quia *Ritus* nullam prorsùs mentionem fecerunt de tertijs, an currerent, vel secùs, dùm penderet iudicium præuentionis, quod, ni fallor, vel ideò factum est, quia non crediderūt, dari præuentiones, in quibus præuentor succumbere posse crederetur, data bona fide, & iustitia in Conditoribus *Rituum*, qui præuentiones introductas voluerūt, vel fouerunt, non ad malitias introducēdas, sed ad sedandas extorsiones, vel quia, dato dubio, vel succumbentia, remitti id voluerunt ad iurium Romanorum iudicium, per quod clarissimū erat, vsurarum ablationem non præcipi, sed meram tribui dilationem dùmtaxat, arg. *l.vlt.C.qui bon. ced. poss.* notat *Guilelm. Anton.tract. de rescript. morat. conclus. 63.*(quo totam hanc materiam complectitur, de qua agimus in *quæstione* ista) *num. 36.* & probatur, non indè perimi stipulationem vsurarum, quod iudicium moueretur contra instrumentum, quo promissæ fuissent vsuræ, in sæpius cit *l.t. C.de iudic.* cuius partem priorem examinamus hac occasione, expedita iam posteriori in *dubijs præcedentibus* de vsuris, & tertijs decursis, antequàm iudiciū istud præuentionis institueretur, suntq; verba *legis* illius, hæc, quæ sequuntur, *iudicio cœpto vsurarum stipulatio non est perempta,* hoc est stipulatio non est cōsumpta, extincta, aut sublata, quasi quòd duret, durante quoq; iudicio, perimeretquè, consumeretur, extingueretur, aut tolleretur, si in iudicio obtineret, qui cōtra stipulationem inueheret, iniustam.

158 ex tortamnè promissionem allegās, perimere namq; est, vt *Brisson.* habet *lib.14. de verb. signific. in verbo perimere, consumere, extinguere, tollere,* quo sensu *Vlpianus in l.eum hi, in fin. D. de transact.* vbi obseruat ex *Spigell.Io.Calu et Scardius in lexic. verbo perimere,* iniquum est, ait, perimi pacto id, de quo cogitatū non docetur, & interpretante eodem *Vlp.in l.& tertium, D.de iudic.* perimere disceptationem, est, vltrà non pati aduersarium tergiuersari, at huic, si iungatur aduersatiua illa, *non,* quæ præcedit verbum *perempta,* in *d. l.* t. ita destruit consumptionem illam, & extinctionem, vt potiùs durare stipulationem illā probet, coutra quam motum iudicium proponitur, adnotat in *l gallus, §.fin autem auaritia, D.de lib.& posthum.* vt sit sensus in *Ritu,* quem posuimus *q.præcedenti,* sub *num.* 118. quòd durat iustitia præuentoris, aut præuenti, quousquè de alterius iniustitia non constat, adeò vt, vel præuentori, cùm victoria adiudicetur libertas ab ære, quod contractum monstrat instrumentum, vel præuento instrumentum integrum, & absquè scru-

159 pulo, turbido, aut mixtura dubietatis, intretq; dispositio *tex.in l.lecta, § sed cū fortis, D.si cert.petat.* illis in verbis, *consequens est, vt etiam vsuræ ex eo tempore, quo moram fecit, accedant,* accedēt nāq; vsuræ statim, quòd sententia declaratum fuit, esse absoluendum creditorem præuentum ab impetitis, eiq; proptereà licere liquidare instrumentum, si tunc tē potis non fuerit citatus, qui præuenit, aut procedere ad interrogationem, si citario interim exierit, data opinione *Carau.* de qua suprà *q* 2. hoc *tit.* modò tamen ità institerit creditor, contra quem proponitur, fuisse præuentum, secundùm ea, quæ posuimus *d.q.2.in fin.* quibus in *locis* instantia significamus diligentem, & assiduam debiti repetitionem, flagitationem, & exactionem, iuxtà *l.32. D. de vsur.* ex qua hoc quoq; de instantia notat *Brisson.lib.9. de verb. signific. verbo instantia.*

160 Suadet hoc idem ratio quędam, qua in simili vsus est *Roder. de ann.redit.lib. 3.q.9.* sub *num.8.in fine,* cùm dicit, quòd simplex dilatio non operatur remissionē vsurarū, quia alioquin sequeretur, quòd

ſimplex datio dilationis tãtum operaretur, quantum datio vſusfructus ſortis principalis, quod videtur abſurdum, & contra mentem concedentis, quia datio vſusfructus non poſſet plus operari, quã quòd interim vſurę etiam per ſtipulationem debitæ, remitterentur, *l. poſtquàm, in fin. C. de vſufr. ear. rer. qua vſu conſum.* quæ verba integra ex more decerpſit *Roderic.* ex *Authore* damnatæ memoriæ in *tract.* qui tribuitur *Caball. de vſuris q.* 82. poſt *nu.* 624. vt eſt videre apud *Guilelm. Anton. de reſcript. morat. concluſ.* 63. ſub *nu.* 346. vbi diſputat articulum iſtum latiſſimè, exaratis damnati *Authoris* integris columnis.

161 Et probat, quod aſſumpſimus, *Ritus* ipſe 189. qui ad hæc vſus eſt verbis, *interim verò donec cauſa præuentionis pèdet*, nam dictiones illæ, *interim*, & *donec*, ità important pendentiam, & terminum temporis, vt diximus hoc *tit. q.* 1. *n.* 124. *& ſeq.* vt probet in *ritu* ſenſum, quem nupèr aptauimus, quia important limitationem diſpoſitionis *l. fœmina, D. de Senator.* notat *Dec. conſ.* 584. *viſis probationibus, num.* 11. vbi ſcribit, quòd dictio, *donec*, efficit diſpoſitionem temporalẽ, & idẽ dicit *Caſtr. conſ.* 184. *n.* 2. *verſ. colligitur inſuper, et conſ.* 185. *in princ. lib.* 2. vbi *donec vixerit* interpretatur, quouſq; vixerit, adeò, quòd in ſtatuto, ſi excluditur fœmina, *donec extant maſculi*, excluſio non eſt perpetua, ſed tẽporalis, *Bar. in l. vlt.* §. 1. *D. ad Tertyll. Bal. conſ.* 43. incip. *Domina Malgrada, lib.* 2. ſequitur *Dec. d. conſ.* 484. *num.* 11. *Sociu. Iun.* qui dicit communem *conſ.* 2. *in fin lib.* 1. *&* *conſ.* 110. *lib* 2 plenè *Menoch. conſ.* 105. *num.* 75. *& ſeq. vol* 2. *Rimin. Iun. conſ.* 249. à *num.* 21. vbi teſtatur de communi, & magis communi, quod & teſtatur *Alex. conſ.* 188. *num.* 2. *lib.* 6. vbi ſubdit, quòd ab iſta ſententia non eſt recedendum in iudicando, & quòd intelligatur appoſita ad limitandam diſpoſitionem, probat *Decian. conſ.* 108. *num.* 19. *lib.* 3. *& Caſtr. d. cons.* 185. *nu.* 1. vbi dicit, quòd legatum vxori factum, *donec vidua erit*, limitat, & reſtringit legatum, durante viduitate tantùm.

162 Necte moueat applicatio verbi, & diſpoſitionis dilationum, quia hæc dilatio, quæ à Principe data eſt, inuito creditore datur, & ideò, vt benè probat *Guil Ant. d. concluſ* 63. *num* 130. *& duobus ſeqq.* ſtrictior eſt, quam, vt extendi poſſit, aut debeat, ad remiſſionem acceſſionis fructuum, qui etiam ex ſola mora irregulari veniebant, quia in rei perſecutione cõſiſtunt, & locupletaretur debitor cum iactura creditoris, quod eſſet iniquum, *l. nam hoc natura* 14. *D. de condit. indeb. l. iure natura* 206. *D de regul. iur. cap. locupletari, de reg iur. in* 6. notat *Guil. Anton. d. cap.* 63. *num.* 59. non enim ſcripti ſunt *ritus* iſti, vt debitor lucretur, ſed tantummodò, ne damno afficeretur, vt inquit *Caballin. de vſur. q.* 8. ſub *n.* 624. *& Guliel. loc.* cit. *num.* 61. tenduntq; ad differendum actum exequutionis, non ad diminuendum ius obligationis, arg. *l. vlt. C. qui bon. ced. non poſſ. Guilel. Ant. in tract. de reſcript. morator. concluſ.* 6. *num.* 14. *l. quoties, C. de precib. Imper. offer.* vt dici poſſit, quòd *ritus* iſti continẽt ſimplices inducias compulſionis, differre namq; & liberare contraria ſunt, *Hering. de fideiuſſ. cap.* 20. §. 12. *num.* 12. *in fine, Anton. loco* cit. *concluſ.* 63. *num.* 338.

163 Eſt tamen verum in materia dilationum conceſſarum à Principe, quem, dubitandum nõ eſt, poſſe etiam inuitis creditoribus, vt fundat *Guil. Anton. de reſcript. morat. concluſ.* 10. à *num.* 1. etiam (ſi tamen magnum non ſit) in præiudicium creditorum, vt dixit *alibi* idem *Anton.* concedere moratorias, vt debitores per aliquod temporis ſpatium non moleſtentur, *Azeued. in l.* 2. *tit.* 14. *nu.* 34. *lib.* 4. *recopil.* notat *D. Reg.* Capyc. *Latr. deciſ.* 68. *num.* 29 *& D. Reg. Sanfelic.* qui rẽ explicat multis limitationibus, & declarationibus illuſtrat in *praxi iudic. ſect.* 27. à *n.* 6. vbi quòd debet tunc præſtari cautio idonea ſuper debiti ſolutione, quamuis referat, fuiſſe practicatum contrarium in cauſa Geneſij Sanguinetti, qua tamen in cauſa erit aduertendum, non fuiſſe per iuris tramites proceſſum, ſed cùm Geneſius obtinuiſſet dilationem ab Excellentiſſimo Duce Medinæ, tunc Prorege, non præſtita cautione, inſtanteque creditore detrectaret præſtare cautionem, petereturquè exindè corãm Dom. *Conſiliar. Arias de Meſa*, cauſæ delegato, quòd Ginesius remoueretur à beneficio dilationis, ex *Fabro in Cod. lib.* 1. *tit* 9. *defin.* 20. *num.* 19. conijceretur q; in carceres, quod ſine vlla benignitate fieri poſſe, tradit *Bernardus Vnrmſerus pract. obſeru. lib.* 1. *tit.* 28. *obſeru.* 9 *Chriſtophor. Henſcher. in method. tract. de priuileg. num.* 45. & poſt *Author. Germ.*

incer-

incertum de arrest. iur. Saxon. cap.5. num.12. ac *Barbos.ad l.si debitori 21.nu. 157. & seq. D.de iudic.* nouissimè visus *Gulielm.Anton.de Freundeberg*, vir sanè laboriosus,doctus,& omnigena eruditione refertus, vtinam esset tàm pius, & meritus de Religione Catholica Romana,quam profitemur,*in tract. de rescrip. morator. tit.9. conclus.51.* sub *num.75.* qui pro necessitate cauendi datis moratorijs quamplurimos allegat *tit.8. concl. 49 num.29.* quàmuis Princeps illas concesserit remissa fideiussione,vt prosequitur *ibid. à num.78.* assentiente Domino Commissario,quia debitor fuerat incarceratus,vt retineretur vsquè dùm cauisset,quod idem *Guilelm.* probat *loco cit.* rescripto Domini Proregis fuit excarceratus,non obstante,quòd cautio præstita non fuisset,obstreperetquè Delegatus,vt est videre ex actis delegationis, pęnès Franciscum Antonium Rapicanum, delegationis illius Scribam in Banca Scaccianenti Magist. Actorum in S.C. in causa DD.de Homodeis de Mediolano cũ Ginesio Sanguinetti,& si non negem,posse rescriptum,ac prouisionem illam reduci ad ius,& iustitiam, attenta maxima debiti summa,in quam nemo fideiussisset, posse enim Principem fideiussionẽ istam remittere ex iusta causa,& præsertim,si constet,fideiussores à debitore procurari non posse,ne ex hoc solùm debitores inducijs priuarentur,scribit *Guilelm.d.conclus.49.* sub *nu.117.* priuareturq; quandóq; Princeps inducias, & moratorias concedere inuitis creditoribus, quod satis posse Principem,notat *Guilm.* post multos,quos allegat *tit.5. conclus.10. à num.1.* & sub *nu.14.*

Non semper procedere,quod dictum est *à nu.154.* sed contrarium esse verius, quotiès attenta causa,ex qua moratoria, aut saluaguardia cõceſſa,ꝑponitur,aliud suadeat Principis voluntas,ac intẽtio petentis, si etenim fingas,Vniuersitatibus fuisse concessas literas supersessoriales soluendi eorum debita per certum tempus,posse namquè nomine Vniuersitatis literas dilatorias impetrari, probat *Anton.Faber in tit.de precib.Imper. offer.defin.20.* *Guil.Ant.loco* cit. *conclus. 18. à num.1.* qui *num.49.* id creditoribus conducere putat,& de facto fuerũt in Regno concessæ per Comitem Lemẽsium, cùm Prorex esset,attenta notoria paupertate Vniuersitatũ, vt refert *Thor. in 1.par. compend. verb. moratoria, fol.* mihi 343.& velis interim,quòd solueretur interesse aliquod,contra mentem esset,& damnum potiùs afferret commoditas illa soluendi,quàm lucri,aut remedij, subsidijq; species aliqua, vt inquit *D. Basilius in Psalm. 14. Hering. de fideiussor cap.22.nu.41.* quod hac sola ratione practicatum vidimus,cùm conflagrasset Mons Veseuus,à die 16. Decembris anni 1631. concessis namquè moratorijs Campaniæ Incolis,qui damnum sentierunt pro modo damni,non etenim vniforme omnibus locis extitit,durante dilatione,nec tertiæ pendebantur,nequè interim currebant,ea sola ratione, qua *Theodoricus* Rex, Arelatensibus remisso tributo,quòd pertulissent gloriosæ obsidionis penuriam, apud *Cassiodorum epist.32.lib.3.* dicebat,*quid enim à domino Agri exigas,quem eum non coluisse cognoscas?*

Et in ijs,quibus expẽditur saluaguardia per quinquennium, dummodò habiterent in Ciuitate Brundusij,nè molestetur à creditoribus,hoc passim obseruatur,vt est videre ex traditis per *Consiliarium Paschal.in tract.de virib. patr. potest par.2.cap.9. num.73.* post *Maxillam in consuetud Bar.rubr.de cess.bon.n.35.* dicunt etenim isti, quòd tales vno tantùm casu tenentur ad tertias decursas, pendente dilatione prædicta, si scilicèt dilatione finita,& postquàm ea vsi sunt, reuertantur in propriam patriam, indè etenim consequitur, durante dilatione ad tertias etiam conuentas non teneri, nequè illas currere, ea pendente, aliàs namquè non oportuisset considerare casum,quo quis,postquàm esset vsus dilatione quinquennali, remigtasset in propriam patriam,quod altera ex rationibus iustificari potest,vel scilicèt voluntate concedentis,qui concessisse dilationem præsumendus est, vt Ciuitas non deseratur, quam impleri habitatoribus semel voluit, vel vt fraus indè nitetur, posset namquè quis Principis frustrari expectationem,& mentem, petendo dilationem sub manendi promissione,quã seruare contemneret, postquàm dilatione gauisus esset,& cum tali intentione decipiendi petijsse,vt indè frustrator cõmodo dilationis priuari debeat,& beneficio impetrato, frustratori namquè negari dilationem, sanciuit *Theodoricus* Rex apud *Cassiodor.epist.6.lib.5.* & quòd

præsens actus,& factum informet, & declaret præteritum,quia subsequentia declarant præcedentia,probat *tex.in l. qui adulterij*, C.*de adulter.* & argumentum sumitur ab euentu rei sequuto , inquit *Bal.cons.*136.*in princ.lib.*2.notat *Tusch. lit.B.conclus.*350.*num.* 1.qui *concl.* 349. scribit , euentum rei dubiæ à principio, reddere rem certam , perindè , ac si à principio facta fuisset secundùm euentũ, ex *Oldr.cons.*23.*in princ.*vbi de duobus Regibus eodem tempore electis, vt valeant à principio gesta ab eo,qui ob euẽtum declaratus fuit verè Rex.

SVMMARIVM.

164 *Tertiæ an,& quæ exigi possint,dùm pendet iudicium præuentionis,motum, quia res vendita pro libera,reperta sit, non esse talis,sed subiecta oneri, & à num.*177.*vndè negatiua, & num.*181. *ad nu.*182.*vndè affirmatiua , sed cum moderamine , & num.* 185. *& quid si obligatio esset conditionalis,vel in diẽ, vt num.*192.

165 *Emptor rei pro libera, si talem non reperiat rem emptam, an agat tantummodò,vel etiam excipiat contra venditorem. vt liquidationem instrumenti pro pretio impediat , & qui modus tutior sit,num.*166.

Cautela emptori pauperi , non valenti soluere pretium,recensetur ex Bald.

167 *Melius est occurrere,quàm post vulnus acceptum remedium quærere.*

Præuenire meliùs est , & tutiùs quàm præueniri, ibid.

Præuentio maior est, & tutior qualibet exceptione,etiam solutionis ad impediendam liquidationem instrumenti,ibid.

Præuenire prodest,ibid.

168 *Exceptio rei non liberæ , vt prosit ad impediendam liquidationem,quomodò probari debeat. Ea an possit opponi , cùm ex forma statuti nulla potest opponi exceptio contra instrumentum, num.*178.

169 *Emptori competit actio ex empto , vt res libera tradatur,& luatur à creditoribus,etiam post rem traditam,ibid.*

Vel quòd nulla lis mota sit super auocatione rei,ibid.

170 *Emptor non cogitur soluere pretium rei venditæ,donec res à nexu pignoris liberetur.*

*Venditori non competit exercitium actionis ex vendito,qua pretium consequi possit,priùs quàm ipse rem tradiderit modo, quo promisit,ibid.& num.*177.*& num.*201.

*Quid si expressè actum non sit , vt res libera esse deberet , sed venditor affirmauit, liberam esse,vel dixerit,*Vti optimus maximus , *ibid. Vel dixerit, francam,& liberam,& pro franca,& libera,adiecta clausula in instrumento venditionis,*teneri voluit, seq; obligauit,*num.*174.

171 *Stipulatio, seruum sanum esse , furem non esse, vispertilionem non esse , ad quid prosit,cùm seruus talis sit.*

172 *Venditiones annuorum introituum an ratam dominij transferant in emptores illarum super feudis .*

Adhoc an debeat præstari ab eo,qui super feudo emit annuas p̃stationes,ibid.

173 *Hypotheca generalis an differat à speciali,quotiès agitur,vt res vendita libera tradatur.*

175 Contra*ctus an , & quarè rescindi possit vendita re pro libera,et franca,cùm talis non reperiatur .*

*Quàmuis res tradita esset,aut pretium solutum,ibid.& n.*176.

Venditor sciens rei conditionem , & illam immutans,dicitur versatus in dolo. Et quid si fuisset ignorans , ibid.

179 *Vsuræ debentur in pœnam retardatæ solutionis.*

180 *Emptor,quòd lucretur fructus rei venditæ,quando venditor non implet ex parte sua,qui dixerint,recensentur,sed an id verum sit, num.*204.

183 *Vsus rei cùm non minuitur,minui nõ debet interusurium,minui tamẽ debet interusurium pro modo , quo minuetur vsus,ibid.*

Et si non reddat res fructus, interesse non debetur in totum, vel pro rata temporis , quo non redditi sunt fructus,ibid.

184 *Interesse hoc in casu,quod,& quomodò petatur,aut peti debeat,vt debeatur,& num.*185.*&* 188.*& num.*190. *& sub num.*201.

Qua ratione illud arbitrari Iudex *possit,aut debeat,nu.*189. *etiã in occasione sequestri fructuum ad instantiã venditoris,num.*191.

Exceptio implementi non sequuti quãdo admittatur , non obstante pacto de non opponendo, renunciationeque

exce-

exceptionis res non liberæ, ac præuentionis contra creditorem petentem exequutionem, ibid.

186 *Vsura compensatiuæ sola perceptorum fructuum ratione debentur, etiam nulla mora intercedente, & num.* 199.

187 Glos. in l. 3. D. de act. empti, verbo non intelligatur, *accipienda est de vsuris fructuum, non punitorijs, aut damni restauratiuis.*

191 *Vxori an, & quando, ac cuius quantitatis possit fieri liberatio, inauditis viri creditoribus, si agat pro restitutione dotium, vel antefati, pendente discussione inuentarij, ac bonorum.*

Sequestrum an, & quomodò concedi debeat contra prauentorem, facta præuentione, ibid.

193 *Præuentio non impedit exequutionem instrumenti pro summa, quæ certò apparet deberi, & in omnem euentum, cùm scilicèt, aut succumbat, aut secùs, qui præuenit.*

194 *Calculi discussione pendente quis molestari non debet, & quarè.*

Calculus, nisi confirmetur à Iudice, non efficit quem debitorem, ibid.

195 *Sententia exequi potest pendente liquidatione calculi, si ex alijs calculis apparet, actorem in omnem casum esse creditorem.*

196 Gargilianus *notatur vti miser, & demens, quòd litigaret diutiùs, cùm posset cedere, aut vinci.*

Lites fugiendæ sunt, tanquàm execrabiles, ibid.

Sacerdotem non decet protendere improbam litem ibid.

Eos vix licet litigare, nisi per procuratores, qui quomodò dici debeant, ibid.

197 *Conditio si existat, contra debitorem conditionalem conditione pendente fertur sententia ex eisdem actis, quando conditio fuit apposita in contractu.*

Conditio retrotrahitur, ibid.

198 *Assecuratus an, & quando carcerari possit, & puniri de delicto commisso pendente securitate.*

199 *Pendente lite super absolutione à iuramento, si cedat dies solutionis, pecunia promissa debet fieri solutio. Et non soluens est periurus, ibid.*

200 *Assecuratus debet reponi in libertatem, quàmuis assecuratus dicatur à non habente potestatem.*

202 *Dispositum in vno ex correlatiuis non censetur dispositum in alio, cùm diuersa subest ratio.*

203 *Vsuræ quòd sint accessoria pretio, quomodò debeat intelligi.*

Accessorium non sequitur naturam sui principalis, quando non est eadem, sed diuersa ratio, ibid.

205 *Res empta non efficitur emptoris, neq; fructus ab ea prouenientes, antequàm soluatur pretium.*

DVBIVM QVINTVM.

Tertia an, & quæ exigi possint, dùm pendet iudicium præuentionis, quod motum sit, ex quo res vendita pro libera, censui, aut alteri oneri, seruituti scilicèt, subiaceat, & hypotheca.

164 SED an saltem possit practicari in iudicio præuentionis *decis.* 373. *Præsidis* nostri *de Franch.* cùm præuentio fiat ex causa, quòd res vendita pro libera reperta sit obnoxia censui, hypothecæ, aut simili oneri, & seruituti, videamus hoc loco, vt omninò discussa conclusio pateat, quam non semel posuimus in *præcedentibus*, præsertim in *dubio*, quod nupèr absoluimus, cùm diximus, præuentionem semper, & omni in casu impedire exequutionem instrumēti, & insimul absoluta maneat quæstio terriarum, quam tractamus in re, quæ solet accidere in dies ex frequentia contractuum in Regno circa propositam speciem, propter defectum pecuniæ, & sterilitatem agrorum, vendit namquè, qui prædia tenet, pretio relaxato sub vsuris, vt fructus augeat, qui maiores semper sunt ex pecunia, quàmuis hæc sterilis sit, natura sua.

165 Vt autem quæstio videatur vtilis omni ex parte, erit prænotandum, causam istam duobus modis proponi, vel per viam exceptionis, cùm liquidatur instrumentum pro pretio rei venditæ, vel per modum actionis, vti de primo accuratè *Cesar in l. ex ijs prædijs, C. de euict.* definiuit illis in verbis, *Idem etiam fiet, si aduersus venditorem ex vendito actione, pretium petentem, doli exceptionem opposuerit,* & notat *ibi Accurs.* & *Bald.* vterquè cùm docet, duplex concedi remedium emptori aduersus venditorem, qui rem non liberam tradidit, alterum

terum actionis ad rem liberandam, alterum exceptionis ad pretium retinendum, donec res liberetur, quod & repetit *Bal. in l. qui rem 3. C. de euict.* tradens pro cautela emptori pauperi, qui non valeat rependere pretium, vt excipiat, quòd res non sit libera, putà quia pro dote vxoris, aut alio quouis debito sit obligata, & iterùm in *l. 2. C. de adil. act.* circa *fin. Salyc. in d. l. ex ijs, Alex. in l. 1. §. si hares, num. 3.* & *ibi Ripa num. 32. D. ad Trebel.* & quàmuis vtroquè modo impediat liquidationem instrumenti, vti notarunt *Freccia de prasent. instrum. par. 7. q. 5. per tot. Prasid. Amat. cons. 65. num. 3. vers. idemquè, D. Merlin. contr. 91. num. 8. lib. 1. Ricc. dec. 105 par. 1. Viscon. in addit. ad decis. Vinc. de Franch. 200. n. 14. Galter. in pract. instrum. verbo aduertat ad debita, num. 61. & seq. Hodier. in addit. ad decis. Surdi 165. num. 12. & num. 19. & decis. 253. num. 23.*

166 Quia tamen periculosum est expectare citationem, vt excipiatur, vel quia citatus aliquo casu Curia pro Tribunali sedente adesse non possit, vel quia si
167 omittas, quòd melius est occurrere, quàm post vulnus acceptum remedium quærere, *l. vlt. C. in quib. caus. in integr. restit.* vndè notat *Card. Tusch. conclus. 648. in verb. prauenire*, & nouissimè *Christophor. Besoldus in discursu de Arcanis Rerumpublicarum, fol. mihi 8. in princ.* quòd præuenire melius est, quā præueniri, id, quod tutiùs quoque esse cēsuisse *Alphonsū Aragonesē* Ducē Calabriæ, & *Pierū Mediceū* notat *Franc. Guicciard. lib. 1. histor. fol.* mihi *6. à ter. in princ.* & ex nostris *Io. Bernardin. Muscatell. in praxi fideiuss. par. 2. q. 8. num. 8.* vbi loquens de præuentione facta seruata forma *Prag. malitijs, de prauent. moder.* inquit, quòd præuentio maior est, & tutior qualibet exceptione, & præsertim exceptione solutionis, quandoquidèm per exceptionem solutionis non supersedetur in instrumenti liquidatione, sed per exceptionem præuentionis statim supersedetur, nec potest ad liquidationem procedi, nisi finita causa præuentionis, vt idē *Muscatell.* obseruat *loco* cit. *num. 9.* vt hìnc maneat probatum, quod *Andr. Tiraq.* aduertit in *repert. retract. verbo prauenire*, quòd nimirùm præuenire
168 prodest, vt exceptio rei non liberæ prosit, & impediat liquidationem, debet in promptu probari per testes, vel instrumenta obligationum, quòd res non sit libera, vti docuit *Freccia d. par 7. q. 1. nu. 1.* soletquè hoc multis captionibus intercidere, periti Aduocati consuluere nō semel, vt nō habita ratione aliqua expensarū ad cautionem præstandam proponeretur iustitia ista per modum actionis, præueniendo, quod fieri posse hæsitādum non est in ordine, quia emptori cō-
169 petit actio ex empto, qua valet aduersus venditorem experiri, vt rem liberā tradat, & à crediroribus luat, *cap. cùm Ioannes, extrà de fide instr.* ibi, *vt domū vacuā traderes, & à creditoribus liberatam, d. l. ex ijs pradijs, C. de euict.* illis in verbis, *ex ijs pradijs, qua mercata es, si aliqua à venditore obligata, & nec dùm tibi tradita sunt, ex empto actione consequeris, vt ea à creditore liberētur*, quod obtinere, etiam si post rem traditam emptor agat ad eam liberandam, est locus *Sceuola in l. creditor 4. . pradium, D. de act. empti*, vbi cùm quæreretur, an is, qui prædium æstimatum in dotem dederat, quod credirori obligatum deprehēditur, teneatur actione ex empto, vt à creditore lueret, & marito liberam præstaret, respondit *Sceuola*, teneri, ex quo *tex.* hoc tradit in puncto *Accurs. in d. l. ex ijs pradijs, in fin.* vbi *Bal.* & *Salyc. Alex. in d. §. si hares, num 3.* declarant *Bart.* & *Salyc. in d. l. creditor, §. pradium*, quem *tex.* memoria tenendum scribit *ibi Castr. num 2 in fin.* quos sequuntur *Guzman de euict. q. 23. n. 32. & seq. Mangil. in eod. tract. q. 23. nu. 14. Castill. contr. lib. 3. cap. 42. num. 90. Gutierr. lib. 2. pract q. 169. Praes. de Franch. d. decis. 200. num. 13. Surd. d. decis. 165. num. 6. Cacher. decis. 24. num. 2. Seraph. dec. 321. num. 8. Ludouis. decis. 88.* circà *fin. Giurb. decis. 113. à num. 9.* vsquè ad 13. etiam si nulla fuerit lis mota super rei auocatione, vt probat *tex. in l. seruus, quem 31. §. si sciens, D. de act. empti*, & in *l. si hominem 69. D. de solut.* ibi, *nec expectabimus, vt creditor euincat*, quia non agitur ex eo, quòd sit sequuta, vel immineat euictio, sed quia res non est liberè tradita, quod & notat *Praes. de Franch. d. decis. 200. à nu. 13.* & *D. Amat. cons. 58. num. 4.* qui sæpiùs ità fuisse decisum testantur, & repetit idem *Amat. cons. 65. num. 4.*
170 Sed nequè id hæsitari potest in iustitia, nam quòd non cogatur emptor soluere pretium, donec res à nexu pi-

gnoris liberetur, ſcribunt *Cancer. lib. 1. var. tit. de empt. et vẽd. n. 68.* per *tex in d. l. ex jis prædijs*, relatis *Bal.* & eius *Addit. ibi, Salyc. Cyn. Odofr. Alex. Neguſ. Paul. Caſt.* & alijs *Guzman d. c. 23. à n. 29. Mãgil. de euict. q. 39. num 15. & 16. Amat. d. d. conſ. 65. num. 5. Merlin. controu. 45. in princ. & d. contr. 91. à num. 1. Cacber. d. deciſ. 24. num. 4. Hodierna in d. dec. Surdi 165. à num.* 10. & latiùs *deciſ. 253. n. 18.* & per *tot.* & ſuadetur, quia venditori nõ conceditur exercitium actionis ex vendito, qua compellat emptorem ad id, quod conuenit præſtandum, priùs quàm ipſe eo modo rem tradiderit, quo ſe præſtaturum promiſit, *l. ædiles 25. §. vlt. D. de ædil. edicto, l. Iulianus 13. §. offerri, D. de act. empti*, ex regula, vt ex contractu, qui vltrò, citròquè continet obligationem, non poſſit alter alterum cogere, vt impleat, niſi priùs ipſe ex parte ſua conuentionem impleuerit, vt ex *tex. ibi* notant *Gloſſ. & DD. in d. §. offerri*, & *Giurba deciſ.* 100. ſub *numer.* 22. poſt *Graß. de except. except.* 13 non etenim tantùm rem tradere emptori tenetur venditor, *l. 1. & l. ex empto* 11. cum ſimil. *D. de act empti*, ſed & ipſam tradere liberam, & immunem, nulloquè obligationis ligamine implicatam, *l. cùm venderet* 59. vbi *gloſ. D de contrah. empt. l. in venditione* 42. *D. de act. empti, d. l. ex ijs prædijs*, vbi *gloſ. Bald.* & alij paſſim *d. cap. cùm Ioannes*, vbi notatur, ſemper enim res vendita libera eſſe debet ab omni nexu pignoris, ſiuè apertè id actũ ſit, ſiuè nihil fuerit expreſſum, nam ſemper intelligi, rem vendi hac lege, inquit *Donell. in l. cùm tibi liberam* 22. *C. de euict.* & notant *Caldas à Pereira de empt. & vend. c. 22. à nu. 6.* & *Tiraq.* qui alios refert *de retr. lign. §. 1. gloſ 9. n. 56.*

Qua ratione reſpondi in cauſa ardua, non referre, quòd venditor non promiſerit ſe præſtaturum rem liberã, ſed ſufficere, quòd eam liberam affirmauerit tantummodò ex *tex in l. quod ad ſeruitutes 75. D. de euict. in l. cùm venderet 59. D. de contrah. empt. in l. qui vti optimè 90. D de verb. ſignif.* & in *l. traditio 20. § ſi quis igitur, D. de acquir. rer. domin.* in quibus iuribus habetur, quòd ſi quis fundum vendens dixerit, *vti optimus maximus* (quibus verbis veteres ſignificabant eum liberrimum ab omni ſeruitute, & hypotheca *in l. non tantùm 169. D de verb. ſignific.* notat *Gotofred. in l cùm fundus 48. D. de euict.*) obligatur ex ijs verbis ad illum tradendum liberum, & immunem, quod in hæc verba effinxit *Vlpianus in d. l. traditio, ſi quis igitur fundum liberum dixerit, cùm traderet eum, qui ſeruus ſit, nihil iuris ſeruituti fundi detrahit, ſed obligat ſe, debebitq; præſtare, quod dixit.*

Et in terminis, quòd ſufficiat, quòd liberam rem eſſe venditor promiſerit, nec requiri, vt ſtipuletur, rem liberam præſtari, *Vlpianus* docuit quoquè in *l. ſi ità quis ſtipulanti 31. D. de euict.*
171 vbi ſcribit, quòd & ſi ea ſtipulatio ſeruum ſanum eſſe, furem non eſſe, veſpertilionem non eſſe, inutilis quibusdã videretur, eo, quòd ſi quis eſt in hac cauſa, impoſſibile eſt, quod promittitur, ſi nõ eſt, fruſtrà eſt, attamen, inquit ipſe, *Sed ego puto verius, hanc ſtipulationem, ſanum eſſe, furem nõ eſſe, veſpertilionem non eſſe, vtilem eſſe, hoc enim continere, quod intereſt horum quid eſſe, vel horũ quid non eſſe, ſed & ſi cui horum fuit adiectum præſtari, multo magis valere ſtipulationem*, ex quo infert *Gloſſa, ergo intereſſe eſt in obligatione, licèt non promiſerit, ſe daturum, vel facturum, ſed ità eſſe*, & ità fuit iudicatum in illa cauſa, quod poſtmodùm fuit quoquè ſollemniter iudicatum per Magnã Curiam in cauſa Ill. Principis Petræ Elcinæ, cum Ill. Duce Acheruntiæ, hic etenim cùm vendidiſſet Principi duas partes Caſalis Iuliani, relaxatamquè pretij partem, iudicio criminali liquidationis inſtrumenti expeteret, & ille excepiſſet de re non libera, eò, quòd Caſale, quod liberum eſſe aſſeruerat, & francum ab omnibus oneribus, & hypothecis, exceptis tribus annuis reditibus, ſiuè cenſibus debitis Menſæ Epiſcopali Ciuitatis Auerſæ, Domui Annunciatæ, & Sereniſſimo Duci Parmæ, atquè Placentiæ, eaſq; ad ſe pertinere quòad feudalia, in vtili dominio, & quòad burgenſatica in pleno dominio, cùm tamen directum dominium partis vaſallorum, qui fuerant Io. Bernardini Carboni, pertineret, vt dicebatur, ad Menſam prædictam, & per eam fuiſſe conceſſos Carbono in emphyteuſim, & exindè, quòd aliquæ ex dictis portionibus eſſent burgenſaticæ, & pro ijs ſoluitur cẽſus Epiſcopatui Auerſæ, & alijs Eccleſijs, & partes Caſalis venditæ, multis ſpecialibus hypothecis erãt obnoxiæ, cùm ſuper iis multi annui cen-

sus fuissent impositi, & partes ipsæ specialitèr pro illorum venditione designatæ, quod onus maius esse, & grauius existimandum Princeps dicebat, quàm si
172 simplicitèr feudum esset obligatum generali hypotheca, tùm quia annuorū introituum venditiones ratam dominij transferre dicuntur in emptorem, quia non tàm pecunia, quàm rei fructus vendiri intelligantur, quod tamen Ego falsum esse consului, & postmodùm obtinui in causa Creditorum Marchionis Montis Falcioni contra Baronem Castrorum Trentolæ, & Loriani, explosis allegationibus in articulo editis per antiquos illos, qui subscripti reperiuntur in *alleg.* 2. penès *Io. Camillum Bilottam*, post *tract. de absolut. iuram.* in qua causa fuit præceteris decisus articulus allegationis prædictæ, quòd, nimirùm, adhoa præstari non deberet ab eo, qui super feudo emit annuam præstationem, referente quondam Scipione Salituto, tùc Regio Consiliario, in Banca Auitabilis, tùm quia etiam ad producendam rei nō liberæ exceptionem in terminis *l. ex ijs prædijs*, cum concord. C. *de euict.* quādo nulla de re libera intercessisset conuentio, non idem operatur generalis, quod specialis hypotheca, quia nullum sit patrimonium tàm diuitijs affluens, vt nulla, nè quidèm generali hypotheca
173 fit obligatum, ideòque semper præsumatur scire emptorem, vt res esset fakē generalitèr obligata, qua ratione, *d. l. ex ijs prædijs* non extēdi ad generales obligationes, norant ex recentioribus *Canter. d. lib. 1. var. cap. 13. de empt. & vend. num. 64. vers. & idem censeo*, quem sequitur *Giurba decis. 113. num. 15. versic. qui sit etiam, D. Merlin. contr. 45. nu. 8. lib. 1.* & *Hodierna* ad cit. *Surdi decis. 165. n. 8. in fin.* magis namquè iē afficere obligationem specialem, quàm generalem, est *tex. in l. differentia 9. D. quib. caus. pign. tac. contrab.* norant *Neguf. de pignor. memb. 1. 2. par. n. 10.* & *Gratian. discept. 546. num. 30.*

Visis per M. C. assensu Episcopi, respectu portionis obuentæ Cosmo Pinello ab illis de Carbono, pluribusquè publicis instrumentis, quibus continebatur specialis obligatio partium prędictarum, facta per Ducem Actorem, præsentatis omnibus Curia pro Tribunali sedente, vt indè in promptu probaretur, quòd res libera non esset, fieretq; locus dictis per *Freccian*, de quo meminimus *num.* 168. exijt decretum, *liberatis feudis*, *rectius citetur*, exijtquè pars vltima decreti, eò, quòd cauerat Dux pro maiori summa, quàm re vera deberetur, licèt error in parua quadam esset quantitate, cùm tamen sufficeret in obolo, & decretum fuit postmodùm confirmatum per S. C. ad quod appellatum fuerat pro parte Ducis, dato termino in causa, referente insigni viro illo D. Andrea Provenzali Regio Consiliario, & sunt acta in S. C. in Banca Fabritij Solatij Act. Magist.

174 Quàmuis in vtraquè causa dixissem, quòd res erat extrà omne scrupulum, ex quo in instrumento venditionis aderant verba, *teneri voluit*, *sequè obligauit*, *&c.* & alia, *francam*, *& liberam*, *ac pro franca*, *& libera*, quæ erant concepta in parte dispositiua contractus, & proptereà denotabant promissionem tradendi domum, de qua agebatur in prima causa, quam retuli, cum omnibus illis qualitatibus, quæ fuerant expressæ, nam quæ in lege contractus dicta sunt, obligant venditorem ad præstandum, *l. si cùm fundum* 68 *l in lege* 77. *l. fistulas* 78 *D. de contrab. empt.* ex vi infra verbo, *vendere*, quod obligat venditorē ad tradendum, quod fuit venditum, *l. si traditio* 4. *C. de act. empti*, *l.* 2. *& l. ex empto* 11. *§. etiam*, *D de act. empti*, & clariùs id insinuare, dicebam, verba illa, *francā*, *& liberam*, qui etenim dicit, rem liberā esse, quæ tamen libera non sit, tenetur eam liberare, *l. penult. D. de euict.* ibi, *liberum præstet*, *d. l. non tantùm*, *D. de verbor. signif.* ibi, *vt libera præstentur*, *d. l. ex ijs* 5. *C. de euict.* ibi, *vt ea à creditoribus liberentur*, & *d. l. creditor*, *§. prædium*, *D. de act. empti*, ibi, *vt à creditore lueret*, *& marito liberum præstaret.*

Et hæc itidem omnia habita fuerūt pro veris, & claris, expressisquè legis verbis inniti in causa V. I. D. Abbatis Vincētij Cataldi, cum Amico, quem ex causa non nomino, in qua cùm fuisset à N. N. datum Cataldo in solutum rus quodam, situm in Ciuitate Vici Equensis in satisfactionem quarundam quantitatum mutuo sibi datarum, facta assertione in instrumento dationis insolutum, quòd rus erat francum, & liberum à quocunquè onere, ac nemini obligatum, & postmodùm repertum fuisset, quòd erat submissum Reuerendo Patri Priori Monasterij Sancti Viti Ordinis Patrum Ce-

leſt inorum pro capitali ducatorum biſcentum, nec non vxori dicti N.N. hy-
175 pothecatum pto reſtitutione dotium, & antephati, ſcripſit, bonæ memoriæ, *D. Aloyſius Epiſcopus Riccius*, contractum potuiſſe, & debere reſcindi, poſſeque recuperare ſuum creditum, non obſtante quietatione facta ob dictam ruris dationem in ſolutū, ex capite falſæ aſſertionis, ex *tex.* iuncta *gl. in l. elegantèr, verb. ſi in hoc ipſo, D. de dolo*, & Authoribus, quos citabat in *l. 3. §. vlt. D. pro ſocio*. & iterùm ex *tex.* quem pulchrum, & videndum eſſe dicebat in *l. quod venditor*, cum *gloſ. D. de dolo, Alber. in d. l. elegantèr, eod. tit. & Marzar. conſ. 57. num. 1. & num. 14.* vbi tenens ſupradictam concluſionem, nimirùm, contractum poſſe reſcindi, ait, ſic eſſe intelligendum *Ruin. conſ. 141. lib. 1.* quibus cùm Ego patrocinarer pro actore, addebam in proprijs terminis *Reg. Lanar. conſ. 73. num. 20. & 21.* qui alios allegat, & *Praſid. Anillum Amat. d. conſ. 58. num. 8. & ſeq.* qui *num. 11.* inquit, quòd cùm venditor illud expreſſiſſe cenſeatur, vt emptorem ad emendum alliceret, ideò fide contractus non impleta, dominium reuertebatur in priſtinam cauſam, ex *tex.* iuncta *gloſ. in d. l. elegantèr*, & in *l. ſi quis affirmauerit 9. D. de dolo*, quod probati ſubdebam in *l. cùm te fundum 6. C. de pact. inter empt. & vendit.* illis ex verbis, *quando non impleta promiſſa fide, dominij tui ius in ſuam cauſam reuerti conueniat*, quod proſequitur latiſſimè *Mareſcott. lib. 1. var. cap. 90. nu. 5. Berous conſ. 158. lib. 1. à num. 21. Surd. conſ. 13. n. 17. Gratian. diſcept. 175. num. 23. & diſcep. 307. n. 26. Menoch. conſ. 1106. num. 21. verſ. quinta eſt concluſio, & conſ. 1178. num. 11. & Altograd. conſ. 12. à nu. 25.* vbi latiſſimè.

176 Nec obſtare, dicebam, reſciſſioni contractus, quòd rus erat traditum, quia non indè præcludi viam reſciſſioni probabam, quòd tradita res non dicatur, quæ poteſt auocari, ex not. per *Cancer. lib. 1. var. cap. 13. de empt. & vend. nu. 69. in fin.* & ex *l. 2. § vacua, l. 3. l. emptorem 12. §. idem Neratius, D. de act. empti, l. nō videtur 21.* cum concord. *D. de acq. poſ.* & tradunt præcit. DD.

Et vltrà doctrinā *Claudij Seyſel. in l. 1. § ſi hæres, D. ad Treb.* qui dicit, ꝙ ſufficit, ſi ē poſſe aliquo caſu peruenire ad tertiū, vt dicatur non libera tradi, ꝙ ſequitur *Oſaſch. d. deciſ. 24. nu. 3. & 6.* & iterùm quia nihil obſtat emptori pretij ſolutio, vt venditorem cogere poſſit, quòd rem liberet ab obligatione, vt poſt *gloſ. in d. l. ex ijs prædijs*, & in *d. l. qui rem, Rip. & Oſaſch.* voluit *Cancer. loco cit.*

Mouebar, quia venditor ſciens rei cōditionem, & illam immutās, dicitur verſatus fuiſſe in dolo, *d. l. ſi quis affirmauerit, l. quod ſi cùm ſciret 8. D. de dolo*, idquè amplexandum eſſe, etiam ſi Honorius fuiſſet ignorans, cùm non debuerit tàm facilè, quod ignorabat aſſeuerare, nec procliuis eſſe ad temerariam indicationem, *l. Iulianus 14. § quod autem diximus, verſ. & qui ignorauit, D. de act. empt.* ſemper enim poterit dicere emptor, ſe credidiſſe venditori aſſerenti rem liberam, nec ideò rei naturam, eiuſque qualitates indagaſſe, quas, ſi ſciuiſſet, vtriquè non fuiſſet empturus, vt latiſſimè conſiderant *Amat. Menoch. Altograd.* & alij nupèr allegati.

Et ex his obtinui, quòd ſequeſtrarentur quidam effectus N. N., quàmuis illius Aduocatus ſummis uiribus defenderet articulum reſpectu obligationis pro dotibus uxoris, & antephato, vt cautior eſſet Vincentius, etiam in principio litis, ex decreto domi lato per integerrimum ſimul, & doctiſſimum Conſiliariū D. Ferdinandum Arias de Meſa, bonæ memoriæ, quod fuit poſtmodùm confirmatum per Sacrum Conſilium, & indè partes ad concordiam deuenere, cuius rei proceſſus eſt in Banca Solatij.

His ità ſuppoſitis videtur in quæſtione, quam agimus, nullatènus poſſe emptorem, qui talitèr præueniat moleſtari pro tertijs conuentis, antequàm finiatur cauſa præuentionis, & in ea ſuccumbat præueniēs, quicquid inferri poſſe videatur ex citata *dec. 373. Vinc. de Franch.*

Primò, quia *Ritus*, facta præuentione, reſiſtunt exactioni, vt ità concludamus, ꝙ expreſſimus in *dubijs præcedentibus.*

177 Secundò, quia vt exigat præuentus, quod ſibi promiſſum dicit in inſtrumento, actioni debet inniti, qua ſuum perſequatur, hæc verò deeſt, vt dictum eſt, re non liberè tradita, in contractu emptionis, & venditionis, oritur namquè ex cōtractu, qui eſt vltrò, citroquè obligatorius, & in contractibus iſtis non datur actio vni partium, niſi primò ex ſui parte adimpleuerit, *d § offerri, cap. peruenit*, vbi *Abb. de iure iur.* & qui non implet, repellitur ab agendo, inquit *Bald. in*

l. pacta conuenta, quam le gi t post §. *qui-*
nimmò, D. de contrab. empt. & quòd qui
priùs vult agere in iudicio, debeat priùs
adimplere, ſcribit *Dec. conſ.* 119. *Cornent*
conſ. 179. *vol.* 1. *num.* 1. *Becc. conſ.* 45. *n.* 60.
Cacher deciſ. 51 *per tot. Surd. conſ.* 101.
num. 2. qui *num.* 4. inquit, quòd vt ven-
ditor agere poſſit ad pretium rei vendi-
tæ, tenerur imprimis rem tradere, ex *l.*
qui pendentem, vbi *gl. D. de act. empti*, &
gloſ. in d. §. offerri, aliàs exceptione doli
ſubmouetur, *d. l. ex ijs prædijs, in fin. C. de*
euict. Bal. in d. l. ſi traditio, in 3. *q. C. de*
178 *act. empti*, in qua *lege* dicit etiam, quòd
hoc vindicar ſibi locum, etiam quando
ex forma ſtatuti nulla exceptio opponi
poteſt contra inſtrumentum, & ſequitur
Anton. de Canar. de exeq. inſtrum. q. 27.
Dec. conſ. 119. *col.* 1. *in fin.* vbi ſubdit,
quòd ſi venditor petit pretium rei, quam
non tradidit, apparet, quòd vult locuple-
tari cum aliena iactura, & conſequentèr
dicirur in dolo, *l. ſi quis mancipijs, §. fin.*
D. de inſtit. comprobat *Natta conſ.* 373.
num. 29. *Dec. conſ.* 421. *num.* 2. & ſic non
poterit antè perfectam obſeruantiam,
qui vendidit, petere vſuras pretij, quæ
ſunt acceſſoriæ ad ipſum pretium, acceſ-
ſorium enim ſequitur naturam principa-
lis, *cap. acceſſorium, de reg. iur. lib.* 6. *l. cum*
principalis, D. eod. tit.

179 Tertiò, quia vſuræ debentur in pœnā
retardatæ ſolutionis, *l. cùm quidam* 17. §.
ſi pupillo, D. de vſur. ſed in caſu, quo non
rraditur res vendita libera, prout fuit
promiſſa, non poteſt dici retardata ſolu-
tio, quia poteſt emptor tunc retinere
pretium, & impunè illud non ſoluere.

180 Quartò, quia multi ſunt, & in iure no-
ſtro viri grauiſſimi, qui cenſent, emptorē
liberè lucrari fructus, quando venditor
ex ſui parte non adimplet, quorum Au-
riga eſt *Bal. in l.* 1. *num.* 5. *verſ. modò*
quæro, C. de bon. matern qui loquens in
caſu, quo venditor promiſit fideiuſſorē,
& poſteà neque offerat, dicit hæc verba,
imputet ergo ſibi venditor culpam ſuam,
quia in mora eſt, non offerendo fideiuſſo-
rem, nec eſt abſurdum, quòd faciam fru-
ctus meos, quia ex re mea, & eandem
quoquè ſententiam tenet *Iacob. Cancer.*
lib. 1. *var. d. cap.* 13. *de empt. & vendit* ſub
num. 65. *& num.* 68. relatis *Bal. Afflict.*
Gaſpare Theſ. & deciſ. Vinc. de Franch.
555. ſubdens, hanc ſententiam ſibi ma-
gis placere, quàm contrariam, & quòd ſi
emptor retinendo pretium, & recipien-
do fructus locupletatur cum iactura
aliena, id procedit ex tacita voluntate
venditoris, qui id permittit emptori, non
adimplendo id, ad quod tenetur, & hoc
in caſu licitum eſſe locupletari cum alie-
na iactura.

181 Et ad caſum, quòd donec venditor rē
liberam, vt aſſeruit, non tradit, quòd non
teneatur emptor ad intereſſe conuentū
pro reſiduo pretij, alios allegat *Amat. d.*
conſ. 58. *n.* 15 *& conſ.* 65. *n.* 6.

182 Sed his, & ſimilibus non obſtantibus
puto Ego, ità decidi rem iſtam ex citata
deciſ. Præſid. de Franch. vt & ſecundùm
illam omninò debeat iudicari in cauſa
præuentionis, ſi tamen adhibeas mode-
ramen.

183 Moueor, quia, vt conſtat ex diſcurſu
illius *deciſionis*, ſi vſus rei non minui-
tur per defectum talis implementi, mi-
nui non debet interuſurium, ità enim
in terminis probant *Cagnol. in l. curabit,*
C. de act. empti, à *num.* 31. *& num.* 33. *&*
Bartholom. Socin. conſ. 88. *n.* 1. *vol.* 4.

Vt hìnc intelligas, quòd ſi quoquo
modo minueretur vſus per defectum ta-
lis implemēti, vſus ſic diminuti ratio ha-
beri deberet in condemnatione præuē-
toris ad intereſſe, nè ſcilicèt excederet
æſtimationem vſus, aut fructus, ſi in ijs
conſiſtet, ità namquè reſolui debere,
quandoquè dicebam, quod dictum eſt
de percipiēte fructus, quòd teneatur ſol-
uere penſionem, *num.* 145. non enim alia
penſio ſolui debet, quàm quæ eſt recō-
penſatiua ad fructus, ex *D. Merlin. contr.*
22. *num.* 7. *tom.* 1. poſt *Caualc. deciſ.* 25. *n.*
17 *par.* 5. *& Caroc. deciſ* 97. *num.* 13. *in*
fine, quos allegat.

Et hæc conſiderabam Ego in cauſa
primo loco relata, in qua quia termini
erant pares, & caſus ijdem, allegaui do-
ctrinam *Gloſ. Pariſ.* improbati nominis,
in *tract. de diuid. & indiuid. par.* 3. *num.*
610. quam citat *Amat. d. conſ.* 58. *nu.* 12.
quæ loquitur in caſu, quo mercatores
emerant domum, quæ apparuit ſubiecta
ſubſtitutioni, & qua indigebant pro mē-
ſa, & officina mercantili, pro quo fine, vt
vſui eorum deſeruirent, emptores profu-
derant in pretio.

Infertur ex his ſecundò, quòd ſi res
vendita eſſet, aut omninò, vt quia agere-
tur de molēdino deſtructo, aut pro tem-
pore, quo allegatur, deberi intereſſe, na-
tura, vel vitio fuiſſet ſterilis, vt quia agere-
tur de ſylua cœdua, cuius fructus differrē-

tur in plures annos,vel demùm res esset,
ex qua fructus non percipiuntur, nùlla-
tènns deberetur interesse,iuxtà sollemnē
*Bald.*doctrinam in *l.*2.C.*de vsur.*quam
sectati sunt *Glos. Paris. in tract.de con-
tract.q.*74.*n.*547.*in fin.*& qui vtrumquè
refert, & sequitur *Couar.lib.*5. *var.cap.*
4. *num.*3. *vers.quartò hinc, Marc. Ant.
N atta cons.*494.*per tot. Petr.Benintend.
decis.Bonon.*29. qui & alios citant.

Quicquid contra *Bald.* traditionem
tentarint nonnulli,præsertim *Cagnol. &
Socin* quorum vterquè damnat theori-
cam *Baldi*,hic *d.cons.*88. *num.*8.ille in
d.l.curabit,sub *num.*32.qui *nu.*34 post
*Corn.cons.*59.*col.*2.de quo *ibi*,dicunt,de-
cisionem *Bal.*non esse veram,& quòd id
non fuit intentionis *Baldi.*

184 Moueor ad prædicta, & ad tractatio-
nem vniuersam,quia interesse hoc in ca-
su non potest peti tāquàm vsura, vel sub
nomine vsurarum,sed tanquàm interes-
se damni emergentis, quod non potest
deberi,nisi pro quantitate fructuū,quos
emptor percepit,vt declatāt DD. & præ-
sertim *Cagnol.in d.l curabit,num.*35.
*Paul.Castr.in d.l.Iulianus, §.ex vendi-
to, num.*3. *vers.breuitèr dici potest*, vbi
dicit,eas non deberi, si petantur tanquā
interesse lucri cessantis,sed solùm quan-
do petuntur vti interesse damni emer-
gentis pro quantitare fructuum, quos
emptor percepit,& percepisset venditor,
si rem non tradidisset,iuxtà *glos.in cap.
conquæstus,de vsur.*vbi *Anchar.& Abb.*
mouentur,quia,si venditor pœnès se ha-
buisset rem, percepisset illos fructus,
quos emptor percepit, & sequitur cira-
tis *Host.* & multis alijs *Surd. cons.*101.
à *num.*19.

Vndè sicuti infertur ad veram praxim,
qua vti debeat præuentus ad finem ob-
tinendi pendente iudicio præuentionis,
vt nimirùm non petat interesse conuen-
tum,aut lucri cessantis, sed vt interesse
damni emergentis,nè comperiatur alio-
quin experiri sine actione, & proindè
succūbat,ex dictis,& ex positis per *Giur-
bam* cum relatis ab eo,*decis.*1 no. *nu.*22.
qui sic erunt intelligendi,vt vera sit con
clusio,quòd exceptio implementi non
sequuti,cùm res non sit libera, opponi
potest aduersus creditorem petentem
exequutionem contractus,non obstan-
te pacto de non opponendo,hoc est,non
obstante renunciatione exceptionis rei
non liberæ,ac præuentionis, nam vtrun-
què continet pactum de non opponen-
do,vt vidimus *alibi.*

185 Ità descendet cognitio veri nominis
huius interusurij, & decisio quæstionis,
de qua nunc agimus,quando etenim nō
tenebitur iuxtà saniorem sentētiam em-
ptor soluere interusurium cōuentū pen-
dente iudicio præuentionis, aut alio, ꝙ
moueatur contra vēditorem ad rē ven-
186 ditam luendam,& liberandam à nexu,
sed compensatiuas vsuras dumtaxat,quę
sola perceptorum fructuum ratione, ēt
nulla intercedente mora rependuntur,
vti distinguunt *Mangil.de euict.q.*23.*n.*
27.*Amat.d cons.*58.*n.*21.*& cons.*65.*n.*7.
*Galter.in praxi instrum. verbo aduertat
ad debita,num.*61.*vers.donec autèm*, &
Hodierna ad *Surdi decis.*165.*nu.*10. qui
alios referunt,quibus quoquè nomini
bus scribunt *Cagnol & Surd. locis* cit.
*Couarr.d cap.*4.*num.*6.*vers.*12. *hinc &
infertur,Ant.Faber defin.*5 .*C.de action.
empti*, quia licèt emptor non sit in mo-
ra soluendi,tamèn non ideò minus per
cipit ex re vendita fructus,quòd ea nō
sit liberè tradita.

187 Habebiturquè & hinc sensus,quomo-
dò accipi debeat *glos.* quæ solet allega-
ri in contrarium in *l.*3. *D. de act. empti,
verbo non intelligatur*, cùm dicit,tene-
ri interim emptorem ad vsuras pretij,qa
percipit fructus, ex *d. l.Iulianus* 13. §.
possessio, D.de act empti, vt nimirùm lo-
quatur de vsuris fructuum, non autem
de vsuris punitorijs, sinè damni restau-
ratiuis.

188 Nam si iniquum est,vt inquit *Faber
loco* cit. quòd prætextu non impletæ per
venditorem conuentionis, emptor im-
punè ex re empta colligat fructus, nec
vllas eorum vice exoluat vsuras, quas
ideò potiùs ex æquitate,quàm rigorosa
iuris interpretatione soluendas,tradide-
runt *Socin. Cagnol.Surd.*& reliqui,quā-
do attento iuris rigore absurdum non
esset,vt quis etiam cum damno,& iactu-
ra alterius ditaretur, quòd scilicèt illud
procederet ex tacito consensu vendito-
ris,non implendo id, ad quod teneba-
tur ex contractu venditionis,vti ratioci-
natur *Cancer.d.n.*65.*in fin. & lib.*3.*c.*6.
*de seruit.n.*77.

Esset quoq; iniquum,& absurdū exi-
gere à præuentore eius rei pretium, quæ
tradita non sit,aut occasione fructuum,
fructus quos nequè percepit,nequè per-
cipere potuit,attento vitio,aut naturali

aut temporali eiuſdem rei,quæ & ſterilis fuiſſet,aut vſu diminuta pęnès venditorem,quãdo ex iudicio citatorum,quibus adſtipulatur *Couar.d.cap.4.in princ.* & *num.2.* hoc in caſu non dicuntur verè vſuræ,ſed rei propriæ perſequutio, quæ deducitur ex æquitate iuſtitiæ commutatiuæ,quæ conſiſtit in æqualitate, & ſi diſſoluitur inæqualitas per reſtitutionẽ fructuum reſpectu præuentoris, connenit,vt & diſſoluatur reſpectu venditoris, non moleſtando emptorem, prætendẽdo lucrum ex contractu, quem debuit viciſſim implere.

189 Et hac ratione attenta puto Ego cauendum à traditis per *Cagnol.in d.l.curabit*, cùm *num.30.in fine* credit, poſſe Iudicem in recompenſationem damni forſitan paſſi per venditorem ex traditione rei emptori ſacta, & commoditatis habitæ per emptorem ex vſu dictæ rei aliquod intereſſe arbitrari, nullum etenim video in Iudice arbitrium, quotieſcunquè legibus, & legum Interpretibus, ſolùm vſuræ recompẽſatiuæ deberi poſſunt,quia illæ ſolùm attento iure Canonico prohibitæ non ſunt, vt vidit idem *Cagnol.ibid.* ità quòd peccatum ſubirẽt, aliud intereſſe,aut cumulando Iudex,aut recipiendo venditor, quàm quod vſus rei,vel fructus percepti patiantur,& qui percipi potuerunt ab emptore, vt indè pareat omnis rigor,ſed nihil iniuſtũ contra emptorem, cui res alitèr tradita ſit, quàm fuerit promiſſa.

190 Aſſentior enim, nè in hoc ſcrupulus maneat ijs,qui tradunt,quorum numero eſt *Petr.Benintend.in Bonon.dec.29.per tot.* eo in caſu præſtare debere emptorẽ non ſolùm fructus,quos percepit, ſed & eos,quos potuiſſet percipere,licèt non perceperit,quia & ſi regularitèr mora irregularis non obliget ad fructus percipiendos,ſecundùm *Bar.* & alios,quorum opinionem dicit cõmunem *Surd. loco* cit.*num.*21.tamen fallit, vt ipſemet ſubdit,quando emptor fructus percepit, ſed plures percipere potuiſſet,& probat *Soc.* qui tunc, nedùm perceptos reſtitui debere cenſuit, ſed & percipiendos in *l.de diuiſione,num.13.verſ.aliquando & ſecundò,D.ſolut.matrim.* vbi infert,malè conſuluiſſe Modernos quoſdam, qui dixerant,domus venditorem,qui fuerat in mora irregulari non teneri ad penſionem,ſi nequè habitauerat, nequè domũ alteri locauerat,quia ſi potuit habitare, vel alteri eam locare,tenetur penſionem ſoluere,ex multis, quos per te videre poteris apud *Surd.* ſub d. *num.*21. qui ſubdit,quòd vt teneatur quis ad vſuras, ſufficit,quòd facultatem habuerit percipiendi fructus,vt dicitur in d.*l.Iulianus,* §.*ex vendito*,quòd ſi cùm poſſet, noluit percipere,ſibi imputet, quod & tenuit *Couar.d.num.2.verſ.*2.vbi dicit,pro hoc facere deciſionem *Bart.in l.ratio,*§.1.*D. de act.empti*, dicentis,quòd vbi fructus petuntur vti fructus,tunc omnes percepti veniunt,& qui percipi potuiſſent, ſed quando petuntur vt intereſſe, tunc tot debentur,quot percepiſſet,qui petit.

Et his in terminis credo,fuiſſe fundatã deciſionem,quæ exijt in cauſa dictorum Ill.Principis Petræ Elcinæ, & Ill. Ducis Acheruntiæ,per quam dato termino in cauſa,fuit iunctis aulis primo loco Princeps condemnatus ad ſoluendum Duci ducatos decem mille,& poſtmodùm in reuiſione decreti dictum, quòd correſpondeat ad rationem ſex pro centenario pro reſiduo pretij Caſalis Iuliani, ità moderando petitiones Principis, qui pręendebat correſpondere ad rationem trium,vel quatuor,& Ducis,qui petebat intereſſe ad rationem octo iuxtà contractum,quia etenim Caſalis Iuliani partes venditæ,prout & Caſale totum conſiſtit pro maiori parte reddituum in bonis burgenſaticis,quæ ſolent æſtimari, ꝙ reddant ſex pro centenario,fuit ità taxatum intereſſe,donec de illo pleniùs conſtaret,aut cauſa decideretur, nàm ſi in ſolis feudalibus conſiſteret, crederem, in nihilo potuiſſe condemnari,donec lis verteretur,ex dictis per *Amat.d.conſ.*58. *n.*15. quia nimirũ intereſſe pretij ſoluti ità tranſcenderet fructus, vt pro reſiduo pretij nihil remaneret in fructu,adeò tenues ſunt in Regno fructus feudalium, etiam ſi iuriſdictionis,& honorum ratio habeatur,& induſtriarum, quam conſiderat præceteris *Reg.Tap.in dec.S.C.8. in fin.* quod vidi allegatum in cauſa Ill.Principis Macchiæ, & iterùm in cauſa Ill.Ducis Balneoli, cum V.I.D. Carolo de Campora.

191 Poſſet tamen practicari vno in caſu, quod traditur à *Cagnolo loco* nupèr citato,eſtquè,ſi pendente iudicio peteretur ſequeſtrum victualium, aut alterius ſpeciei rerum amouibilium in caſu permiſſo,facta præuentione,quem conſiderauimus hoc *tit. q.1.nu.*80. aut ſemper

in iudicio ordinario rescissionis contractus proposito,quòd res libera tradita non esset,tunc etenim posset Iudex arbitrari sequestrum,attentis his,quæ considerata sunt à *Cagnolo* pro aliqua quantitate,quod fuit practicatum in dicta causa Ill.Principis Petræ Elcinæ, in qua D. Pronenzalis permisit petitam annotationem , & sequestrum ad instantiam Ducis Acheruntiæ,& noluit dicere pro quantitate fructuum, quàmuis explicatio peteretur pro parte Principis, nè in medio litis,aut votum publicaret , aut præiudicium fieret quomodolibet partibus in causa.

Sed & hoc in casu puto,semper fieri consultò, si pro quantitate fructuum reguletur arbitrium Iudicātis, nè ex eecessu patres grauari contingat , quod quàmuis apertissimis iuris nostri locis probari posset,ero tamen contentus celebertima definitione,quā in casu multùm fauorabili dotis, alimentorum, & neceessitatis insimul refert *Anton. Faber defin.40.C.de iure deliber.in allegat.* sub *num.17.* postquàm etenim dixit,quòd si agatur de restirutione dotis,vel de doario,quod nobili fœminæ debeatur, quæ nihil aliud habeat,vndè ali possit, & quā tamen fame periclitari inhumanum sit, æquissimum esse,ei subuenıri per adiudicationem pronisionalem, pendente discussione inuentarij, etiam non auditis cęteris creditoribus,id,inquit,faciendum esse,cum hoc temperamento,vt nō quantitatis totius pro dote, vel doario debitę,prouisionalis fiat adiudicatio,sed dimidiatæ dumtaxat,& ad eam vsq; quātitatem,quæ interim alendæ mulieri sufficere posse videatur,ex decisione Senatus,quam recenset,& iuxtà hanc decisionem rectè substineri , quandoquè dicebam,decreta liberationum lata,pendente discussione relationis creditorum, & bonorum Magnifici Scipionis Carboni per eximium I.C. Dominum D.Franciscum Merlinum, cùm tunc Consiliarius esset,ad beneficium Magnificæ Violantis de Amone Nobilis Surrentinæ, vxoris dicti Magnifici Scipionis, inauditis creditoribus,qui me audito siluerunt,cū anteà perstrepuissent,stante quòd debitor Ipsius facultatibus , contracto æri par non erat , estquè processus dictorū creditorum in Banca Scacciauenti Magistri Actorum S.C.

Vt hinc quoquè intelligas, quòd non semper,& inconsideratè procedendum sit ad sequestrum,facta præuentione , sed maxima cum hæsitatione , & prudentia in eo esse procedendum, ex dictis per *Reg. Rouit. in prag.5. de offic. S.C.* vbi dùm ageret,an propositis nullitatibus,liceat sequestrare vigore sententiæ,inclinans pro sequestro,pendente discussione nullitatum,quotiès nullitas nō esset notoria,vtitur verbo,quod maximam dubitationem arguit in Scribente, ibi,*fortasiè Iudex posset procedere ad sequestrum,* & vult dicere, negotium maxima cum hæsitatione,& prudentia exequendum.

192 Et attēta cōsideratione ista,ampliandā censco conclusionē,quam substinemus, quāuis obligatio,ob quā obnoxia reperitur res vendita,cōditionalis esset,vel in diē,ex adductis per *Amat.d.cons.65. à n. 8.* & *p tot.* vbi ex *cons.63.Alex.n.11.vol.6.* consuluit in casu,quo res vendita non solùm erat obligata,sed etiam obnoxia donationi sactæ in beneficium nepotum procreandorum ex filijs, dicens in principio,ità fuisse iudicatum, & respondet *Bal.* qui in *d.l ex ijs pradijs,in fin.* cōtrarium tenuerat.

Nec obstant contraria,& primò,quod primo loco positum est ex rigore *Rituū* prohibentium exactionem, nam cùm considerامus,quod probauimus, datur præuento illud,quod in omnem euentū habiturus est,siuè victoriam reportet, siuè succumbat in causa,& sic siuè iudicetur,quòd contractus consistat,siuè quòd rescindatur,semper namquè aut fructus habebit,aut,quod maius est,interesse cōuentum,quæ ratio fuit *decis.373. D.de Franch.* vt idcircò probetur,quod assūpsimus, nimirùm decisionem illam hoc in casu procedere in causa prȩuentionis; & casus decisionem ab illa debere omninò procedere.

193 Et quod dictum est de interesse,& fructibus, proceder etiam in sorte, si cōsideretur contractus,à quo remouetur vēditio annuorum introituum , nam si facta præuentione appareat, quòd in omnem litis euentum summa aliqua deberetur,non deberet impediri, neq; creditor illam petere, neq; pro illa Iudex iudicare,durante iudicio prȩuentionis,sed pro illa posset præuentor condemnari,& exequi,non obstante impedimento præuentionis , tùm quia *Ritus* pedes figunt in dubietate exitus præuentionis , quæ

ceſſat in hoc caſu, vt & *alibi* diximus *q.*1.hoc *tit.num.*108.tùm quia non patitur iuſtitia,quòd omninò certam dilationem, & moleſtam vexationem quis ſub clypeo *legis,et rituum*,pati cogatur.

194 Probaturq; hoc idem exemplo, nam & qui pendente diſcuſſione calculi moleſtari non debet,vel quia interim,quòd calculus à Iudice confirmatus non fuerit,adminiſtrator reliquatus debitor nõ efficitur,vt tenet *Bar.*per *tex.ibi in l.inſtar,C.de iure fiſci, lib.*10. & poſt *Surd. deciſ.*216.*num.*47. *Eſcobar de ratiocin. cap.*31.*num.*9.*in fin.* vel quia, vti *Baeza* ſcribit, *de decima tut.praſt.cap.*2.*n.*169. introitus,& exitus,data, & accepta ſunt ità in ratione connexa,vt adminiſtrator teneri non debeat,niſi priùs conſtiterit de omnibus datis,& acceptis,iũctis alijs, quæ ſubdit *Eſcobar in d.tract. cap* 21.à *num.*12.qui *num.*16. ſcribit,quòd cùm ratio ſit quędam dati,& accepti commemoratio,vt in *l ſi quis ex argentarijs,§. rationem. D de rebus credit* antè liquidatas rationes,miuimè exequutio locũ habere debet,ex *l.*1.§. *prætereà, D.de contrar.& vtili act.tut.*& ratio eſt,quia quemadmodùm inciuile eſt, Iudicem iudicare,niſi tota lege perſpecta,*l ius ciuile,D.de legibus*, ſic inciuile eſt, contrà adminiſtratorem exequi,niſi tota ratione perſpecta, hoc eſt, datis, & acceptis examinatis,finis namquè rationis forſitan à proœmio abhorret.

Si tamen de acceptis per adminiſtratorem conſtiterit, nullo alio expectato pro partitis liquidis poterit executari,vt poſt *Soc. conſ.*24.*col.*11. *verſ.& primò, vol.*1.*& conſ* 256. *col* 3.*verſ.aliquandò, vol.*2.dicit idem *Eſcobar d.c.*21.ſub *n.*3.

195 Nam & ſententia pendente liquidatione calculi exequi poterit in partem, ſi ex alijs calculis apparet, actorem in omnem caſum eſſe creditorem, vt putat *Thor.in* 1.*p.compend.deciſ.verb.ſententia,fol.*508.*col.*1.*in fin.*

196 Et his de cauſis dicebam non ſemel in facti contingentia, non ideò permiſſos præuentores,vt Gargilianos regeneraſſe *Ritus* noſtri viderentur,& indè miſeri vocabulo iudicãdum,qui præuenerit,aut dementis,vti Gargilianum quẽdam iudicat *Martialis lib.* 7. *epigrammat.* quòd diutiùs litigaret, cùm poſſet cedere,& vinci,inquiens

Ah miſer, & demens, viginti litigat annos,
Quiſquã, cùm vinci Gargiliane licet?
Deridetur

Deberetquè propterea, etiam in medio litis,& non expectato fine iudicij condẽnari præuẽtorem,ſi eo in termino compleatur cauſa,ex qua præuẽtum eſt, maximè ſi Sacerdotem illum eſſe proponas, quia niſi probes, quod ſcribit *Gemin. conſ.*129.*num.*3.*verſ.prætereà*, cùm ait, lites fugiendas tanquàm execrabiles, & hoc requiri, maximè in clericis,quod refert,& ſequitur *Tuſch.lit.L.concl.*384. *num.*1.illud tamen certum eſt,quòd Sacerdotem non decet protendere improbam litem,vt inquit *Theodor.*Rex apud *Caſſiodor.epiſt.*44.*lib.*4.vbi *For.in notis lit.E.* ſcribit,Sacerdotes improbè litigare, nõ modò dedecere,ſed vix etiam litigare,niſi per procuratores,qui Apocriſiarij nominantur.

Eſtquè ad hæc in iure noſtro exem-
197 plum eius, quod dicitur in agente cõtra ſuum debitorem conditionalem, conditione pendente,nam ſi poſt litem motam conditio exiſtat,fertur ſententia ex eiſdem actis, quando conditio fuit appoſita in contractu,ea ratione, quia conditio retrotrahitur, vt dicitur in *l. vlt.§.*1.*D.de vulg.*& notat *Reg. Lanar. conſ.* 17.*num.*11.ex *Bal.* poſt *Gulielm.de Cuneo in l.non quemadmodùm,D. de iudic.*& poſt alios *Surd.conſ.*101.*n.*27.

198 Et facit,quia aſſecuratus carcerari poteſt,& puniri de delicto commiſſo pendente ſecuritate, licèt delictum debeat eſſe tale,vt poſſit deueniri ad torturam, & condemnationem, *Vinc. de Franch.* qui refert,ità decisum per S.C. in *deciſ.* 717.& reaſſumit *Thor.in* 1.*par.compẽd. deciſ.verbo aſſecuratus,fol.*mihi 49.& ità reſpondi cuidam, obijcienti in re, de qua agimus,quòd præueniens videbatur aſſecuratus à *Ritu*,& pendente ſecuritate non debebat quis moleſtari, ex *deciſ.S.C.*21 apud *D.Tapiam*, qui dicit, debere reponi in libertatem, etiam aſſecuratum à non habente poteſtatẽ, quod Nos examinamus in *notis* ad 4. *Afflict. deciſ.* cum *Præſid.de Franch.deciſ.*258. & 415.*Cauale.deciſ.*1.*nu.*45.*par.*1.*Caball. reſolut.crimin.caſu* 118. *Addit.* ad *Tartagl.*& alij apud *Nouar.collect.*1. ſuper *rubr. pragm.de abolit.* à *num.*16.

199 Item facit, quòd pendente lite ſuper abſolutione à iuramento, ſi cedit dies ſolutionis, pecuniæ promiſſæ debet fieri ſolutio, *Hoſtienſ.in ſumma,tit. de cenſib.*

§. ſi quis renſus, verſ. quòd ſi pendente, *Anchar in cap. 1. num. 2. de lit. conteſt. lib. 6. Affl. deciſ. 3 o. num. 5. Azeued. in l. 1. tit. 17. lib. 8. num. 30.* & in *l. 1. tit. 21. lib. 4. n. 1 30.* vbi addit, talem eſſe periurũ.

200 Secundò, non obſtat, quod oppoſuimus de defectu actionis in præuento, qui non tradendo rem liberam, non obſeruauit perfectè promiſſa, nam cùm vſuræ pretij non ſoluti debeantur venditori, vt eſt dictum, non ex mora, ſed ex æquitate quadam, vt dicit *Imperator in d. l. curabit*, nè ſcilicèt emptor lucretur fructus cum iactura, & detrimento venditoris, & nè inter contrahentes ſubſit inæqualitas, vt nimirùm vnus ex contractu commodum ſentiat, alter verò damnum, & æquitas iſta verſetur, etiam quãdo venditor non impleuit ex parte ſua, omni ex iure eſſe videtur, vt venditori non minuatur interuſurium pretij non ſoluti, & præſtetur intereſſe damni emergentis, dùm emptori ob defectum huius implementi non minuitur vſus rei venditæ, & traditæ, quàmuis obnoxiæ, vt cõcludit *Bal. in d. l. 2. C. de vſur. nu. 4. verſ. denuò quæritur*, quem ſequitur *ibi Caſtrenſ. Auania in cap. conquaſtus, nu. 2. verſ. quærit etiam ibi Bal. de vſur.* & cœteri, quos longa ſerie congerit *Surd. d. conſ. 101. num. 23.* qui ſub *num. 25. verſ. reſponderi etiam poteſt*, obiecto quoquè ſatisfacit, quo dictum eſt, licere emptori totum pretium retinere, etiam rerum traditarum, quia indè non inferatur, quin vſuras pretij loco fructuum, vel pro rata fructuum ſoluere debeat, vt *ibi* per eum.

201 Et confirmatur reſponſio, quia contraria procedunt, quando præuentus, ſeù venditor, qui rem liberam non tradidit, ſed obnoxiam, ageret actione ex empto, vel vendito, tunc enim actio non datur, niſi contractu perfectè impleto ex parte eius, qui velit agere, at ſecus eſt, ſi cùm iuxtà praxim, quam tradidimus, ageretur officio Iudicis, de quo in *l. ſi me, & Titium, D. ſi cert. pet.* quia eo caſu non differtur exactio vſurarum retardatæ ſolutionis in tempus, quo contractus ſit ex omni parte perfectus, vti docet in terminis *Natta in conſ. 384. num. 12.*

Nec dicatur, quòd his attẽtis emptor, & venditor ad imparia iudicantur, aut quòd non debet permitti, & concedi exactio tertiarum, quæ ſunt acceſſoriæ, antequàm concedatur exactio pretij, & quòd reſultat imparitas, quia emptor, qui partem pretij ſoluit, non conſequitur fructus pro rata pretij ſoluti, niſi poſtquàm reſiduum ſoluit.

Nam reſpondetur, id procedere ob diuerſitatem circumſtantiarum, & rationis, nam emptor agit ex contractu, venditor autem ex quadam æquitate, quæ non ex ipſo contractu oritur, ità *Surd. ibid.* ſub *num. 28* qui *nu. 29.* ſubdit, quòd

202 vbi diuerſa ſubeſt ratio, tuc diſpoſitum in vno ex correlatiuis, non cenſetur diſpoſitum in alio, ex *l. Curatorem*, vbi *glo. Cyn.* & alij, *C. de interd. matr. l. fin.* vbi *Salyc. C. de reſcind. vendit.*

203 Et id, quod dictum eſt de acceſſioritate vſurarum cum pretio, procedit, niſi inter vſuras, & pretium ſubeſſet ratio diuerſitatis, quam adeſſe in caſu elicitur, quia pretium petitur actione ex vendito, quam, vt ſuprà vidimus, non licet proponere, & intentare, antequàm venditor pro obſeruantia contractus venditionis, rem liberam tradat, vſuræ verò non ex contractu petuntur, ſed officio Iudicis, ex æquitate, quæ ſubeſt de præſẽti, & ideò de præſenti datur petitio, vt nõ omittam, quòd acceſſorium non ſequitur naturam principalis, quando inter principale, & acceſſorium nõ eſt eadem, ſed diuerſa ratio, vti *Bar.* docuit in *l. ità ſtipulatus, in 12. oppoſit. D. de verb. obligat.* & notant *Alex. in conſ. 4. col. penult. vol. 1.* & *Dec. in l. cùm principalis, n. 3. D. de reg. iur.*

204 Tertiò, non obſtat tertium, & quartũ fundamentum contrariæ ſententiæ, quãdo etenim authoritatibus ſatis reſponsũ eſt, ex Authoribus pro hac parte citatis, qui melioribus innituntur rationibus, & medijs, ſententia *Baldi*, qua tertium cõfictum eſt argumentum, vltrà reſponſiones, quas patitur ex *Cagnol. & Corn.* in *locis* ſuprà citatis, indè falſa dignoſcitur,

205 quòd nihil allegans innitur rationi dãnabili, falſum etenim eſt, fructus percipi ex re propria emptoris, qui non ſoluit pretium, cùm verius eſt, nec rem eſſe emptoris, neque fructus capi ex re propria, antequàm pretium ſoluatur.

Emptorem namque antequàm pretium ſoluat, non effici dominum rei emptæ, eſt *tex. in l. quod vendidi, D. de contrah. empt.* & in *§. vendita, Inſtit. de rer. diuiſ.* id enim ineſt naturalitèr in ipſo contractu emptionis, & venditionis, vt dominium non transferatur, niſi ſoluto pretio, vt aduertit idem *Bald. in rubr. C.*

de

*de contrab.empt.num.*13.& notat *Abb. in conf.69.col.penult.vol.*2. vbi ait,quòd de iure res vendita non efficitur emptoris,nisi tradatur, & pretium soluatur, *l. traditionibus*, C. *de pact. d.* §. *vendita*, quod adeò verum est,vt cautum sit in iure,qnòd emptor,qui pretium non soluit,teneatur restituere fructus,vt fundat *Surd.*à quo cętera petenda erunt, si quis alia desideret, *loco* cit. *num.*17.

Allegationes *D.Episcopi Riccij*, de quibus facta est mentio *num.*174. sunt quæ sequuntur,imprimiquè curaui, nè tanti Viri monumenta pereant,& quia continent iuris articulum, quo scripta indigere videntur,quando qui præuenit non intendat rescissionem contractus, sed actione experiatur quanti minoris, quod vix accidere solet, & ideò dubio particulari non duxi examinandum.

SVMMARIVM.

206 *Creditor si sibi detur in solutum res pro franca, & libera, quæ reperiatur obligata,quàmuis pro dotibus vxoris eius,qui dedit in solutum,agit pro rescissione contractus,& num.*209.

207 *Agit quoq. tunc contrà venditorem ad omne interesse,vt res libera tradatur. Quid si emptor fuisset empturus,quàmuis sciuisset rem alteri obligatā,n.*208.

210 *An agat quoquè actione quanti minoris,& quāti actio æstimari tūc debeat.*

REuerendus Doctor Vincentius Cataldus mutnauit sub annuo cēsu, nec non partim gratis, & amore N. N. dncatos 1102. demùm transacto aliquo tempore dictus D. Vincētius petijt restitutionem dictorum ducatorū 1102. à dicto N. qui quidèm N. volēs dicto D.Vincentio satisfacere,suumquè debitum extinguere,dedit in solutum, & soluti nomine pro dicta quantitate præfato suo creditori quādam massariā, asserendo in instrumento prædictæ dationis insolutū,esse francam,& liberam à quocunquè onere, ac nemini obligatam,at in præsenti dicta massaria reperitur submissa R.P.Priori S.Viti pro capitali ducatorum 200. nec nō Vxori dicti N. hypothecatam pro restitutione dotium dictæ suæ vxoris, reuocatur in dubium,quæ nam actio competet dicto D. Vincentio contra dictūm N. falsò asserētem,massariam esse liberam, & nemini obligatā,vt in instrumento latè habetur.

In quo casu respondendo vnà cum
*tex.*iuncta *glos.in l.elegantèr,in verbo si*
in hoc ipso, ff.de dolo,& cum *DD.in l.*3.
206 §.*fin.ff pro socio*,dicimus,dictū D.Vin-
centiū creditorē iuridicè dictum contra-
ctum rescindi,suumquè credirum duca-
torum 1102. recuperare ex capite falsæ
assertionis petere posse,probabilitèr ete-
nim dictus D.Vincentius si sic grauatā,
ac non liberam massariam sibi assigna-
tam sciuisset,nō empturus esset, pulcher
tex. videndus in *l.quod venditor*, cum
*glos.D.de dolo, Alber.*in allegata *l.elegan-*
*tèr,eod.tit.Marzar.conf.*57.*num.*1. vbi
etiam *num.* 14. tenendo supradictam
conclusionem, scilicèr, contractum re-
scindi posse; ait, sic esse intelligendum
*Ruin.conf.*141.*lib.*1.licèt dicar,secus es-
se,quando non fuisset expressè promis-
sum, rem esse liberam,quia tunc agere-
207 tur contra venditorem ad omne inte-
resse,& vt libera tradatur,non quòd con-
tractus rescindatnr,sequitur etiam *Alex.*
*conf.*65.*num.*3.*lib.*5. sed hoc secus est in
casu nostro,cùm dictns N.assetens pro-
misit massariam francam, & liberam,
quo in casu volente dicto D.Vincentio
emptore, contractus omninò rescindi-
tur,vt per *Marzar.d.conf.*57. quod non
est in casu supposito per *Alex.*in allegat.
*conf.*65. qui ēt præsupponit,quòd si em-
208 ptor sciuisset rem alteri obligatam,etiā
empturus esset,sed minori prerio,vt de-
clarat *Neguf.de pignor.par.*5. *membr.*1.
209 *nu.*34. & nouitèr, contracrum ex ca-
pite falsę assertionis,vt in puncto nostro,
rescindi posse,refert *Reg.Rouit.prag.*1.
*num.*34.*& seq.tit.de censib. Apicell. tra-*
*ctat.de dilat.quinquenn.tit.*1. *num.*173.
verf.rescinditur, artestans,

Sic per Magnam Curiam in casu contractus censualis decisum fuisse, quam decisionem nouissimè refert *Thor.compend.decis.par.*2.*in verbo contractus censualis, fol.*102. non enim stantibus terminis casus nostri ab aliquo hæc opinio contronertitur,dictnm contractum posse rescindi instante dicto D. Vincentio, & dictum N. venditorem ad pretij restitutionem teneri,vt optimè perpendit *Alex.conf.*63.*num.*8. & 11.*lib.*6. à qua opinione non dissentit *Bursat.conf.*194.*num.*30.& 31.vbi de communi testatur,& ratio est, sic determinandi occasione voluntatis ex indiuiduo, iuxtà

tex.